
















DE ECCLESIA ANTE LEGEM

Secunda Editio

Corectione, dispositione, et rerum accessione multo illustrior

Authore,

P. IACOBO' BOVLDVC.

Ordinis Capucinorum Prædicatore

BIBLIOTECA NA... ROMA VITTORIO EMAN...



PARISIIS.
Apud IOSEPHVM COTTEREA...
uiâ Iacobæa sub signo Prudentiæ MDCXXX
Cum Priuilegio Regis.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE
ECCLESIA
ANTE LEGEM
LIBRI TRES.

IN QVIBVS INDICATVR, QVIS A MVNDI primordijs vſque ad Moyſen fuerit ordo Eccleſiæ, quæ feſta, quæ templa, quæ ſacrificia, qui miniſtri, quiue ritus & cæremoniæ.

ET ALIA MVLTA ARCANA, EX fontibus ſacri præſertim ſermonis exhauſta.

EDITIO SECVNDA.

Correctione, diſpoſitione & rerum acceſſione multò illuſtrior.

Authore P. IACOBO BOVLDVC Pariſino ordinis FF. Minorum Capuccinorum Prædicatore.









PARISIIS,
Apud IOSEPHVM COTTEREAV, viâ Iacobæa, ſub ſigno Prudentiæ.

M. DC. XXX.

Cum Priuilegio Regis, Et Approbatione Doctorum.

Digitized by Google

Digitized by Google



REVERENDISSIMO DOMINO

D. IOANNI IAVBERTO DE BARRAVLT VASTENSI

Episcopo, vigilantia, pietate, & litteris insigni.

Fr. IACOBVS BOVLDVC PARISINVS ex ordine Minorum Capuccinorum Prædicator,

Salutem & æternam felicitatem.



VANTVM immanis ac inanimis ille colossus [a] *mysticum temporalium exemplar Imperiorum dederat. Regi somnianti pro sua eleganti symmetria voluptatis* (REVERENDISSIME PRÆSVL) *tantum in sui phantasmate euanescentis eorum gloriæ vanitatis, tantum in argillosis pedibus humanæ fragilitatis, tantum in calculi mox se simul cum eis in puluerem redigentis ictu præbebat inanitatis argumentum. Alter autem Rex omnium sapientissimus aliam Dei in*

Daniel. 3.

Digitized by Google

10-5-K 30

æternum viuentis Regni nunquam perituri viuam in ſponſa contemplatus imaginem illius tam venuſtè incedentis miratur elegantiam: Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis[a]! *Vnde & nos meritò quoque tibi gratulabundi primigeniam hîc ſpectandam, mirandamque præbemus illam Eccleſiam, quam Vnigenitus Dei filius* exhibuit ſibi glorioſam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi[b]: *ita vt illam, quantuncumque annoſa ſit, etiam exoterici de vera eius ſpecie rectè iudicantes in vetula Sara depereant*[c]. *Quippe quæ (licet multiplici vetuſtatis nigrata fuligine) verè tota pulchra ſit, atque in omnibus ſuis partibus admirabilis; ſed præſertim in greßibus, vel etiam in eis, quos matres in puellis ſedulò potiùs dirigere ſolent, quàm mirari.*

Ipſa namque eſt, quæ ſtatim ac conſiſtere potuit ab ipſis ante diluuium puellaribus annis; & poſt illud in ſanctißimis mundi, pietatiſque reparatoribus ſub lege naturæ PROGREDI *viſa eſt* QVASI AVRORA CONSVRGENS[d]. *Quæ dein robuſtior euadens, ac in legis Moſaicæ pubertate iam nubilis venuſtè admodum incedit vlteriùs* PVLCHRA VT LVNA. *Poſt perfectas autem*

a Cát. 7. 1.
b Epheſ. 5. 27.
c Gen. 20.
d Cant. 6.

Digitized by Google

cum Verbo incarnato nuptias in lege Euangelica mira cum grauitate procedit ELECTA VT SOL. *facta deinde innumerabilium vtriusque populi filiorum mater tanquam* vxor ſicut vitis abundans in läteribus domus Dei[a], *cui* ſicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum[b], *aduerſus eius hoſtes audacter, intrepidè, fortiter, ac iugiter militans omnibus eſt* TERRIBILIS VT CASTRORVM ACIES ORDINATA, & *conſtantiſſimo pede minimè vnquam ſuperanda procedit, donec ad æternæ beatitudinis brauium perueniat.*

a Pſ.127.3.
b Pſ.126.4.

Proinde, quidni tenellos quidem, at vtique vel ab ipſo primo ingreſſus molimine conſtantes, miniméque titubantes Eccleſiæ greſſus non mirarer, mirandoſque proponerem his maximè temporibus, quibus illa virulenti ſerpentis extra modum infeſta genimina calcaneo eius iugiter inſidiantia[c], qui volentes eſſe legis Doctores non intelligentes, nequè quæ loquuntur, neque de quibus affirmant[d]. & *verè, peſſiméque nouatores* noua *nouo modo* faciunt omnia[e], *dum quæ piè iam à prioribus mundi ſæculis veneranda ſeruabat antiquitas ſuis inceſſanter dicterijs deturpantes, audent inuentiones humanas, neotoricos ritus, recentes*

c Gen.3.15.
d 1.Timot. 1.7.
e Apoc.21. 5.

Digitized by Google

processus, & hesterna nuncupare dogmata, nec in ea cessant canina procacitate latrare.

Idcirco nos in continua ante & post diluuium successione Pontificum velut in duobus dilectæ Dei sponsæ pedibus, passuum grauitatem; in facie verò eximiam nimisque suauem diuersorum statuum, ceremoniarum, ac rituum pulchritudinem contemplandam proponimus: atque ex Hebraico præsertim, quem tanti facere iactitant, sacri sermonis fonte nullo cogimus impetu, nulla trahimus violentia: sed, vt decet aquas Siloë[a], *cum silentio, suauiterque deducimus, ac tantæ maiestatis vultum omni cum reuerentia & humilitate pro nostra tenuitate reuelamus ad lucem* TVÆ CLARITVDINIS. *Pharum enim nullum alium hoc opus auet, sicut nec potest splendidiorem quàm te virum, in Hebraicis doctissimum, prisca nobilitate sydus lucidissimum, facem inter nostros Galliarum Antistites eminentissimè rutilantem, & potentissimum hostium Ecclesiæ propugnatorem: quemadmodum tam tua iam excusa testantur opera, quàm illud nuper prælis expositum validissimum fulmen, quo velut* vmbone *Molinæi non tam* repellitur, *quàm plane conteritur* vmbo.

Hæc igitur quæ in penitiori obscuriorique vmbræ

bræ mortis diu latuerant ergastulo, à quatuor annis tibi meritò dicata, cùm tanquam fœtus è vulua procedens, obstetricante manu tua sapientissima, fausta lucis accepissent primordia: sicut tunc placuit Celsitudini tuæ, non quidem Regis Ægypti, sed Regis Regum filiæ Mosesulum istum, à Pharaonicis incursibus inter nuntiorum fasciculos, ad longinqua prela commissum, velut in arcula scirpea vndis expositum, miserè vagentem, & à propria matre hominum iniuriæ tempestate longißimè pulsum, benignè suscipere & adoptare: eundem nunc similiter, sed iam aliorum multorum arcanorum acceßione grandæuum, nutu diuino ad natale solum reuertentem, sponteque denuo sese offerentem dignetur vlnis suæ benignitatis amplecti, aduersus obtrectatorum linguas protegere, & cum eo primigenitæ Dei Ecclesiæ canitie venerandam, hospitio suscipere maiestatem.

Quam igitur ardenti zelo, nisuque potenti illam propugnare soles, tam placido vultu hoc de illa tibi oblatum ex animo suscipe munusculum, & datorem grateris, amplectaris, ac foueas. V A L E.

Digitized by Google



APPROBATIO DOCTORVM.

NOs subsignati Doctores sacræ Theologiæ, in facultate Parisiensi, testamur librum, cui titulus est *De Ecclesia ante legem*, scriptum per *R. Patrem Iacobum Boulduc*, Ordinis Capuccinorum, nihil continere quod orthodoxæ fidei, aut bonis moribus repugnet, dignumque esse, qui pro facili multorum sacræ scripturæ textuũ intelligentia prælo committatur. Datum Parisijs anno Domini 1625. die 15. Iunij.

Signatum, P. QVEDARNE.

& de S. PERE.

APPROBATIO DOMINI FREY, *Philosophorum Decani.*

IAnus Cæcilius Frey Philosophorum Decanus, Reginæ matris, & Parisiensis Medicus, certiores facio, libros istos *de Dei ante legem Ecclesia, à Religiosiss. & literatissimo P. Iacobo Boulduc Cappuccino scriptos*, omnis & præsertim sacræ Antiquitatis & reconditioris doctrinæ esse thesaurum: in quo non tam latet, quàm patet, omnium solemnium Verborum, Deorum, Rituum, Sacrificiorumque Ethnicorum vera & prima Scaturigo. Industriam tanti viri & solertiam, animitùs dico, qua NOV-ANTIQVA hactenus & silentio & ignorantia tot sæculorum obruta, è diuinis literis eruere potuit, sum admiratus. Lector lege, & me minora, quam parsit, dixisse dices. Lutetiæ Parisior. XII. Iunij, anno CIↃ IↃCXXX.

Digitized by Google

FACVLTAS ADMODVM REVERENDI *Ministri generalis, Ordinis FF. Cappuccinorum.*

VIsis nonnullorum Patrum Concionatorum nostri Ordinis Approbationibus, facultatem damus, vt liber cui titulus est, *De Ecclesia ante Legem*, *à Reuerendo P. Fratre Iacobo Boulduc Parisino*, Concionatore eiusdem Ordinis nostri compositus, seruatis seruandis, in lucem edatur, & in fidem, præsentibus sigillo maiori officij nostri munitis subscripsimus. Parisijs in loco nostro Assumptionis duodecima die Iulij *1629.*

F. Ioannes Maria, generalis Minister.

APPROBATIO PATRVM ORDINIS.

NOs infra scripti Prædicatores Ordinis Fratrum Minorum Cappuccinorum, qui iam de mandato Reuerendi admodum Patris generalis examinatum approbaueramus librum, cui titulus, *De Ecclesia ante Legem*, compositum à R.P. *Iacobo Boulduc*, fidem facimus denuo vidisse, ea quæ ab eodem auctore pro secunda Editione addita ei fuerunt; totumque opus nihil contra fidem aut bonos mores cõtinere. sed multa præclara & scitu dignissima ad Dei gloriam, & Ecclesiæ Catholicæ vtilitatem. In cuius rei fidem has litteras subscripsimus. Parisijs in Conuentu nostro Assumptionis B. Mariæ, die sexta Iulij, anno ab Incarnatione *1629.*

F. Laurentius, Concionator & Gardianus Meudonensis.

F. Leo, Parisinus, Concionator & Gard. Nouiomensis.

Digitized by Google

VMMA PRIVILEGII.



VDOVICI XIII. Galliarum & Nauarræ Regis Christianissimi Priuilegio cautum est, ne quis libellum, cui titulus est, *De Ecclesia ante Legem libri tres, in quibus indicatur quis à mundi primordio, id est, ab Adam vsque ad Moysen fuerit ordo Ecclesiæ, quæ Festa, quæ Templa, &c.* à R. P. *Iacobo Boulduc* Ordinis Cappuccinorum Prædicatore compositum, quouis caractere aut forma, seu integrum, seu eius partē excudere, aut alibi excusum vendere, aliove quocunque modo distrahere possit intra sex annos deputandos à die finitæ primæ impressionis, præter eos Typographos aut Bibliopolas, quibus dictus R. P. IACOBVS BOVLDVC de hoc facultatem concesserit: sub pœna confiscationis librorum, & mulctæ quingentarum librarū, aliarumque contra eiusmodi fraudatores definitarum in fusiori diplomate eiusdem Christianissimæ Maiestatis. Dato in Fonte-Bellaqueo, die duodecima Iulij, anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto.

De mandato Regis,

Signatum, RENOVARD.

Facultas Authoris data Bibliopolæ.

EGo subsignatus, Author huius libri, qui virtute supradicti Priuilegij Regij facultatem dederam *Claudio Landry*, Bibliopolæ Lugdunensi, typis mandandi ac vendendi hunc ipsum librum, *De Ecclesia ante Legem*, pro prima duntaxat Editione, eum nunc multò quàm prius auctiorem purè ac simpliciter simul cum dicto Priuilegio transtuli ad *Iosephum Cottereau*, Bibliopolam Parisiensem; cuius virtute deinceps quoties pro tempore ibi assignato libuerit, eum prælo dare ac diuendere possit. Datum Parisiis in nostro Cappuccinorum Cœnobio, quod dicitur Assumptionis B. Mariæ, decima tertia die mensis Iunij, anno ab Incarnatione Domini millesimo sexcentesimo trigesimo.

FR. IACOBVS BOVLDVC.

INDEX

Digitized by Google



INDEX CAPITVM,

LIBER PRIMVS.

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM.

Digitized by Google

LIBER TERTIVS.

cum

Digitized by Google

Digitized by Google



AVTHORIS PRÆLOQVIVM AD CANDIDVM LECTOREM.



IBER iste, amice Lector, augmento ferè asius, & qui ei iungitur erit tibi iam totius, non solius Iobianæ apud me cladis, sed etiam duplicatæ a Deo prosperitatis nuntius, qui & optatum à te Iobi quondam à nobis editi complementum & eiusdem auctas admodum tam in litterali quàm in tropologico sensu diuitias indigitet, quas à multo tempore paratas quidem tibi, sed infausta nimis (quam nouit Deus) sorte detentas ac præpeditas tantò deflet amariùs, quantò copia insignes & vtilitate refertas ibi latere nouit, præter illas quas hîc pro præsenti sibi proprio refert instituto.

a Gen. 3. 17 4. 11. Nimirum, videbis hîc in Adamo primo omnium agricola[a]
b Ibid. 4. 2. in optimo frugum[b] terræ frumento inchoatum, & postea in
c Gen. 14. 18. vino à Melchisedecho[c], perfectum panis & vini sacrificium.
d Gen. 6. 4. Videbis primum & antiquissimum nomen *Nephilim*[d], à primo
e Num. 13. 34. Deum per humilem totius corporis prostrationem, adorandi ritu, donatum fidelibus[e]. Videbis, sicut totius orbis, in Sab-
f Exod. 20. 8. bato, ita hominis in anniuersariis[g] Natalitiorum, etiam in
g Gen. 4. 2. Iob. 1. 6. templis, iam celebrata solemnia. Quibus ab Adam institutis, & crescente hominum multitudine, piissimus filius eius Seth pro sua sanctitate Deus appellatus, animarum rectores & do-
h Gen. 6. 4. Iob. 1. 6. ctores, qui filij Dei vocabantur[h], instituit: atque patri in supre-
i Eccli. 49. 19. ma Ecclesiæ dignitate succedens *apud homines gloriam adeptus est, & super omnem animam in origine Adam*[i].

Digitized by Google

Rem promouit filius eius Enos, qui *cœpit inuocare nomen Domini* [a], singularem filiorum Dei societatem inchoans *Heroüm à mundo semotorum* [b], diuinoque ministerio ac psalmodiæ iugiter vacantium, qui ab illo *Enoscæi* [c], postea corrupto vocabulo Essæi, vel Esseni dicti propter insignem antiquitatem in Scriptura [d], *Cedmonæi*, à Plinio [e], & Solino [f], *Gens æterna* vocati sunt. De quorum instituti perfectione nullus non scripsit historicorum.

a Gen. 4. 26.
b Gen. 6. 4.
c Ibid.
d Gen. 15. 19.
e lib. 5. c. 17.
f in Polyhist. cap. 38.

Peccatis autem simul cum Adami prole valde luxuriantibus prædictis religiosis Theoreticis alij vitæ practicæ, vel potiùs mixtæ & humanæ societati magis dediti successerunt. qui specialiter à Deo vocati & electi *Vt Cain*, id est, Cainitas, seu filios hominum *deglutirent* [g], penitusque perderent, sicut institutor eorum, Cainan, ita & ipsi ab eo conuenienti nomine *Cinæi* sunt appellati. Isti sunt, qui cùm professione filij Dei essent, ac prædicatorum officio, Angeli, Deique nuntij dicerentur, multifariam, ac vltra modum à sanctissima sibi à Deo data viuendi regula deuiantes, dum ad filias hominum turpiter ingrediuntur [h], nec non aliis multis sese peccatis inquinant, ansam præbuerunt fabulis de dæmonibus, hoc est, malis Angelis, qui ex filiabus hominum gigãtea monstra procreassent. Quod Iaredi præsertim temporibus contigit: per quem acceptus à Seth supremus Ecclesiæ Pontificatus ad Noë deuolutus fuisse videtur, & à Noë ad Sem, de quo, sicut de Seth, scriptum est [i], quod *apud homines gloriam adeptus est, & super omnem animam in origine Adam.*

g Num. 24. 21.
h Gen. 6. 4.
i Eccli. 49. 19.

Tanta autem fuit huius Semi gloria: vt inquantum summus Pontifex etiam in Europa multa haberet sacra tabernacula, ad quæ pater eius Noë à Deo dilatandum Iaphetum, atque in eis habitaturum prædixerat [l]: Tanta inquam fuit, vt cùm mystico, supremæque dignitatis nomine Melchisedech, χαθ' ἐξοχὴν autem Melech, quod est Rex, appellaretur, post eius mortem relatus (de more) inter sidera, hoc est, supremo planetarum Saturno comparatus, in cœlo sub nomine Baal-Semes, in terra autem in suo Theraph, seu imagine sub nomine Molech, primò licitè, quia modestè, postea fornicariè (nam, vt ait Samuel [m], *Idololatria est*, *Theraphim transgredi*, hoc est, Theraphimorum cultus nimius idololatria est) diuinis datus

l Gen. 9. 27.
m 1. Reg. 15. 23.

Digitized by Google

a Act. 7. 43. sit honoribus: quemadmodum de eo B. Stephanus[a] sic exprobrat Iudæis: *Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri, Rempham*, seu Repha. Sem enim post Noë, & diluuium præcipuus fuit inter Rephaim, qui nequaquam à mole corporis sic appellati sunt: sed cùm essent primi mundi restauratores, & iuxta vim nominis, animarum curatores sanctissimi, per eiusdem notionis vocabulum à Græcis dicti sunt Κυρῆτες. Insuper ab Hebræis, Emim, Zuzim, & Zomzomim; id est, Reuerendi, Illustres & Sapientissimi. Quorum prisca sanctitas Dæmonis arte in omnem impietatem & idololatriam, sacratissimæ verò choreæ, de quibus Philo Iudæus[b] in turpissima degenerarunt Corybantum Bacchanalia.

b lib. de vita contépl.

Quemadmodum autem huius professionis homines ante diluuium in duas Enoscæorum & Cinæorum diuidebantur veluti classes & militias; ita post ipsum diuersa sortiti sunt in sacro codice nomina. Ab Ascenez[c] enim Cenezæi[d] priùs dicti, postea ab Heber eorum Archimandrita[e] Hebræi sunt appellati[f] (quod nomen post linguarum diuisionem generale factum est illis omnibus, qui seruatam apud illos linguæ sanctæ, ac veræ religionis integritatem amplexati sunt) sicut post Moysen Nazaræi, filij Prophetarum, nec non Rechabitæ vocati sunt. Diuersæ etiam eorum scholæ fuerunt in Ægypto, India, Chaldæa, Græcia, aliisque multis orbis regionibus: quas omnes variis nominibus velut totidem parietibus distinctas Balaam Propheta sub nomine *filiorum Seth à stella ex Iacob oritura*, nempe, Christo, prædixit *disparietandas*[g]. Quod fœliciter cœpit fieri, quando velut cæterarum scholarum nomine, *Magi venerunt Ierosolymam*, & adorauerunt filium Dei naturalem[h], qui tanquam illarum omnium disparietator *dedit omnibus potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius*[i], perfecit autem, quando *mortuus est non solùm pro gente Iudæorum: sed vt filios Dei, qui erant dispersi*[l], *congregaret in vnum* Christianorum gregem.

c Gen. 10. 3.
d Gen. 15. 19.
e Gen. 10. 21.
f Gen. 14. 13.
g Num. 24. 17.
h Matth. 2. 1.
i Ioan. 1. 12.
l Ioan. 11. 52.

Porro in tertia ætate Ecclesiæ Abram ex Magorum sodalitate, id est, dicto modo filius Dei charissimus missus ab eo est ex Chaldæa in terram Chanaan, vbi postquam iuxta Magorum in tabernaculis habitandi ritum[m] multa erexisset cœnobia, tandem iuxta Hebron habitans fœdere iungitur cum princi-

m Gen. 12. 8.

pibus Hebronitis Heberis *patris Enacim*[a], id est, primi Torquatorum ordinis institutoris discipulis: à quo fœderis tempore *Hebræus*[b] est appellatus, hoc est, Hebræorum sodalitatis alumnus. Pauloque post à Deo præfectus ac constitutus est super Rephaim, Cinæos & Cenezæos[c] circa illud tempus, quo à Chodorlahomor aliorumque Regum cæde reuertenti Melchisedech obuiam egressus est[d]. Qui quidem summus Pontifex Melchisedech cùm tunc 560. esset annorum, non potuit in Abrahamitica (quam Paulus ad Hebræos[e] scribens antonomasticè vocat genealogiam) inseri genealogia, vel in ea patris eius aut matris exprimi nomina: sed bene Aaronici sacerdotes, qui per Leui filium Iacob ibi mysticè viuentes adueniente Christi sacerdotio secundum ordinem Melchisedech cum suo cruento sacrificio mortui sunt, id est, defecerunt: Melchisedech autem, qui *non genealogizatus ex eis*[f], mortuus esse videbatur, per Christum, cui iurauerat Pater æternus[g], *contestatur* in eo *quia viuit*, & viuet ad finem vsque mundi in suo sacrificio.

a Iof. 15. 1[illegible] & 21 11.
b Gen. 14. 13.
c Gen. 15. 19.
d Gen. 14.
e cap. 7. 6.
f Ibid. 8.
g Ps. 109. 4.

Abrahæ sanctissimus filius Isaac in sua ex sterili matre conceptione, in parato à patre de se spontaneo sacrificio, in diutino quadraginta annorum cœlibatu purissimo, in vnica vxore, atque duorum ex ea generatione populorum, & in aliis multis expressissima Christi figura non nisi sacerdos secundum ordinem Melchisedech, per χειροτονίας filium suum Iacob *in frumẽto & vino stabiliuit*[h] sacerdotem. Cui postea cum familia in Ægyptum abeunti, ibique defuncto, in terra Chanaan ad sanctissimum Iobum deuolutum videtur Pontificium, cùm esset ex stirpe Esau: cui patrem Isaac de hoc spem maximam fecisse coniicitur ex his verbis: *Viues in gladio, & fratri tuo seruies: tempusque* (id est, tempus autem) *veniet, cùm excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis*[i].

h Gen. 27. 37.
i Gen. 27. 40.

Ista & alia multa promuntur hîc arcana, ex quibus velut textum (vt aiunt) ex fimbria, dignoscere ac diiudicare poteris quid in antiquissimo omnium sacrorum ac profundissimo Iobi libro tibi Deus per nos sit ostensurus. VALE.

Digitized by Google

Errata præcipua quæ occurrerunt, hæc ferè sunt.

Pagina 5 linea 21. lege dicitur. p. 9. l. 2. lege more. p. 10. l. 11. lege greges. *ibid.* l. 31. lege misceretur. p. 1. l. 14. lege ad Seth p. 34. l. 14 l. sacerdotio. p. 35. l. 20. l. L..us ab Elia. *ibid.* l. 25. l. sit indicasse. *ibid.* ead. l. sic tamen p. 36. l. 18. l. Ioseph B Virg De para spons sum fabrum inter filios s. riatim numerari *ibid.* l. 31. l. qui Elias fuit. p. 40. l. .. 6 l. indicatur. p. 41. l. 16. l. *Seth apud.* p. 45. l vlt. l. *Kinah.* p 49. l. 16 l. *Enosc.m iniquitatis* p 51. l. 30 l. Tanis. p. 2. l. 24. l. indignissimo p. 59. l. 13. l. Rannim. p. 61. l. . l. ...*mzumim*, vel zonzómim. *ibid.* l. 3. l. Hinc Enacim. p. 62. l 1. l. Rannim. p. 63 l. 5. l. *Daphnu. ibid.* l. 7. *sublungere.* p. 64. l. 1. l. consideretur. p. 66. l. 12. l. ædificauerat. *ibid.* l. 9. l. h.. c.. ah. p. 6.. l. 5. Rempham. p. 71. l. 9. in dicta filiorum Dei serie. p. 73. l. 3. *statuta latria ibid.* 2.. l. appareret. p. 96. l. 17. nimis frequētia. p. 104. l. 6. l. nominis. p. .20. l. 19. l. Hebr. Cedmoneus. p. 122. l. 9. l. vocet eum. *ibid.* l. 30. l. proceras. p. 1.3. l. 30. l. Iudæi. p. 124. l. 16. dictus est. p. 125. l. 5. l. ab orbe condito. p. 126. & auctoritate. *ibid.* l. 34. tam secundum spiritum, quàm. p. 138. l. 1. l. dum Ecclesia. p. 55. l. 31. l. Tamna, & sic deinceps. p. 15 8. l. 35. l. insulté nimis. p. 159. l. 30. l. communi apud. *ibid.* . vlt. l. Noë. Hunc. p. 160. 27. l. renouare ur. *ibid.* l. 34. l. Rapha Cased. p. 163. l. 11. l. Camani Arphax dis. *ibid.* l. 17. l. Octauius. *ibid.* l. 35. l. *Thamma* Et sic deinceps. *ibid.* l. vlt. l. quæ secunda post. p. 164. l. 12. l. *ditionis.* p. 168. l. 10. l. genuina. p. 169. l. 7. l. more an iquo. p. 175. l. 10. l. Hinc erroris ansa. pa. 177. l. 1. Hinc labor. p. 18 . l. 9. l. conuersari. p. 18.. l. 3 . l. Semus & Sancus. p. 186. l. 25. l. ita vt nec. p. 187. l. 3.. l. dimisit in Chaldæam. p. . 8. l. 11. l. *d misticum.* p. 189. l. 28. l. Phaleg genitum fuisse. p. 19. . l. 18. l. Quid etia n. p. .03. l. 18. l. secundum autem. p. 212. l. 30. l. auus eius. p. 217. l. 25. l. Cham. p. 232. l. 30. l. quatesaecre. p. 238. l. 30. l. cedere. p. 241. l. 14. l. lentā. p. 242. l. 34 discedere. p. 243. l. 24. l. 1830. *ibid.* l. 2 . l. nouus. p. 256. in tit. l. Cenezæorum. 295. l. vlt. l. festa videlicet. p. 296. l. 25. l. Solis ita. p. 302. l. vlt. l. Similiter. p. 30 . l. 20. l. excœcatos. p. 307. l. 1. *posteri*. *ibid.* l. 10. l. sanctissima, quasi dicas, res sanctissimas, præsertim propter, &c. *ibid.* l. 34. exhiberi tu tibi. 08. l. 34. l. diuinæ sapientiæ. 313. l. 1. butyreum quid. *ibid.* l. 9. l. Sapientiæ fucum. *ibid.* l. 15. l. ex *libru* legis. 314. l. 20. l. determinatiuè. 316. l. 15. l. multi enim. 319. in tit. *nuntio Abrahæ.* 324. l. 30. l. iam tritæ. *ibid.* vlt. indicare. 325. l. 5. ideoque tam. *ibid* l. 16. l. Nachoræ partitionem. 326. l6. l. ad Saram &. *ibid.* l. 1. indicat Isaacum aliquando inuisisse auum. *ibid.* l. 32. optime notam. 329. l. 32. inficeret re ionem. 337. l1. l. biennium habitauerat. *ibid.* l. 7. l. ex quo venerat. 341. l. 19. l. quod quemadmodum. 376. l. 10. l. pro authoritate autem. 378. l. 24. l. præbens argumenta. *ibid.* l. 26. l. coram Deo ambularet. 382. l. 13. l. & vini haustum. *ibid* l. 15. l. verba symbolis. 403. l. 21. l. seruus Dei Iob. 410. l. 18. l. in vrbe Tani. 419. l. 18. l. summum Sacerdotem 424. l. 10. l. breuis enim. 42 . l. 11. vtilitate, ita Iudas. 432. l. 10. multitudine subditorum. 436. l. 3. vocabantur Chiliarchi. 437. l. 5. vnde bouis. *ibid.* l. 22. Scior verbo. 439. l. 12 filiæ pompaticæ. *ibid.* l. 3. si verba Iacob. 445. l. 2. l. Dei in propitiatorio. 449. l. 28. continebat arca. 450 l. 24. certè statim. 45. l. 7. vnam qualem malè. 457. l. 29. armenti ductorem. 460. l. 25. ad instar aliorum. 462. l. vlt. benedictione verbis. 482. 15. l. ibi Phaleg Cinços.

Aliquot perpaucæ mendæ Hebraicæ dictionibus Latinis quæ attexuntur, corriguntur. Si quædam aliæ vel ad marginem vel in textu reperiātur, facilè ab erudito lectore emendari posse putamus. Si quę vero citationes suis litterulis quæ in textu sunt aliquando non satis respondeant, Doctus lector facilè iudicabit, cui potiùs literulæ sunt accommodandæ, & Typographo authoris sæpe præsentiam desideranti veniam benignè concedet.

P. IACOBI

Digitized by Google



P. IACOBI BOVLDVC
ORDINIS CAPVCCINORVM PRÆDICATORIS,

DE ECCLESIA ANTE LEGEM
LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De lege naturali data Adamo, & de ſacrificijs ab eo ordinatis.



CANNIS propter tempus diſciplinas recuſandas non eſſe, optimè ſcripſit Philo Iudæus [a]: dum & ſcriptis ſapientum damus operam, & narrationibus priſcarum rerum ſententiarumque libenter interſumus, & ſciſcitari non grauamur de ſuperioribus ætatibus, quando nihil ignorare res eſt iucundiſſima; & prodeſt, ſi non ad parandam perfectam virtutem, certè ad curam Reipublicæ (dicamus & Eccleſiæ) noſſe opiniones priſcas & Ogygias, audireque antiquitatis pulcherrima facinora, quæ Hiſtorici, & omne genus Poetarum prodiderunt ætati ſuæ ad poſteritatis memoriam. At benè etiam vitium malignitatis humanæ vocat Tacitus [b], vt vetera ſemper in laude, præſentia ſint

a De ſacriſi Abel & Cain.

b lib. 2. de oratorib.

Digitized by Google

in fastidio: & vetera antiquaque miremur; nostrorum studia temporum irrideamus, atque contemnamus. Sic præsentia inuidia, præterita nos veneratione prosequi, his nos obrui, illis instrui credere, testatur Velleius Paterculus [a]. Nempe,

a lib. 2.

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

Admiranda sanè sunt, ac omni reuerentia dignissima, quæ veteres sanctissimi, doctissimique Ecclesiæ Patres ex Scripturis sensa nobis exhibuerunt: & cùm vel idololatriam euertere, vnumque verum Deum, & quem miserat Iesum Christum B Gentibus ostendere, vel Iudæis Messiam illis promissum iam aduenisse probare, vel diuersas suæ tempestatis hæreses profligare, vel denique fidelium peccata destruere, atque in eis fidem stabilire, perfectionemque formare in votis haberent: prorsus insignes præsertim ex veteri Testamēto ad allegoriam & tropologiam attinētes sensus eruerunt. Tanta autem ad hæc vtriusque legis testimoniorum turma se premi viderūt; vt cum eis ad manum & obuia quæque sufficerent, vix inter eos reperiatur, qui tunc necessarium esse duxerit veteris historiæ subtiliora diligentiùs inquirere: multò minùs priorum sæculorum obscuriora ex originalibus inuestigare secreta. C

Veterum patrum doctrina reuerenda.

Attamen multorum huiusce temporis (quo iam illa dictarum trium sectarum velut totidem cohortibus cōstans acies profligata iacere videtur) magnorum vtique virorum minimè contemnenda solertia est, cuius ne vnum quidem sacræ legis Iota, vel vnus apex præterit scrutiniū. Sed potiùs cùm in spiritu humilitatis sic tentantes abstrusiora penetrare mysteria, & consolationem scripturarum percipiant, & thesauros ibi absconditos conentur è tenebris ad lucem producere, suam quoque merentur apud Deū & homines gloriam. Idque tantò magis; quātò huiusmodi arcanorum, priscorumque rituum antea ignotorum, vel potiùs densato nimiæ vetustatis puluere conspersorum extersio ac notitia ad maximum diuinæ Maiestatis vergit D honorem. Dum in hoc eius erga sanctam Ecclesiam mira dilectio, & prouidentia conspicitur, absurdissimæ hæreticorum nouitates deteguntur, & fides credentium mirificè roboratur.

Neotericorum solertia laude digna.

Scriptura arcana cur exquirenda.

Vt igitur in hoc domus Dei gazophylacium vel etiam duo nostra minuta mittamus, studuimus dilectissimæ eius sponsæ

Digitized by Google

A matris Ecclesiæ admirabilem pulchritudinem ac venustatem omnium oculis proponere: ac præsertim illam quæ primis mundi sæculis sub lege naturæ vsque ad Moysis seu legis scriptæ tempus enituit. Per tres autem id facimus libros, sicut illud tempus in tres ab enarratoribus diuidi solet ætates: quarum prima est ab Adam vsque ad diluuium, quod contigit anno mundi 1656. secunda à diluuio vsque ad Abraham, qui natus est anno mundi 1948. tertia verò vsque ad natiuitatem Moysis, quæ fuit anno mundi 2373.

Ordo autem rerum exigit, vt ab Adam nostræ sumamus B initium narrationis, & pro modulo palàm faciamus, quid ille, qui per peccatũ tantam suæ posteritati cladem intulerat, tamq; exitiosum illius à Deo Opt. Max fecerat diuortium, ad perfectam ita separatorum contulerit reconciliationem, nec non ad illam vnionem, quam ante peccatum opportunè admodum in suo connubio, vero Ecclesiæ typo, contemplatus fuerat, nempe, filium Dei futurum eius sponsum, hisque postea verbis expresserat: *Quamobrem, relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* [a] — a Genes. 2. 24.

Principium autem sumere debemus à fundamentis ab illa, C dico, lege naturæ post peccatum data à Deo primis parentibus, quam B. Iacobus [b] vocat νόμον βασιλικὸν *Legem regalem*, seu fundamentalem, eo quod cæterarum legum basis est: qua docemur reddere vnicuique quod suum est. Id eius per gratiam consummator Christus quantùm ad proximum sic exponit: *Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis:* quantùm verò ad Deum & proximum his verbis [c]: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: hoc est maximum & primum mandatum: secundum autem simile est huic; diliges proximum tuum sicut teipsum.* D *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ.* [d] Hanc legem datam fuisse post peccatum primis parentibus, testatur Iesus Sirach [e]: *Testamentum æternum*, inquit, *constituit cum illis, &c. & mandauit illis vnicuique de proximo suo.* Et paulò post: *Non sunt absconsa testamenta per iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum in conspectu Dei.* Quasi dicat, Deum erga eos misericordem minime præpeditum fuisse à multitudine & grauitate peccatorum eorum, quin statim post remissionem

b Cap. 2. 8. *Lex naturalis data fuit Adamo.*

c Matth. 7. 12. Luc. 6. 31.

d Matt. 22. 40.

e Eccl. 17. 12. & 17.

Digitized by Google

Diuersa legis naturalis nomina.

culpæ largitus sit eis antidotum legis naturalis: quæ pro sua dignitate, firmitate, & vtilitate nunc, *lex æterna* [a], & *testamentum æternum* [b], nunc *æquitas* [c] seu *iustitia* [d] (sicut eius obseruatores *iusti* [e]) nunc denique *via Dei* [f] & alijs præclaris passim vocatur nominibus quæ nos latè prosequimur in libello qui hunc subsequitur sub titulo, *De Ecclesia post legem*: vbi videtur quanta sit analogia legis naturalis, & legis Euangelicæ.

a Baruch. 4. 1.
b Eccl. 45. 8. & 19.
c Iob. 23. 7. Psal. 66 5. 95 10. 97. Esa. 11. 4.
d Rom 9. 30
e Matt. 23. 35. Heb. 11. 4. Genes 6 9. Eccl. 44 17.
f Genes. 18. 19.
g Cap. 17. 3.

Secundò iuuat notare illud Ecclesiastici g: *Posuit oculum suum super corda illorum ostendere illis magnalia operum suorum, vt nomen sanctificationis collaudent*: His etenim verbis non obscurè significatur, Adamum insigni rerum innumerabilium cognitione diuinitus fuisse donatum, scientiarumque multarum peritia, quam per peccatum non videtur amisisse. Sed inter alia accepit idioma Hebræum, quo tum Deo, tum hominibus colloquebatur: sed & literas, quibus scribi ac legi posset. Vnde Sethi filijs Adæ nepotibus duarum quidem columnarum quibus sua inuenta inscripserunt, &, vt puto, multa quæ ad religionem cultumque Dei attinebant, erectio tribuitur à Iosepho [h]; minime verò litterarum aut scriptionis inuentio.

Adam multarum artiũ inuentor & literarum Hebraicarum.

h Antiq. l. 1. c. 2. vel 3.

Sed quæ magis ad rem faciunt, diuinumque cultum respiciunt etiam exteriorem, est prima oblationum & sacrificiorum praxis atque notitia, quam ei iure tribuimus. Nam si quælibet gens, quantumuis efferata, lumine naturæ aliquam cognoscẽs diuinitatem statim nouit illam muneribus esse honorandam: quid de primo homine dicemus, qui verum Deum tam perfectè, quantùm in hac vita fieri potest, agnouit, & cum illo tam familiariter conuersatus est? *Credimus*, ait Hugo à S. Victore [i], *Deum docuisse Adam cultum diuinum, quo eius beneuolentiam recuperaret, quam per peccatum transgreßionis amiserat, ipsumque docuisse filios suos dare Deo decimas & primitias.* Idem habet S. Athanasius [k], & alij multi.

Adam primus omniũ Deo sacrificium obtulit.

i In Genesim.
k In Epist. de perfidia Eusebij, & libro super illo, *Omnia mihi tradita sunt.*

Quemadmodum autem ex eo quod scribitur de duobus filijs eius, *Cain obtulisse de fructibus terræ munera Domino, Abel autem de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum* [l], duo oblationum & sacrificiorum genera tunc ordinasse colligimus; animalium, videlicet & frugum, fructuumque terræ: ita sanè, quod dicitur, *respexisse Dominum ad Abel & ad munera eius: ad Cain verò, & ad munera eius non respexisse*, satis apertè indicat, il-

l Gen. 4. 4.

Digitized by Google

A la munera ex se bona, Deo grata vel ingrata fuisse, quatenus ei persona placebat, vel displicebat offerentis Hinc factum fuisse videtur, vt incruenta Caini sacrificia vsque ad diluuium despecta fuerint, Abelis autem cruenta admodum frequentata.

Inde colligo, Cain primogenitum, Adæ tale sacrificium de terræ frugibus, non nisi exemplo patris, cui in sacrificio succedebat, obtulisse. A quo sicut arare terram [a], ita & ex eius frugibus munera Deo offerre didicerat: atque in primis triticum, non solum in natura, & quale in messe colligebatur: sed B etiam in massam redactum farinaceam, panemque decoctum.

a Zach. 13 5.

Hoc forsitan naturali lumine ducti Theologi Gentium tribus de causis Dijs sacrificandum censuerunt, vt veneremur, vt gratias referamus, vt ab ipsis necessaria petamus, & mala propellamus. Ad hæc perficienda votum animi satis esse existimabant: cui & addi posse credebant quædam ex frugibus munuscula, animalia verò mactare nefas ducebant: inter quos Ægyptios extitisse puto, de quibus Moyses [b]. Porphyrius Philosophus scribit primos qui Dijs sacrificare cœperunt, non animalium, sed herbas primùm, floresque, deinde arbores sacrificasse. C Quin & Licurgus ex herbis iisque rebus quæ parabiles essent, sacrificia instituisse dicetur, nequando ex difficultate sacra omitterentur, vel differre necesse esset. Sed & Cecropem legimus Iouem ὕπατον nuncupasse, eique nihil omnino animatum sacrificasse, sed pemmata, seu bellaria indigena: ea autem Athenienses πελάνους vocitabant, vt Pausanias [c] scribit. πέλανος autem, ait Didymus, placenta fuit ex flore farinæ confecta pro sacrificijs.

Prima sacrificia fuerunt ex terra frugibus, & ad quid.

b Exod. 8. 26.

c In Arcad.

Præterea Græci ὀλοχύτας molas ex hordeo & sale confectas in sacris adhibebant: itaque non far, sed hordei primitias, libaque & placentas ex hordeo offerri, hordeumque sale inD spersum in primis aræ infundi satius duxere, sine quo, saluis ceremonijs, nullum sacrum fieri fas putabatur. Pythagoras Essenorum sectator, vt videbimus, dogma dedisse legitur [d] de sacrificijs in vino & simila. Eius autem (vt putatur) discipulus Numa Pompilius Deos fruge coli, & mola salsa supplicari instituit (vnde & verbum *immolo*, pro sacrifico capitur) quæquidem mola ex farre sale & aqua componebatur: sine qua mo-

d Plutarch. in Numa.

Digitized by Google

la nullum sacrificium ratum fieri censuit. Quod farris genus *Ador* & *Adoreum* dicebatur: & vulgo *semen*, vt ait Isidorus, etiam vocabatur.

Quid quod in illa secunda parte tabernaculi Mosaici quæ *sanctum* dic. batur, nihil aliud erat quam panes propositionis, candelabrum aureum cùm oleo in lampadibus & altare thimiamatis. Quæ sicut numerum septem lampadum, & mutationem panum in die Sabbati (cuius celebratio ad ista prima mundi tempora pertinere nunc videbimus) tanquam ab

a Hebr.9.1. Adam instituta videtur Paulus [a] agnouisse, cùm dictarum rerum locum non simpliciter *sanctum* (vt post Moysem passim vocabatur) sed *sanctum sæculi* nominat. Quod nos ampliùs B

b Cap.11.& lib.1.c.20. postea [b] declarabimus.

Frumentum omnium frugum dignissimum.

Certè inter fruges terræ quas Adam Deo offerret frumentum fuisse dignissimam probat non solùm panis præ alijs hominum cibarijs necessitas, nec non vini, frumenti & olei toties in scripturis repetita: in illis partibus Orientalibus abundantia: sed etiam quod regio frumenti ferax commendatur in hoc

c Iob.28 5. quod *terra panis* [c] sit. & inter primas mundi creaturas ponitur à Psalmista *eductus panis de terra*: sicut ab initio frumentum fuisse colligitur, ex his verbis iuxta Heb. *Producat terra animam* C

d Genes. 1. 24. *viuentem ad speciem suam* [d]: vbi Tharghum *speciei* nomine speciem tritici interpretatur: cuius & culturam à Deo didicisse & simul artem panificam (postquam erectus à loco deliciarum vt

e Psal. 103 terram foderet necesse habuit *pane educto ex ea cor suum* inter labores ærũnasque *confirmare* [e]) ferè exigit quod à Deo dictum

f Gen 3.19. est ei, *In sudore vultus tui vesceris pane* [f]. Vt idem bonus pater, qui per peccatum nudato vestes non dedignatus est dare pelliceas: panem quoque, id est, communem & ad manum cibum esurienti tribueret, iuxta illud: *Initium vitæ hominis aqua &*

g Eccli.28. 29. *panis, & vestimentum & domus protegens turpitudinem* [g]. D

Hinc factum credo: vt Adam tantum agnoscens beneficium, velut alter Iacob diceret: *Quia dedit mihi Dominus panem ad vescendum & vestimentum ad induendum, erit mihi Dominus in*

h Gen. 28. 20. *Deum: cunctorúmque quæ dederit mihi, decimas offeram ei* [h]. Iudicet obiter lector, vnde sumere etiam potuerint originem vestes pelliceæ. quibus filij Dei, id est, prophetæ ac religiosi viri, quales

i 4.Reg 1 8
k Matt.3.4. erant Elias [i], & Ioannes Baptista [k], sancti quoque Eremitæ,

Digitized by Google

A qui teste Cassiano a, melote vtebantur: Imò, vsque nunc in Ecclesia Doctores, Canonici, Reges, Præsides, vt olim Romani Senatores, tanquam habitu decenti in toto vel in parte decorantur.

Marc. 1. 6.
a Lib. 1. de instit. monast. cap 8.
Pellicea quibus decorantur Reges, Proceres, Canonici, Doctores & alij origine trahunt ab Adam.


Quantùm verò ad panem, non video in Scriptura, cur Melchisedech (quem Sem fuisse postea b docebimus) sacrificium ex pane & vino Deo Altissimo obtulerit: nisi quod & primum Adæ in pane sine vino, cuius nondum erat vsus in prima mundi ætate, & alterum quod pater eius Noë post vineæ inuentio-
B nem illi adiunxerat, vno pariter consecraret libamine: secundum quod postea filius Dei naturalis Christus futurus erat sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Præter quod panis sacrificium alia quoque ex animalibus offerebat Adam, quæ placuerunt Abeli, & per eum, Deo: ideoque postea ex Dei instituto à Moyse & Aaron electa fuisse videntur. Et sic, cruentè in Abel eiusque sacrificijs: sed priùs incruentè in sacrificio frugum terræ, quæ primò obtulit Adam, *Agnus occisus est ab origine mundi* c.

b lib. 2. c. 9.
Vnde sacrificium Melchisedech in pane & vino habuit initium.
c Apoc. 13.

C

CAPVT II.

De festis quæ Adam instituit, & de locis sacris seu templis quæ ædificanda curauit.



SED quonam tempore, quibusue diebus Adam illa offerebat sacrificia? Respondeo, quod plerumque pro sua deuotione & pietate (quam magnam fuisse postea d ostendimus)
D vel hostias pro peccato, vel pro acceptis beneficijs holocausta Deo offerebat, prout iudicabat opportunum: sed præsertim in duobus festis, quæ ab illo instituta sunt; nempe, in die Sabbathi, qui mundi natalis erat, & in filiorum suorum natalitiis anniuersariis. De primo festo sic loquitur Philo e. *Postquam*, inquit, *vniuersus hic mundus perfectus est, iuxta perfectam naturam senarij numeri, sequenti die Sabbato pater honorem addidit, quem vbi laudauit, mox sanctum*

d Cap. 7.
e lib. de hom. opific.

Sabbati dies ab initio mundi celebrata est. *appellare dignatus est. Est enim festum non vnius populi, regionisue, sed vniuersim omnium: quæ sola digna est vt dicatur popularis festiuitas, & mundi natalis.* Quibus similia repetit in libro de Decalogo, & alibi [a]. Quod nonnulli negant: inter quos Tertullianus [b], Vatablus sequens Abulensem, qui illa verba: *Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat; & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat* [c], putat dici per anticipationem, quod septimus dies sanctus fuerit data lege, non priùs. Sed Beda, Hieronymus Pradus [d], Pererius, Emmanuel Sa, Cornelius à Lapide, Salianus & alij longè melius tenent, iam inde à principio Sabbatum celebratum fuisse, idque ab Apostolo [e] iudicari. Et colligitur ex his à Moyse longe ante datum Decalogum prolatis verbis: *Hoc est quod locutus est Dominus* (vt pote, à mundi principio quando Deus, *benedixit diei septimo & sanctificauit illum* [f]) *requies Sabbathi sanctificata est Domino, cras quodcunque operandum est facite,* &c. *sex diebus colligite* (manna) *in die autem septimo Sabbatum est Domini* [g]. Quasi diceret, vos optime nostis quod dies crastina Sabbati sãctificata est Domino. Sed apertiùs etiam denotatur, cum dicitur: *Memento, vt diem Sabbati sanctifices* [h]. Hoc enim non est Sabbati celebrationem instituere: sed quæ iam in vsu erat, ne negligeretur, admonere. Proinde fuit hoc de Sabbato præceptum diuinum non naturale, sed positiuum. Vnde *Esseni* (id est, Enosæi) *Sabbati operationem aliquam contigisse, omnibus Iudæis diligentiùs cauent*, ait Iosephus [i]. Nempe, quia primi Sabbatum a mundi primordio seruauerunt. Constat de Assamoneis Machabæis [k] qui erant Esseni, dum malunt mori, quam pugnare die Sabbati. Sed & notatu dignissimum septimi dies obseruationem viguisse apud Gentiles. Etenim Diogenem Grammaticum prodit Suetonius [l] disputare Sabbatis Rhodi solitum: Lucianus [m], Gellius [n], & Vulcatius [o], die septimo pueris, militibus, aliisque concessam conuiuendi, ludendi, exercendi sese facultatem: & Lampridius [p] Alex. Seuerum cum in vrbe esset ascendisse Capitolium eodem die, templaque frequentauisse. Quod ego à primæ mundi ætatis patribus in Europam per Noë & Iapheth inductum facile crediderim: sicut de posterioribus intelligendum, quod Iosephus [q] & Clemens Alexandrinus [r] negant vrbem vllam Græcorum

Septima dies à Gentibus celebrata est.

a In vita Moysis.
b lib. contra Iudæos.
c Gen. 2. 2.
d In c. 20. Ezech.
e Heb. 4. 9
f Genes. 2. 3.
g Exod. 16 23. 26.
h Exod. 20. 8.
i De bello Iud. l. 2 c. 7.
k 1. Mach 3.
l in Tiberio cap. 32.
m n Pseudolog.
n lib 15 c 11
o In Auidio Cassio.
p In Alexãd. Seuer.
q lib. 2. cõtra Appion.
r 5. stromat.

Digitized by Google

A Græcorum vel Barbarorum ex Iudaico ritu à diei septimi cessatione ab opere in suos moræ recepisse.

Aliud festum ab Adam institutum & obseruatum fuit, diei natalis vniuscuiusque filiorum suorum: in quo singulis annis ipse pro filiis, & quisque eorum pro se offerebant Deo sacrificia. Idque colligo ex iis, quæ in nonnullis codicibus ita cum parenthesi leguntur, verbis: *Adam verò cognouit vxorem suam Heuam; quæ concepit & peperit Cain, dicens: Possedi hominem per Deum. Rursumque peperit fratrem eius Abel (fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola) factum est autem post multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum* [a]. Quæ si iuxta archetypum sine parenthesi legatur, facilè quod dicimus apparebit. *Et Adam ipse cognouit Hhauah vxorem suam, & concepit, & peperit Cain, & dixit: Acquisiui virum cum Domino. Et fuit in fine dierum, & adduxit Cain de fructu oblationem Domino: & Hebel adduxit etiam ipse de primogenitis pecudum suarum & de adipe earum.* Vbi Fagius cum Aben Ezra dies pro anno sumunt, voluntque singulis annis, certo & statuto tempore fratres istos munus suum ad certum locum, qui cultui diuino publico destinatus esset, attulisse: vt ista annua solennitas, qua ad colendum Deum publicè conueniebant, hac locutione denotetur. Confirmatur ex aliis locis, in quibus vox יָמִים *Iamim*, id est, *dierum*, sumitur pro annis: vt in Deuteronomio [b], *Anno tertio separabis aliam decimam*, &c. Iuxta Heb. *Post finem trium dierum.* Item in Leuitico [c], *Donec vnus impleatur annus* &c. Aliquando vbi sermo est de aliqua anniuersaria solennitate, iungitur nomen יָמִימָה *Iamimach*, quam *dieitatem* non malè quis dixerit: vt cùm agitur de anniuersaria solénitate azymorum: *Custodies huiusmodi cultum statuto tempore à diebus in dies* [d]. Pagninus vertit *quotannis*: posset reddi *de die in dieitatem*, quasi vltima vox solennitatem diei, vel diem solennem significaret; diceremus Gallicè: *Iour pour iour*: sed non satis expressè.

Natalitiorũ festa instituta ab Adam.

Diei nomen pro anno plerumque sumitur.

a Gen. 4.2.

b cap. 14.28

c cap. 25.29

d Exod. 13. 10.

Quod autem Genesis verba non de qualibet anniuersaria die, sed de natali, quã Cain & Abel oblationib⁹ & sacrificiis annuatim celebrabant, intelligatur multa suadẽt. Primò quidem matris Euæ pia & deuota gratiarũ actio in natiuitate Cain, cùm ait,

Rationes quibus probatur Adã festum diei natalis instituisse.

Digitized by Google

Possedi hominem per Deum, hoc tanquam ex sola Dei bonitate sibi concessum beneficium agnoscentis. Idemque, quasi de more, fecit in natiuitate Seth, dicens: *Posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel* [a], &c. Secundò, constat ex ordine narrationis; statim enim ac de illorum natiuitate dictum est, *Rursúmque peperit fratrem eius Abel*, additur, *Factum est autem post finem annorum*, supple eorum: non solùm indicans illos sacrificia offerre cœpisse iam grandæuos; sed etiam præcisè annuatim id facere solitos fuisse. Tertiò, ex eo quod status & conditio vtriusque præmittitur, *fuit autem Abel pastor ouium & Cain agricola*; tam vt indicaretur, quod Abel, vt pastor ouium gregis, Cain, vt colens terram, de fructibus laborum suorum offerre soleret: quàm vt breuiter significaretur, quomodo & quando negotiis temporalibus orationes, oblationes, & sacrificia interfererent, non confusè aut ad libitum sed iuxta tempora & leges à patre eis datas. Quartò, si pro natali totius mundi (sub cuius generalitate creatio Adæ comprehendi videbatur) festum Sabbati generale omnibus statutum est pro communi omnium rerum creationis beneficio: congruum etiam fuit, vt Adam, qui plusquam vllus hominum in se expertus erat quantum esset Dei beneficium fieri ad imaginem Dei, singulis etiam hominibus natiuitatis diem celebrandum instituerit. Ad quod videtur Christus allusisse, cùm dixit: *Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum* [b]. Quintò, idem colligimus ex impositione non temeraria, sed prorsus mystica nominum Cain, Abelis & Seth: ex qua possimus deducere, alios omnes vtriusque sexus liberos Adæ (quos Eua peperit in magno numero, etiam inter natiuitatem Abelis & ortum Seth) sua similiter de more ab vno, vel vtroque parente accepisse nomina, non sine progenitorum de natiuitate gaudio; sed quod propter originalis peccati maculam dolore miscetur non modico: donec per talem nominis impositionem signum ad extra præberent, quia homo natus quidem mundo, sed peccato mortuus iam in fide parentum Deo renascebatur. Idcirco meritò celebrabatur dies, in qua (iuxta communem Theologorum sententiam) filius recens natus ab originali culpa purgatus Deo, inimicus esse desinebat, Nimi-

[a] Gen. 4. 25.

Orationes operibus temporalibus intermiscendæ, & quomodo. B

Nominum prima impositio hominibus, & quando instituta. C D

[b] Ioan. 16. 20.

Digitized by Google

A rum ante institutam circuncisionem, ipsa prima die natiuitatis, talis nominum impositio in dictæ fidei & regenerationis signum fieri solebat; quod est valde probabile: quandoquidem nulla erat ratio differendi, sicut in circuncisione, quæ si ante diem octauum daretur infanti, eum in euidens vitæ periculum adduceret. Adde, quod tunc Adam recentem huius peccati à se inflictam filijs plagam iugiter & amarissimè deflens tantisper in eis illam morari non patiebatur. Quem sanè fletum, ad perpetuam rei memoriam, in primo ex suis omnium electorum Abel (qui luctum importat) non ab Eua *Abel nominis causa & mysterium.*
B sola, sicut Cain & Seth; sed etiam ab ipso qui cum illa peccauerat, expressum fuisse censeo. Hæc igitur nominum impositionis dies merito fuit celebris ex Adæ primi parentis institutione.

Sextò, congruum valde fuit, vt ad eiusdem culpæ originalis expiationem, ab eodem qui eam primus commiserat, qui præ cæteris hominibus ingens eius virus damnumque nouerat, quique festum Sabbati cum holocaustis pro beneficio creationis ordinauerat, sacrificium aliquod institueretur. Quodquidem natale sacrificium prima ista die, antequam infans no-
C minaretur pro peccato originali potissimùm offerretur; sequentibus autem diebus anniuersarijs vsque ad tempus, quo pueri culpæ capaces essent, pro gratiarum actione quod homo natus esset in mundo: deinceps verò, tam pro beneficio natiuitatis quàm pro peccatis actualibus, vel etiam mentalibus. Quod saltem vltimum deducitur ex circunstantijs sacrificij quod S. Iob in singulis filiorum suorum natalitiis, tempore matutino, post eorum sanctificationem (aliaque fortasse ablutione factam) & iuxta eorum numerum pro singulis offerebat. *Cùmque in orbem transissent dies conuiuij* (natalis) *mittebat* *In natalitiis offerebatur sacrificium in expiationem peccati originalis.*
D *ad eos Iob, & sanctificabat eos, consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis. Dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis* a. Quod si pro peccatis mentalibus adultorum tale sacrificium offerebatur in die natali: verisimile admodum est, idem sacrificium ipsa prima natiuitatis die pro peccato originali ab Adam fuisse institutum: quod tunc esset sacramentum, pro quo deinde circuncisio instituta est. Quæ ideo cùm esset signum fidei de Christo ex Abraham a Iob. 1. 5.

per Isaac & Iacob nasciturо, necessaria non fuit aliis populis ex Esau descendentibus. A

a Epist. 77. Quæ doctrina quadrat prorsus sententiæ Greg. Magni a dicentis: *Quod verò apud nos valet aqua Baptismatis, hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fides; vel pro maioribus virtus sacrificij; vel pro ijs qui ex Abrahæ stirpe prodierant mysterium circuncisionis.* Et B. Thomas b, docet esse probabile, parentes fideles pro paruulis natis, & maximè in periculo existentibus aliquas Deo preces fudisse; vel aliquam eis benedictionem adhibuisse, quod erat quoddam signaculum fidei; aut adultos pro seipsis preces & sacrificia obtulisse. Addere potuit vel alios pro se, si non erant sacerdotes. Nam Adam pro Cain & Abel cùm adhuc essent paruuli, sacrificium obtulit: ipsi verò per se, cùm essent adulti & sacerdotes: sicut Iob Sacerdos & Pontifex semper pro filiis, qui tales non erant. B

b 3. p. 70. ar. 4. ad. 2

Gentiles diei natalis celebritatem ab Adã per traditionem acceperunt.

Qui quidem mos laudabiliter à Paganis obseruatus legitur, cum sacrificiis, & oblationibus, aliisque multis ceremoniis, non ex solo, vt credo, lumine naturali, sed ex consuetudine per traditionem ad eos vsque manante per filios, nepotesque Noë primos post diluuium orbis terrarum incolas. De quo die natali intelligitur illa per ordinem vniuscuiusque diei sacrificiorum & conuiuiorum filiorum Iob celebritas, cum dicitur: *Et faciebant conuiuium per domos vnusquisque in die suo*, &c. c nempè, natali. Vbi hoc amplè probamus: itemque ostendimus, illud quod de Elcana legitur solito *ascendere de Ciuitate sua statutis diebus* (id est, quotannis) *vt adoraret & sacrificaret Domino* d, debere intelligi de singulis diebus natalitiis filiorum suorum, quorum festa celebrare solebat, vt ex ipso contextu manifestum est. C

c Iob. 1. 4. 5.

Ex dictis præterea colligitur aliquem tunc fuisse locum ad sacrificandum destinatum: præsertim cum priscis illis diebus tam frequenter filios gignerent: & maximè propter festum Sabbati. Et confirmatur ex Hebræo textu, vbi legimus Cain attulisse de fructibus terræ: siquidem adducere pro offerre sæpe in Scriptura sumitur, quod afferrentur ad Dominum, quæ illi ad sacrificium offerebantur. Exempli gratia: vbi legimus, *offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino, & adducet illum ad ostium tabernaculi*, id est, offeret. Quod & Iaibi D

Loca quædã sacra cultui diuino destinata fuisse Adã temporibus.

d Leuit. 4. 4

Digitized by Google

A sæpe [a]. Potest etiam idem colligi ex his Caini ad Abelem fratrem verbis quando voluit eum occidere, *Egrediamur foras* [b]: non solùm enim indicant, in aliquo peculiari loco eos fuisse, in quo sacrificauerant, & Deus sæpe signum aliquod dederat quod *respiceret ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera eius non respiceret* [c]: sed locum fuisse sacrum, atque diuinis oblationibus dedicatum: præ cuius reuerentia noluit ibi fratrem occidere, sed in agro, id est, in loco profano: vnde statim addit: *Cúmque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit*
B *eum.* Quæ verba non obscurè innuunt, Cain vix præ furore & excandescentia potuisse à cæde fratris temperare, cum adhuc simul essent in dicto loco. Quamuis doceat Targum Ierosolymitanum, Cain cœpisse queri de diuina prouidentia, nonnulla etiam protulisse contra extremum iudicium. Interim videas obiter Abelis mortem eiusque causam latentem sub fabula Libani pueri sacrificiis dediti, inuidia intercempti & Deorum miseratione in cognominem plantam quæ λίβανος Græcis dicitur, mutati. Sed nec longè à monte Libano hoc fratricidium perpetratum est, vt patet ex sequentibus.

a Leuit. 2. 2. & 5. 12.
b Gen. 4. 8.
c Gen. 4. 4.
Sub Libani pueri fabula latet mysterium Abelis occisi.

C Igitur loca quædam sacrificij ordinata, sed clausa iam extitisse nemini dubium esse debet. Insuper sub dio & aperta, qualis fuit postea in lege, & post legem in templo, vbi erat altare holocaustorum, apertè colligitur ex eo quod legitur, *Deum respexisse ad Abel & ad munera eius* [d], &c. si verum est quod passim super hæc verba dicunt Patres & expositores, hunc respectum ad Abel, & non respectum ad Cain, &c. factum fuisse signo ignis de cœlo missi in sacrificium Abelis, non autem Caini: & ignem hunc combussisse, & consumpsisse sacrificium Abelis: Cain verò sacrificium intactum reli-
D quisse. Vnde versio Theodotionis habet ἐνεπύρισεν, *Inflammauit Dominus super Abel, & sacrificium eius; super Cain, non.* Hoc enim eodem ignis & conflagrationis victimæ signo solet Deus probare & acceptare sacrificia, vt Gedeonis [e], Manue [f], Aaronis [g], Eliæ [h], Dauidis [i], Salomonis [l], & Nehemiæ [m].

Locorum sacrorum forma.
d Gen. 4. 4.
Quonam signo probari ostensa sunt munera Abel & è contra.
e Iudic. 6. 21.
f Iud. 13. 20.
g Leu. 9. 24.
h 3. Reg. 18. 38.
i 1. Par. 21. 26
l 2. Par. 7. 1.
m 2. Mach. 1. 32.

Sed quia non semper sacrificia conflagrabant tali igne: sed

Digitized by Google

sæpius igne, à sacrificante, accenso; & Cain conqueri nō poterat A
legitimè quod acceptum non esset eius sacrificiū donec quod
suū erat, compleuisset, quod est ignē victimæ supponere, vt pa-
a Leuit. 17. 12. 17. tet ex victimis quæ ignis suppositione perfici videbātur [a]. Non
displicet quod passim pictores talem Dei respectū, & non respe-
ctum solent repræsentare per sacrificia ardentia, quorum vnius,
nempe Abelis, fumus sursum fertur: alterius verò, nempe,
Cain sacrificij fumus contra naturam deorsum tendit. Certè ad
b Ps. 140.2 hoc gratificationis signum alludere videtur Psaltes, cùm ait [b]:
Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, &c.
c Cap. 3. 6. Sed præsertim Ecclesia in Canticis [c] cum comparatur *virgulæ* B
fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, &c. Imò, id velle videtur
ipse textus originalis ita redditus ac breuiter expositus; *Ad
quid est ira tibi? & ad quid conciderunt vultus tui? Nonne si bene-
placitum effecisset* (sacrificium) *eleuare?* (id est, eleuatio fumi se-
cuta fuisset?) *Et si* (sed quia) *non fecisti beneplacitum, ad ostium*
(templi) *peccatum* (tuum) *cubans est* (id est, cubare videtur si-
mul cum fumo decumbente) *Nam ad te* (sup. refertur, id est,
per te fit vel fieri poterat) *desiderium eius* (sacrificij, nempe vt
à Deo desideraretur tanquam res sibi gratissima) *Tu enim do-
minium habes in illud.* Quasi dicat, plenum habes in oblatio-
nem tuam dominium, vt illam gratam Deo vel ingratam red- C
das. Sed & holocausta ob id potissimùm, nempe, propter
huiusmodi fumi sursum tendentis eleuationem Hebraicè
עולות *Gholoth*, id est, *ascensiones* vocari videntur.

Templa lapidibus constructa fuisse Adæ temporibus.

Præterea, ex nomine *ostij*, iam illa loca fixa & lapidibus, aut
lateribus constructa fuisse possumus deducere, & ex eo quod
d Gen. 4. 17 Cain dicitur *ædificasse ciuitatem* [d]; siue hoc fecerit circa annum
e quæst. 12. in cap. 1. Genes. vitæ suæ 300. vel 400. vt placet Abulensi [e], siue multis post
Henochum natum annis, cùm Cain esset annorum 500. vt vo-
f lib. 7. in Gen n. 70. luit Pererius [f], siue, vt placet S. Augustino [g], circa septimam
g 15. de Ciuit. cap. 8. generationem, cùm iam admodum creuisset hominum multi- D
tudo. Nam longè ante potuit habere artem ædificandi domos,
quam in ædificando templo etiam exercuit cum adhuc esset iu-
uenis, vtpote 35. annorum, & antequam fratrem occidisset;
quam non ita potuit exercere in ædificanda ciuitate, nisi longo
post tempore, *cùm, vt vult Augustinus, illius hominis familia tanta
numerositate cresceret, vt haberet iam populi quantitatem*, &c.

Digitized by Google

CAPVT III.

Quonam alio ritu præter oblationes & sacrificia coleretur Deus Adæ temporibus.



B EMINI dubium esse debet, quod sicut Gentiles modum sacrificandi Dijs suis à vero populo Dei didicerunt; maximè cùm idololatria introducta non sit in mundum nisi post diluuium, idque longè postquam verus Dei cultus altas iam in cordibus hominum etiam per exteriores obseruantias radices egisset, vt in sequentibus videbimus [a]: ita sanè quamplurimas & ferè omnes profanæ religionis ceremonias ex eodem fonte hauserunt: atque in primis illam, quam falsis suis numinibus corporis reuerentiam exhibebant. Quæ licet multiplex apud illos extiterit: illa tamen, quæ cum totius corporis in terram prostratione fiebat C cum maiorem præ se ferat deuotionem, venerationem, nec non eius coram quo fit, exaltationem, à primis veræ religionis cultoribus dimanasse dubium non est.

Idololatria non fuit nisi longè post diluuium.

a Cap. 11. & lib. 2. c. 18.

Varius autem admodum apud exteros illos fuit Deos adorandi & salutandi ritus. Opposito namque prorsus modo quidam se habebant, cum stantes, non de geniculis adorarent. Quod docet Martialis [b] cum ait:

Multis dum precibus Iouem salutat
Stans summos resupinus vsque in vngues.

b lib. 12. Epigr.

Item capite hoc faciebant operto. Vnde Seruius exponens illa D Maronis [c] verba,

c Æneid. 3.

Purpureo velare comas adopertus amictu,

Sanè sciendum est, inquit, *sacrificantes Diis omnibus capita velare consuetos, ob hoc, ne se inter religionem vagis offerret aliquid obtutibus, excepto tantùm Saturno.* Nimirum, legerant aliquid simile à Deo vero Israëlitis præceptum [d], quod imitari voluerunt. Quanquam Festus [e] ita de hac loquitur ceremonia. *Italici, auctore Ænea, velant capita, quod is cùm rem diuinam faceret, in lit-*

Adorationis exterioris varij ritus.

d Num. 15. 39.

e In verbo Saturnia.

tore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Vlysse cognitus interrumperet sacrificium, caput adoperuit, atque ita conspectum hostis euitauit.

Præterea, corpus ad dextram in orbem circumagebant: quod ex Suetonio [a] discimus. *Idem*, inquit, *miri in adulando ingenij primus C. Cæsarem adorari vt Deum instituit, cum reuersus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato, circumuertensque se, deinde procumbens*, &c. Ad quem ritum pertinet, quod Val Flaccus [b] scribit,

a In Vitellio.

b In Argonaut. lib. 7.

Vnde vbi sacrificas cum coniuge venit ad aras
Æsonides: vnaque adeunt, pariterque precari
Incipiunt: ignem Pollux vndamque iugalem B
Protulit: vt dextrum pariter vertantur in orbem.

Dextrorsum autem circumagi consueuisse tradit Plinius [c] in hunc modum: *In adorando dextram ad osculum referimus, totumque corpus circumagimus: quod in læuam fecisse Galli religiosius credunt.* De manus autem admotione ad os, sic loquitur Apuleius [d]: *Admouentes oribus suis dextram, priore digito in erectum pollicem residente, vt ipsam prorsus Venerem religiosis adorationibus venerabantur.* De quo ritu plura in nostro Iob [e].

c lib. 4. c. 11.

d lib. 4. Metam.

e Cap. 31. 27

Sedisse etiam veteres cùm adorarent, testimonio est Tertullianus [f] his verbis: *Cùm perinde faciant nationes adoratis sigillaribus suis residendo.* Inde illud Propertij [g], C

Ante tuosque pedes illa ipsa adoperta sedebit.

Et Tibullus [h],

Illa mihi sancta est, illius dona sepulchro
Et madefacta meis serta feram lacrymis.
Illius ad tumulum fugiam supplexque sedebo.

f lib. de oratione.

g lib. 2. Eleg. 19.

h Eleg. vlt. lib. 2.

Orientalibus hodieque vsitatum adorationis modum illum testatur Masius [i] aliique vt dimittant sese in terram, eamque vbi ore attigerint, rursus se erigant, & semel iterumque venerabundi salutantesque incuruent corpora. Procubuisse vero & D capita flexisse adorantes, non illa modo ex Suetonij Vitellio superiùs relata verba docent: sed & ista Liuij [l] cum agit de Carthaginensium legatis, *Qui vbi in castra, & prætorium peruenerunt, more adorantium, accepto* (credo) *ritu ex ea regione ex qua oriundi erant* (illa autem erat Phœnicia) *procubuerunt.* Id sanè ab ipso Paulo [m] Gentium Apostolo discimus. *Si autem omnes prophetent*, inquit, *intret autem in Ecclesiam quis infidelis vel idiota, conuincitur*

i In Iosue, cap. 5.

l lib. 30.

m 1. Cor. 14. 25.

Digitized by Google

A *conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus; occulta eius manifesta fiunt: & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuncians quod verè Deus in vobis sit.*

Qui gestus verorum adoratorum, nempe, Israëlitarum seu Iudæorum fuit; vt passim in sacris occurrit. Et ferè semper verba vsurpantur, quæ propriè cadere, ruere, & prosternere se significant. Abstineo ab obruentibus nos exemplis, vt solùm quædam ex illis proferam, in quibus habetur verbum Hebr. נפל *naphal*, quod facit ad propositum. Per illud Semei dicitur, *Se prostrauisse coram Rege, cùm iam transisset Iordanem* [a], vt veniam peteret. Quam vim præsertim habet in Hiphil, vt: *Et iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar* [b]. Sic Esdras [c] *fleuit, & iacuit ante templum Dei.* Et multis aliis in locis [d]. Vnde & ipsæ preces *prostratæ* vocantur [e], quia à prostratis coram Deo fiebant. Et apud Philonem [f] sunt certi monachi, quos ipse vocat *Ichetas*, id est, supplices & decumbentes. Quod à patre suo Elia [g] propheta ab Enoscæis deriuatum didicerant. Et ipse Christus [h] *vnus ex antiquis* putatus in suo agone seruauit.

Prostrationis in terram ritus ex Iudæis est.

B

a 2. Reg. 19.
b Deuter. 9. 15
c lib. 1. c. 10.
d Gen. 44. 14. Num. 20. 6. 2. Reg 9 6. 1. Cor 14 24
e Ier 38 26. & 42. 9.
f De vita contemp.
g 3 Reg 18. 42
h Matt. 26. 29
i Gen. 6. 4.

C Hunc autem Deum adorandi ritum vel ab ipso Adam, vel eius tempestate inuentum fuisse colligo ex his verbis [i] *Gigantes autem erant super terram in diebus illis; postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt.* Vbi pro *gigantes* habetur vox נפילים *nephilim*, hoc est, *cadentes*, seu *prosternentes se*. Quo nomine tunc & longè posterioribus sæculis fideles, verique Dei cultores appellabantur à prostratione in terram: eo quod in orationibus & publicis religionis exercitiis Deum prostrati adorabant: eo modo quo nunc à Christo vocamur Christiani.

Primi fideles tépore Adami vocati sunt Nephilim, *id est* prosternentes se.

Itaque cùm in prædicto Genesis loco, iuxta Hebr. dicitur, D *Nephilim erant in terra ipsis diebus, etiam postquam ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, & genuerunt ex eis*, sensus est: *Cùm cœpissent homines multiplicari super terram*, & tam ingens esset strages ac ruina peccati, vt qui inter fideles sanctioris erant instituti, ideoque vocabantur filij Dei, suis carnalibus planè indulgerent desideriis, ita vt videretur *defecisse sanctus, & diminutæ veritates à filijs hominum* [l]; *omnis* quippe *caro corruperat viam*

l Psal. 11. 2. Gen. 6. 4.

C

Digitized by Google

suam: supererant tamen adhuc pauci *Nephilim*, adhuc nonnulli ex fidelibus, etiam postquam eò deuenissent filij Dei, vt contra sua vota mulieribus sectæ Cainitarum matrimonio iungerentur. Ad quem locum alludebat Christus in Euangelio [a] cùm de suo secundo aduentu loquens, dicebat: *Verumtamen filius hominis veniens putas inueniet fidem* (id est, fideles) *in terra?* Paulò enim ante comparauerat diem aduentus sui ad iudicium cum diebus diluuij: *Sicut factum est*, inquit, *in diebus Noe: ita erit & in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vsque in diem, qua intrauit Noë in arcam.* B Quinam autem, & cuius instituti essent filij Dei, videbitur postea [b]. Interim maneat pro comperto, vocem *Nephilim*, pro qua Vulgatus reddit *gigantes* re vera esse nomen, quo primi fideles communiter appellabantur. Quo autem sensu vocabantur *gigantes* ostendemus in sequentibus [c].

a Luc. 18.8

b cap 5. & 6.

c cap. 8. & 9.

Scio quod non deerunt, qui statim opponent huic meæ sententiæ illud Numerorum [d], vbi semel & iterum (nec reperitur alibi) istud nomen plurale *Nephilim* ponitur pro monstrosæ proceritatis hominibus. *Terra, quam lustrauimus*, aiunt exploratores reuersi ad Moysen è terra Chanaan, *deuorat habitatores suos, populus, quem aspeximus proceræ staturæ est. Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur.* C Cuius sententiæ vera intelligentia dependet ex notitia terminorum originalium, quorum translatio talis est. *Terra comedens habitatores suos ipsa, & omnis populus, quem vidimus in medio eius viri mensurarum. Et ibi vidimus Nephilim filios torquis ex Nephilim, & fuimus in oculis nostris sicut locustæ, & sic eramus in oculis eorum.*

d cap. 13. 34.

Primò igitur notandum est, ac memoria retinendum, nullum esse vocabulum Hebræum in Scriptura, quod ex se significet prodigiosæ molis homines, nisi aliquid addatur quod id D exprimat: sed nomina *Raphaim*, *Zuzim*, *Nephilim*, *Enachim*, *Emim*, & *Zomzomim*, quæ passim sumuntur pro gigantibus esse honorifica nomina, quibus fideles, qui tam ante, quàm post diluuium primi fuerunt terrarum & regionum incolæ, & rectores hominum, quique ob eximiam & admirabilem sanctitatem cognominabantur ab illis, qui eis successerunt his vocibus: id est, *curatores*, *illustres*, *prosternentes se*, *torquati*, *reue-*

Nomina Raphaim, Zuzim, Nephilim, &c. non propriè gigantea molis homines significant.

Digitized by Google

rendi, *sapientes*, vt postea [a] pluribus explicabitur. a cap. 9. & 10.

Et quia in prælaudata sententia, quam exponimus, fit mentio de filiis torquis, id est, *torquatis*, breuiter dicendum: quod Heber primus fuit vrbis Hebron ædificator, vbi pro sua sanctitate mirabili, & quia prophetarum, qui Hebræi cognominabantur, caput & antistes erat, ab omnibus Hethæis, aliisque terræ incolis, qui tunc erant fideles (quod contra communem opinionem ostensuri sumus) [b] in maxima habebatur reuerentia, equitum (quos nos vocamus) sed potius virorum nobilium quendam ordinem instituit, quos torque donauit, & ipsi exinde *filij Enak*, id est, *filij torquis*, seu *enakim*, id est, *torquati* sunt appellati, vt amplius visuri sumus [c]. Et de istis sermo est, cùm exploratores dicunt: *Ibi vidimus Nephilim filios torquis ex Nephilim*: quod de nobilioribus illius regionis intelligunt. Cùm verò de iis, qui erant ex communi plebe, quos scriptura [d] *de medio populi* solet appellare, claris verbis exprimunt, non quidem prodigiosæ molis homines vidisse: sed longè proceriores, maiorisque mensuræ, quàm communiter alij esse solent: & hoc vult phrasis Hebræa, *viri mensurarum*, quasi diceres, magnæ mensuræ.

b lib. 2. c. 18.

Torquatorū ordinem primus instituit Heber.

c lib. 2. c. 8.

d 3 Reg. 3. 8. 14. 7. 4. Reg. 4. 15.

B

C Simpliciter ergo referunt exploratores quid boni, quidue mali viderint in terra Chanaan. Bonum quidem primis verbis referre videntur ac si dicerent: Regio illa seu terra tam bona, tam pinguis, fertilis, ac deliciosa est, vt nullus ex illius incolis illam tantisper velit deserere, quia non credit meliorem vnquam inuenire posse: idcirco omnes illius incolæ ibi moriuntur, & ab eadem quæ illos genuit, deuorantur. Quo pacto eadem phrasis pro mori in aliqua regione sumitur cùm dicitur [e], *& hostilis vos terra consumet*. Sic enim cum multis interpretor hunc Hebraismum, non in malum, vt ij qui de peste tunc ibi

e Leuit. 26. 38.

D grassante interpretantur, vel potiùs diuinant. Deinde exploratores prosequuntur: Comperimus etiam eos, præsertim qui de populo sunt, magnæ esse staturæ corporis: vidimus etiam ibi multos nostræ religionis homines prisco nomine dictos Nephilim: sed & multos alios Nephilim, qui ex regionis nobilioribus ibi adhuc restant ex illo Torquatorum ordine, quem Heber pater noster olim ibi instituit. Hoc sanè volunt ista verba: *Ibi vidimus Nephilim filios torquis ex Nephilim.* De quo-

Exploratorū terra Chanaan verba ad Moysen expenduntur.

Digitized by Google

 A

rum numero & ordine seu instituto fuisse credo postea Beor, eiusque filium Balaam verum Dei prophetam, qui de sui muneris dignitate differens, quasi eam describens, postquam se vocauit *auditorem eloquiorum Dei, cognitorem scientiæ Altissimi, qui visionem Omnipotentis videre solet*: nominat se

a Num. 24. 16. נופל *Nophel discoopertum oculis* [a]: quasi dicat, ex priscis illis *Nephilim*, qui ex speciali priuilegio cum se coram Deo prosternunt discooperto id faciunt capite & oculis, quod aliis facere non licebat: Vide quæ de istis Balaam verbis amplius

b Iob. 32. 2. alibi [b] diximus. Ad commentationem igitur terræ Chanaam B ista referuntur ab exploratoribus. Malum autem quod referunt hoc est: *& fuimus in oculis nostris sicut locustæ, & sic eramus in oculis eorum.* Ac si dicerent: erant illi corpore tam procero, isti verò tam magnifici, vt nos eorum comparatione & corpore nani, & conditione pauperrimi ac vilissimi & nostro ipso, & illorum iudicio videremur.

Concludamus igitur, nomen Nephilim, pro quo legimus *gigantes* primum & commune nomen fuisse priscorum fidelium, qui sic dicebantur eò quòd in publicis orationibus & religionis exercitiis frequentibus vtebantur totius corporis prostrationibus. Quod autem iste Deum adorandi modus, & C ceremonia Adæ temporibus primò vsurpata sit, & forsitan ab

c cap. 6. 4. illo instituta, satis constat ex prælaudato textu Genesis [c]: *Nophilim erant in terra ipsis diebus etiam postquam ingressi sunt filij Dei ad filias hominum*, &c. Nam particula *etiam* denotat plurimos *Nephilim* longè priùs fuisse: ex quorum tanto numero nonnulli adhuc erant superstites illo tempore, quo tantopere *abunda-*

d Matt. 24. 12. *bat iniquitas, refrigebat charitas* [d], & multitudo filiorum hominum præualebat aduersus bonos.

Prostratio in terrā præstat omnibus aliis adorandi modis. Porro facit ad huiusce adorandi ritus commendationem, illiusque sectatorum honorem, & præ aliis apud nationes ado- D rationum modis exaltationem, quòd inter omnes orandi habitus, magnæ cuiusdam animi demissionis, ac penitus sese deuouentis habitus est. Sed & insignem eximiámque erga supremam Dei maiestatem, humiliationem præ se fert, quæ

Cur & qua de causa prostratio in terrā ab Adam instituta. suum statim prodit auctorem, & inuentorem Adam: cuius tanta fuit de peccato commisso mœstitia, contritio, & pœnitentia; quanta præ cæteris mortalibus erat eius de altissima Dei

Digitized by Google

A maiestate, potentia, & bonitate cognitio. Cuius cognitionis indicium, & amarissimæ ex toto corde contritionis argumentum maius extrinsecus dare non potuit, quàm sicut toto corde, ita toto corpore coram tanta majestate frequentibus prostrationibus se à terra viuum absorberi, quique viuus in infernum descenderet, dignissimum esse protestando, atque in sui criminis satisfactionem, hunc adorandi ritum lege perpetua sanciendo: Vt non solùm omnes eius filij diligenter illum obseruarent: sed etiam ad perpetuam peccati sui memoriam omnes fideles à tali pœnitentiæ signo *Nephilim* appella-
B rentur.

Prostratio in terram quomodo fieret.

Illius autem prostrationis forma graphicè repræsentatur per istas loquendi formulas: *Prostrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum* [a]: *adhæsit pauimento anima mea* [b], id est, tota persona mea: *Conglutinatus est in terra venter noster* [c]: eius verò praxis & frequentatio in hoc, quod pro minima quaque re vel causa, qui verè pij erant, illam vsurpabant: vt Abraham [d], seruus senior domus eius [e]; Iacob [f], Ioseph [g], Moyses [h], Iosue [i], Iob [l], & alij multi. Vt quid ergo Deus tam seriò pœnitenti non pepercisset Adamo? sicut de illo scriptum est: *Hæc* (sapientia)
C *illum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit: & eduxit eum à delicto suo* [m].

a Tobiæ 12. vlt.
b Psal.118.25.
c Psal.43.25.
d Genes.17. 3. & 18. 2.
e Gen.24.48
f Gen 47.31
g Gen. 48. 12.
h Num.16. 4.
i Iosue 5 14.
l cap. 2.20.
m Sap. 10. 1. 2.

CAPVT IIII.

De Ecclesiæ profectu temporibus Patriarchæ Seth, & de eius sanctitate mirabili.

D MERITÒ & optimè cum magna admiratione sapientissimus Salomon contemplatur sanctæ matris Ecclesiæ in suo profectu, velut in progressu, processúque grauitatem & maiestatem: siue dicat, *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamētis filia Principis?* [n] siue stupens ita exclamet: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?* [o] Siquidem

n Cant.7.1.
o Cant.6.9.



Digitized by Google

in hac prima mundi ætate sub Adam, propter hominum paucitatem, non Sol meridianus, sed initium tantùm diei & aurora fuit. In eius autem filio Seth, ac nepotibus Enos & Cainan Sol in virtute sua lucens extitit propter sanctissimam filiorum Dei, vtpotè prophetarum, Doctorum ac religiosorum virorum sodalitatem à Seth institutam, & à filiis eius mirificè propagatam & illustratam: *terribilis* verò *vt castrorum acies ordinata* in subsequentibus piissimis, feruentissimisque filiorum Dei coryphæis Henoch & Noë; post quorum multiplices fortissimasque aduersus filios hominum pugnas, quam terribilis ac veneranda esset ostendit sponsus eius militiæ cœli Dominus; qui de cœlo pluens insanos omnes aquis diluuij suffocauit, sponsæ suæ in purissima Noë familia corruscare faciens venustatem & maiestatem. Sed iam ab Adam & Seth veniamus.

Adã genuisse ad imaginem & similitudinẽ suã quo sensu dicitur.

a Gen. 5. 3.

Mira de hoc sanctissimo viro sub concisis admodum verbis Moyses indigetauit, cùm de illo solo ex filijs Adam scribit: *Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit ad imaginem & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth* [a]. Mirum sane est, quod non dixit genuisse filium: sed genuisse ad imaginem & similitudinem suam. Si enim de filiatione carnali sermo est, nonne Cain & Abel homines erant, vt pater eorum, & ab eo geniti ad imaginem & similitudinem eius? At profectò de eadem filiatione intelligit, quæ non tam in corpore, quàm in anima Adæ per iustitiam originalem in sua creatione fuerat. Ideo præmisit ista de generatione Adam, verba: *Hic est liber generationis Adam: in die qua creauit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum* [b].

b Gen. 5. 1.

Deus in forma hominis membra habentis creauit Adamũ.

c Ps. 44. 3.

d cap. 10. 8.

e in Cosmop.

Illam autem Dei imaginem in primo homine dupliciter consideramus: nempe in corpore, & in anima. Primo modo censeo cum multis Patribus Deum in creatione Adam finxisse corpus cum manibus aliisque membris, quod filij Dei posterioribus sæculis incarnandi (de quo dicitur quod est *Speciosus forma præ filiis hominum* [c]) haberet similitudinem. Ad cuius instar & exemplar corpus eius efformauit. De qua re ampliùs tractamus in Commentariis nostris in librum Iob [d]: ibique Patres id sentientes non paucos nec mediocres citamus. Nunc sufficiat vnus Eugubinus [e]: *Accessit ergo filius*, inquit, *ac Verbum*

A *Dei ad creationem humanam in forma, imagine, habituque humano gerens speciosissimam, diuinissimamque formam & iucundissimam, omniumque humanarum formarum pulchritudinem superantem. Hanc speciem diuinamque pulchritudinem clementissimus, formosissimusque assumens, quam erat post multa tempora vsque ad carnem & ossa assumpturus, creabat hominem largiens ei speciem hanc tantam ipse primus archetypus: speciosissimus ipse speciosissimæ prolis creator. Quantam qualémue credas fuisse primi illius hominis venustatem? quantum in ore decus? quas gratias insedisse,* &c. Et hæc sufficiant de imagine & similitudine Dei in Adami corpore.

B Alia & præcipua fuit in anima, quam breuiter idem auctor tangit simul cum prima: *Voluit*, addit, *Dominus hominem se referre & quantum ad corpus assumptum, & quantum ad spiritum: vt corpore corpus assumptum, anima verò spiritum qui Deus est, monstraret.* Quid si mater Eua, cùm ei quoque tam admirabilis mariti sui typus sæpe apparuisset, eius rapta pulchritudine, vi imaginatiuæ potentiæ tam pulchram in primo filio prolem produxisset, vt Dei similitudinem sibi referre videretur, & ideo de Cain nuper nato dixerit: *Possedi hominem per Deum?* Quasi dicat, ab eodem formatum Deo, ad cuius imaginem maritus C meus formatus est. Aliter tamen ipsa philosophatur in natiuitate filij sui Seth: in quo animæ præsertim pulchritudinem considerat, & dona Dei maxima: & præsertim in hoc, quod missus, constitutus ac destinatus à Deo est, vt in officio sacerdotis succedat, non maledicto Cain, cuius sacrificia & oblationes Deo admodum displicebant: sed innocentissimo & sanctissimo Abeli filij Dei naturalis posterioribus sæculis à Synagoga occidendi expressissimo typo, ideo in Sethi natiuitate imposuit ei nomen Seth, dicens: *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain* [a].

Quo sensu Eua dixit de Cain primo filio possedi hominē per Deum.

[a] Gen. 4. 25

D Quòd si pia & deuota mater ad Sacerdotium Sethi fixit mentis intuitum: pater eius Adam ad veram in anima Dei imaginem & ingentia dona spiritualia facilè respexit, quibus Seth Dei filio perquàm similis futurus erat: idcirco dicitur, quod Adam *genuit ad imaginem & similitudinem suam:* ac si (non siue quadam in vtero sanctificationis nota) diceretur de Seth: Quemadmodum *fecit Deus Adam ad imaginem & similitudinem suam:* ita Adam genuit non tam filium secundum carnem, vel

Quo sensu dicitur Seth genitus ad imaginē & similitudinē Adæ.

Digitized by Google

hominem, quàm aliquid quod supra hominem est: quod tamen sibi perfectè assimilabitur iuxta imaginem & similitudinem in qua à Deo ipso creatus est. Et hæc vna videtur esse ratio, cur postea Seth appellatus sit Deus, vt mox videbitur.

Ratio cur Seth vocabatur Deus.

Porrò, de hac in anima Adæ Dei imagine, & similitudine pleni sunt expositorum & Doctorum libri. Solummodo nunc ponderare vellem ingentia data illi à Deo dona: nempe, sapientiam & scientiam, qua Deus intellectum eius ornauit; & gratiam & virtutes, quibus ditauit voluntatem. Et illam quidem communiter Doctores probant ex impositione nominum animalium, quæ nisi ab eo, qui naturam ipsorum & proprietates nosset, peritè, fieri non poterat; secundò, ex astrorum cognitione & elementorum, quam in Adamo perfectam fuisse asserunt cum Pererio [a]. Cætera ita tenuit, vt amplitudine cognitionis, certitudine & firmitate mortales omnes antecederet. Cui Pererius [b], Pineda [c], Gregorius de Valentia [d], & Abulensis [e] palmam concedunt, vt primo & maximo omnium mortalium doctori. Quod præsertim verificatur in supernaturali scientia, qua eximie fuit præditus, vt de Deo filios ac nepotes suos erudiret, & de vero Dei cultu doceret, cuius C præclarum specimen vidimus in præcedenti capite. Sed specialiter S. Thomas [f] docet hominem ante statum peccati habuisse explicitam fidem de Christi incarnatione, quatenus ordinabatur ad consummationem gloriæ.

Quænam dona recepit Adā in sua creatione. B

a in Genes. lib. 5. num. 13 & 14.
b lib. 5. numero 31.
c lib. 3. de reb Sal. c. 10. § 12.
d disp. 7. q. 4. parte 1.
e in cap. 4. 3. Reg. q. 7.
f 2. 2. q. 2. art. 7.

Quantum ad secundum, per quod voluntas Adæ perfecta est, nempe gratiam: cum communi Catholicorum sententia dicimus Adamum diuina gratia statim ab ortu fuisse donatum, vt cum ea promereri posset æternam beatitudinem, quæ ipsi quoque proposita fuerat, quasi corona iustitiæ. Quod probari solet ex Verbis Apostoli [g], ex Augustino [h], ex multis aliis Patribus, & ex Conc. Trident [i]. Cum qua prima gratia simul infusæ sunt illæ virtutes & dona Spiritus sancti, quæ gratiam perpetuò comitantur. Quarum officium est, tam superiores quàm inferiores animæ vires rectè componere, tam secundum Deum, quàm ex recta ratione. Iam autem videndum est quam expressè repræsentauerit Seth imaginem & similitudinem, quam pater eius Adam in sua creatione recepit. D

g Ephes. 4. 23.
h lib. 4. de grat. prim. hom. c. 5.
i Sess. 5.

Et

Digitized by Google

A Et quidem de eius institutione puerili habet Iosephus [a]: *Hic à patre educatus, vbi eò ætatis venit, vt iam quid rectum est discernere valeret, virtutis studiis se totum dedidit: & cùm ipse vir optimus euasisset, etiam nepotes sui similes post se reliquit. Qui quoniam erant omnes bona indole præditi, & patriam absque seditione incolebant, in perpetua fœlicitate vitam exegerunt, & sideralem scientiam, ac cœlestium rerum cognitionem excogitarunt.* En quo pacto Seth in rerum naturalium indagatione proficit, & ad instar patris, scientiæ, & sapientiæ donis ornatus primus asterismorum ordinem, stellarum ac planetarum influentias, & alia cœli arcana communicat mortalibus: & hoc aptissimo ac sapientissimo modo, vt idem Iosephus prosequitur enarrare. *Ne autem inuenta sua ex hominum notitia dilaberentur, & priùs perirent, quàm præcognoscerentur: scientes Adamum vniuersalem rerum interitum præcecinisse: vnum incendio, diluuio alterum, excitatis duabus columnis, vtrique sua inuenta inscripserunt. Vt si lateritiam diluuio deleri contingeret, lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, & quæ inscripta continebat, spectanda exhiberet. Aiunt enim lapideam illam ab istis dedicatam, quæ & nostris temporibus extat in Syria.* Ex quibus verificatur dictum Suidæ, Sethum diuinum ab hominibus nomen accepisse, quod & litteras Hebraicas & astrorum denominationes inuenisset. Sed & sanctissimus pater paternæ sanctitatis æmulator acerrimus sic supernaturalia naturalibus & humanis diuina iungere nouit; vt facilè mihi persuaderem illum inter multa alia nostræ redemptionis mysteria, quæ à patre Adam, vel immediatè à Deo notificata sunt ei, excellenti quodam modo accepisse Verbi diuini incarnationis arcanum: quod, & alia multa in duabus illis columnis insculpi curauit. Cuius notitiam ex illis facilè habere potuit Balaam: quem cum Hieronymo [b] & verum Dei prophetam, & eundem cum Eliu quartum ex amicis Iob facimus [c], insuper cum Septuaginta ex regione Hus natum, quæ est in Syria, in qua Iosephus duas dictas columnas constituit. In quibus Balaam mysterium de STELLA ORITVRA EX IACOB legisse verisimile est.

a Antiq. l. 1. cap. 3.

De Sethi optima indole, virtutibus & sapientia.

B

Dua columna ab eius nepotibus erecta, in quibus multa insculpta posteritati reliquerunt.

C

Seth de Incarnationis mysterio singularem notitiam habuit.

D

b In qq. Heb.

c Cōment. in Iob. c. 32. 2.

Nec modicà de hoc sese nobis offert coniectura, in hoc, quod Balaam cum esset propheta, & de numero filiorum Seth (nam, vt mox videbitur, *filij Seth*, & *filij Dei* iidem sunt cum il-

Digitized by Google

lis, qui postea prophetæ dicti sunt) coniungit mysterium de dicta oritura stella cum filiis Seth. Statim enim ac dixit: ORIETUR STELLA EX IACOB [a], addit, *vastabitque omnes filios Seth* (quæ verba postea exponimus) *& erit Idumæa possessio eius.* Quibus verbis videtur innuere illam vastationem seu disparietationem filiorum Seth futuram in Idumæali regione, in qua diuersatus est postea Christus: nempe in eadem Syria, in qua filij Seth floruerant, & columnas suas posuerant: ex quibus alij prophetæ & sapientes aliarum proximarum regionum, vt Magi apud Chaldæos, multa sine dubio tam diuina quàm naturæ mysteria didicerunt. Et hoc fortasse est quod Auctor operis imperfecti in Matthæum scribit exponens illud Matthæi [b] *Vidimus stellam eius in Oriente*, &c. Audiui, inquit, aliquos referentes de quadam scriptura, etsi non certa, tamen non destruente fidem, sed potiùs delectante: quoniam erat quædam gens sita in ipso principio Orientis, iuxta Oceanum. apud quos ferebatur quædam scriptura, inscripta nomine Seth, de apparitura stella, & muneribus huiusmodi Christo offerendis; quæ per generationes studiosorum hominum, prioribus referentibus filijs suis, habebatur deducta, &c. Hæc ille. Certè, ad istos Orientales & studiosos homines iuxta Oceanum habitantes Sethi doctrina, & Noe per Arphaxad, qui illas circa regiones incoluit, traduci potuit: quemadmodum. Ægyptiorum litteras hieroglyphicas ex illis columnis filiorum Seth originem ducere diximus alibi [c]. Ista ex iis confirmantur, quæ scribit Diodorus [d]: antiquissimos Ægyptios Isidi & Osiridi duas columnas erexisse (ad illarum forsitan instar) in quibus etiam rerum ab ipsis gestarum, atque inuentarum fieret mentio. Item ex iis quæ habet Plinius [e]; *Epigenes*, inquit, *apud Babylonios septingentorum viginti annorum obseruationes syderum coctilibus laterculis inscriptas docet grauis auctor in primis. Qui minimùm Berosus, & Critodemus* 480. *annorum. Ex quo apparet æternus literarum vsus.*

Porrò, sunt qui Sethum corpore vehementer auctum fuisse dicant, eo quod Methodius Patarensis Episcopus vocat eum *gigantem*; vt refert Raderus in Chronico Alexandrino. Sed quo sensu id scripserit Methodius videbimus aliquando [f]. Idem ibidem num. 5. refert ex fragmento cuiusdam Chronici

a Num. 24. 17.
b Matth. 2.
Hieroglyphica litteræ vnde sumunt originem.
c In Iob. prælud. 2.
d lib. 1.
e lib. 7. c. 56
f Inf. c. 9.

Digitized by Google

A ex Palatina Bibliotheca Sethum 40 anno ætatis subito raptum ab Angelo, & 40. dierum spatio non fuisse visum, eóque tempore diuinitus didicisse filios suos peccatores, & mundum aquis inundatum iri, ac præter paucos periturum. Venturum etiam salutis auctorem Christum, eaque parentibus exposuisse: In illo autem cum Angelo congressu cœlesti splendore circumfusum, quem per reliquam vitam tenuerit. Quæ quamuis Raderus vereatur ne ex Sethianorum Hæreticorum libris excerpta fuerint, qui raptum ferebant Sethum, vt refert Epiphanius [a]; ego cùm ex supra dictis, aliisque multis quæ de isto

Seth luce cœlesti toto corpore circũfusum per totã vitam fuisse absurdum non est.

a Hær. c. 40.

B sanctissimo viro passim leguntur apud Patres, illa pro maiori parte verisimilitudine plena censeo: Imò, illud quod de mundo aquis innundando & Christo venturo prædixit, tanquam verissimum ex epistola B. Iudæ [b] facilè colligitur. Est enim secundus eorum de quibus ibi dicitur, *Prophetauit autem & de his septimus ab Adam, Enoch, dicens: Ecce venit D. Dominus in sanctis millibus suis*, &c. Paulò autem prius dixerat, *Væ illis qui in via Cain abierunt*. Satis iudicans Pseudo-Apostolos similes esse ijs, qui olim in via Cain abjerunt. Vis quoque notanda est in illa copula, *Et*, cùm dicitur, *Prophetauit autem & de his septimus*, &c. vult enim dicere, quod ipse Adam Prophetauit, & post eum

b Vers. 14.

C Seth, Enos, & alij vsque ad septimum Prophetam Enoch. Qui quod de futuro diluuio aliisque mysterijs antecessores eius verbis prædicauerant, scriptis digesserat. Et cùm septem isti prophetasse dicuntur, non alio id titulo fecisse intelligendum est, quàm eo quo Enos filius Seth & sex alij eum in genealogia Christi sequentes per periphrasim vocantur à sancto Petro [c] *præcones Iustitiæ*, id est, Prophetæ, seu prædicatores legis naturalis quæ κατ' ἐξοχὴν vocatur Iustitia, vt antea [d] vidimus. Seth igitur vnus, credo equidem, fuit ex illis prophetis qui de Christi aduentu prædixit ordine secundus.

c 2. Petr. c. 5.

d Cap. 2.

D Quod autem de raptu ac de luce eum illustrante, dum vixit, dicitur, non omnino absurdum existimo: cum etiam id ex mox dicendis non modicam vim accipiat sanè, non minorem eius quàm summi post Adam in Ecclesia pontificis fuisse dignitatem, suadet nobis insignis locus Ecclesiastici [e], vbi (sicut Sem post patrem Noë) dicitur *apud homines gloriam adeptus super omnem animam in origine Adam*, & proinde longe maior sancti-

e cap. 49. 19.

Digitized by Google

tate & auctoritate fuiſſe videtur Enocho, qui poſtea, cum mi- A
a infra c.18. niſtraret coram Domino raptus eſt, vt aliquando [a] dicemus: & Moyſe, cuius facies *cornuta*, id eſt radioſa, *facta eſt*, *ex conſor-*
b Exod. 34. 29. *tio ſermonis Domini* [b], vſque ad mortem, vt cum Ambroſio [c]
c in Pſ. 118. multi exiſtimant. Huc facit quod prodit ex quorundam ſen-
d lib. de Paradiſo. tentia Moſes Barcepha [d], impoſitionem nominum ab Adam factam fuiſſe cum auctoritate: vt, nempe, loco inſidens altio-re, vultum gerens ſplendore radiantem, ſingulæ autem beſtiæ tantam lucem ferre non valentes præteribant ſingillatim ſub-miſſis pronè capitibus. Quod & Setho facile communica-tum eſt. Et fortaſſe ex facie Seth radioſa anſam acceperunt po- B puli vt Deum eum appellauerint.

Probatur exemplis Enoch & Moyſis. Conueniens quoque fuit, vt qui in anima tam expreſſam Dei creatoris ſua ſanctitate & ſapientia referebat ſimilitudi-nem, peculiari etiam ad extra claritate rudibus populis conſpi-cuus appareret: & qui ſanctiſſimo Abeli (qui poſt Adamum Eccleſiæ Dei, & ciuitatis ſanctorum caput erat futurus, Chri-ſtíque Domini noſtri figura) à Deo ſubſtitutus erat, talia quo-que ſanctitatis indicia haberet ad extra, quæ tanto faſtigio reſ-
e Eccli. 49. 19. ponderent. Quod non obſcurè indicat Scriptura [e], cum ait: *Seth apud homines gloriam adeptum fuiſſe ſuper omnem animam in* C *origine Adam*. Nomen enim gloriæ pro exteriori etiam clarita-te plerumque ſumi notum eſt.

f cap 64. Cæterùm eos qui in Geneſi [f] vocantur filij Dei, Sethi poſte-ritatem fuiſſe permulti antiqui, recentioreſque ſentiunt: vt
g quæſt. 47. meritò communiſſima, veriſſimaque ſententia reputetur. Et
h Collat. 8. cap. 21. certè præter Theodoretum [g], & Caſſianum [h], qui ea de re ex
i Hom. 22. in Geneſ. profeſſo diſputant, ita ſentit S. Chryſoſtomus [i], qui & feriò aliam expoſitionem de Angelis impugnat. S. Auguſtinus [l], Cy-
l de Ciuit. lib. 1. c. 23. rillus [m], Rupertus [n], Albinus Flaccus [o], Procopius Gazæus &
m lib. 3. in Gen & lib 9. in Iulia. alij multi illam amplectuntur, vt iterum dicemus. Nihil tamen prohibet quin de filiatione ſpirituali hoc poſſit, & fortaſſe de- D
n lib. 4 c. 12. beat, intelligi. Vix enim admitti poteſt illos duntaxat fuiſſe
o quæſt. 95. in Geneſ. filios hominum & filios Dei, qui à Cain & Seth ſola carnali propagatione nati ſunt: cum aptiùs nomen filiorum vtriuſque
Quo ſenſu filij Dei & filij hominũ dicuntur in Geneſi. pro diſcipulis, & ſectatoribus ſumi videatur, quacumque ex ſtirpe nati ſint. Nam quemadmodum pater Adam ſuos quod-ammodo ſpirituales filios habuit omnes veri Dei cultores,

Digitized by Google


A quos appellauit *Nephilim*; & iſti ſtatum fidelium ſæcularium repræſentabant: ita Seth filius eius ſtatum Eccleſiaſticorum inſtituit, quos generali nomine donauit filiorum Dei: ſicut poſtea filius eius Enos monaſticæ vitæ fundamenta poſuit: cuius ſectatores & profeſſores ab eius nomine Enoſcæi ſunt appellati.

Quòd autem filij hominum non fuerunt ſoli, qui à Cain ſecundùm carnem ſunt oriundi, inde patet: quòd cùm omnes ex Caini progenie diluuio perierint, & tamen longè poſt diluuium fuerint, qui non pro hominibus ſimpliciter ita nomi-
B naretur: ſed pro quadam ſecta peſſima, nempe Cainitarum, vt in ſequentibus videbitur: ſequitur quod tale nomen non ſumitur in Geneſi pro illis qui carnali propagine à Cain deſcenderunt: ſed pro illis qui Caini vitam, moreſque ſectati ſunt: quemadmodum filij Dei illi dicuntur, qui Sethi doctrinæ adhæſerunt. Hoc autem generali nomine cùm omnes Eccleſiaſtici, vtpotè, Scribæ, Doctores, Sacerdotes & alij huiuſmodi comprehendantur, quos poſterioribus ſæculis nomen prophetarum ambiebat: quid per nomen prophetæ in Scripturis intelligatur, videndum eſt.

C

CAPVT V.

Eo quod qui filij Seth dicebantur, erant prophetæ, declaratur quid ſignificet nomen prophetæ.



A Diſtinctione inchoandum eſt. Siquidem multiplex eſt in ſacro ſermone huius nominis ac-
D ceptio, & primò ſumitur pro illo, qui diuina myſteria mortalibus occulta, vel ſua altitudine humanum captum excedentia, quæque non niſi per diuinam & ſingularem capi poſſunt illuminationem, intelligit, vel qui futura cognoſcit: & talis olim dicebatur videns [a]. Ex eo autem quod iſtos multi adire ſolebant, qui vel belli, vel alterius negotij qualis futurus eſſet exitus, ſcire cupiebant: vtpote an ab infirmitate qua teneban-

Propheta nomen quid importet.

[a] 1. Reg. 9. 9.

Digitized by Google

A

a 4. Reg. 1. 1. tur, liberarentur, nec ne [a]: quid de nascituris liberis futurum
b Gen. 25. 22. esset, vt legimus fecisse Rebeccam [b], vel etiam in minimis,
c 1. Reg. 9. 7. sicut fecit Saul pro amissis asinis [c]: ideo tales Prophetæ in libro
d cap. 3. 14. 12. 17. Iob [d], & alibi [e] *consules. & consiliarij*, sed propriè *consultores* nun-
e Esa. 1. 26. cupantur: eo quod de negotiis sibi propositis Deum consule-
Mich. 4. 19. bant; iuxta cuius oraculum dabant responsa quærentibus. Inde
Consultores vocātur prophetæ & cur. apud prophanos Sybillæ & Pythiæ eiusdem significatio-
nis nomina pro mulieribus diuina patientibus traxerunt ori-
ginem.

Secunda significatio de illo est, qui ex officio coram Deo B
psallebat, cantabat, atque etiam, adhibitis musicis instrumen-
tis, cum quadam agitatione, & ad instrumentorum modula-
tionem temperata saltatione, & nonnunquam prostratione
corporis, certis quoque diei horis, in proprio, vel ad hoc desti-
nato, decentíque habitu modulabatur. Sic legimus Saulem
Regem *expoliatum vestimentis suis inter prophetas prophetasse &*
cecidisse (per mixtas, inter psallendum & saltandum prostra-
tiones) *nudum* (nudatum veste laica & vestitum Ephod, quod
erat psallentium prophetarum, vt de Rege Dauid à Michol
f 1. Reg. 6. 20. tanquam nudo deriso & saltante coram arca legimus [f]) *tota die*
g 1 Reg. 19. 24. *ac nocte* [g]. Sic Asaph & Heman dicuntur *prophetasse in cytharis,* C
cymbalis, & psalteriis: & Idithum dicitur *prophetasse in cythara*
h 1. Par. 25. 1. & 3. *super confitentes & laudantes Dominum* [h].

Ad hanc prophetiæ speciem referri crediderim illos, qui vel
ad benedicendum, vel ad maledicendum diem natalem, vt in
i cap. 3. 8. libro Iob [i], vel in funeribus, aut alio quodam tristi, vel læto
l Num. 23. 7. 24. 5. & 15. 20. 21. 23. euentu sæpe dicuntur *assumere parabolam* [l] (quod vel simpliciter
enuntiando, vel, ex vi verbi originalis, eleuando vocem fieri
Esaiæ 14. 8. solitum fuisse alibi [m] multis ostendimus) sæpe ex abrupto pro
Mich. 2. 4. Habac. 2. 6. rerum exigentia versibus suas aut benedictiones aut maledi-
m in Iob. c. 3. 8. & in c. 27. 1. ctiones componendo. Ex illis erant mulieres illæ, quæ vo- D
cantur *Euangelizatrices* apud Psalmistam [n], qui ibidem asserit
n Ps. 67. 12. iuxta Heb. olim illarum *militiam*, seu sodalitatem fuisse *multam*, id est, in
maxima multitudine. De quarum numero fuit Maria soror
Mulieres Euangelizatrices quæ dicuntur. Moysis, Debora & aliæ. Ad quarum instar psallebant filiæ illæ
Ierusalem *cum reuerteretur percusso Philistæo Dauid egressæ de vni-*
uersis vrbibus Israël cantantes chorosque ducentes in occursum Saül
o 1. Reg. 18. 6. *Regis in tympanis lætitiæ & in sistris* [o]. Ex illis quoque erant *la-*

Digitized by Google

mentatrices, quæ *ſapientes* etiam dicuntur, nempe in arte cantandi, pſallendi, lamentandi, benedicendi, maledicendi, &c. de quibus Ieremias [a]. Quæ nonnunquam vt viri prophetæ, ſine cantu & ſine metro aſſumebant parabolas ad melius quod volebant ſuadendum. Qualis erat illa mulier Thecuitis vocata à Ioab ad ſuadendum Regi Dauid reuocationem Abſalonis [b].

a cap. 9. 1. 10.

b 2. Reg. 14. 4.

Quo ſenſu mulieres cõmuniter in Scriptura dicuntur prophetiſſæ

Iuxta hanc ſecundam prophetiæ ſpeciem tantummodo, puto communiter mulieres in Scriptura dici prophetiſſas: licet ex B ſpeciali priuilegio quædam in prima ſignificatione tales extiterint: vt facile crediderim fuiſſe Mariam ſororem Moyſis, Deboram, Holdam & aliam, quæ proprio nomine non exprimitur: ſed tantum, ſicut Debora [c], vocatur *Mater in Iſraël* [d]. Prima vero, iuxta expoſitionem S. Hieronymi, ſicut duo fratres eius Moyſes & Aaron, appellatur *paſtor* apud Zachariam [e], cùm dicitur; *Et ſuccidi tres paſtores in menſe vno.* Vtrumque enim nomen *Matris Iſrael* & *paſtoris* indicat illas eodem modo ſuper Iſraël fuiſſe paſtores ſicut prophetas primæ claſſis. De Holda cur idem cogitari debeat, videbimus in ſequentibus [f].

c Iudic. 5. 7.

d 1 Reg. 20. 19.

e cap. 11. 8.

f lib. 2 c. 11.

Nomen propheta pro poeta

Tertia ſignificatio huius nominis *propheta* importare videtur C poëtas & vates, quos Ethnici diuino ſpiritu afflari putabant: & ſic Paulus [g] Epimenidem vatem appellauit proprium Cretenſium prophetam.

g Tit. cap. 1 11.

Quartò, prophetare nonnunquam accipitur pro facere miracula. iuxta quem ſenſum cadauer Eliſæi prophetæ dicitur prophetaſſe [h], quod alterius cuiuſdam mortui corpus illatum in ſepulchrum Eliſæi repente contactu eius ad vitam excitatum ſit.

h Eccli. 48. 14.

Quintò, propheta dicitur ille, qui vel docendo vel ſcribendo, vel concionando ſacras Scripturas interpretatur. Quales D illi fuiſſe videntur, de quibus Apoſtolus ait: *Qui prophetat hominibus, loquitur ad ædificationem, & exhortationem & conſolationem* [i]. Item, cùm dicitur: *Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas & Simon* [l]. Et iſti prioribus mundi ſæculis vocabantur רנים *Rannim*, id eſt, præcones: quos Petrus vocat *præcones Iuſtitiæ* [m], id eſt, legis naturalis quæ vocatur Iuſtitia, vt vidimus [n] Horum primus fuit Enos, qui *cœpit inuocare nomen Domini*. Cùm autem

i 1. Cor. 14. 3.

l Act. 13. 1.

m Petr. 2. 5.

n Cap. 2.

Digitized by Google

A ex iis, quæ postea dicturi sumus constet Prophetarum ordinem & institutum quandam fuisse sanctorum hominum congregationem à Deo in bonum & ædificationem Ecclesiæ ab initio mundi constitutam; *Prophetæ* nomine dictæ professionis virum generaliter intelligendum censeo: cui Deus cùm bene vellet, & valde illam diligeret, sua illi affatim largiebatur charismata, singulis ea pro sua voluntate distribuens. Ita vt pro vniuscuiusque dono alij ad consulendum Dei oracula, alij ad psallendum diuinisque die ac nocte vacandum laudibus decantandis; alij ad benedictiones & maledictiones pro variis euentibus, locis, B ac personis annuntiandas destinarentur: alij dono miraculorum essent conspicui: alij ad docendum alios: alij ad prædicandum mitterentur: alij denique etiam corporum sanationibus, vel cùm expedire viderent, illa à morte suscitando, vacarent. Quapropter mystico illi ac sanctissimo Prophetarum corpori verba Apostoli optimè conuenirent: *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia: primum Apostolos* (id est, nullos) *secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes*, &c. [a] Denique, generali *Prophetarum* nomine Ecclesiasticorum ordinem, quem *Clerum* nominare solemus à priscis in- C tellectum fuisse arbitror: quem cùm Deus tantis ornaret charismatibus, eisque libenter arcana sua reuelaret, nobilissimo, illustrissimo & augustissimo *filiorum Dei* titulo illustrare dignatus est.

a 1. Cor. 12. 28.

Prophetarũ seu filiorum Dei nomine Clerus intelligitur.

Generaliori adhuc sensu illi dicebantur *filij Dei*, qui à parentibus ex aliorum filiorum numero selecti diuino mancipabantur obsequio ad sacerdotis, aut cantoris, aut prædicatoris, aut etiam inferioris ordinis munus obeundum. Qualiter sanctissimus Patriarcha Seth (à quo filij Dei nomen filiorum Seth [b] accepisse videntur) à matre Eua ad sacerdotium sele- D ctus, destinatusque est, quando imposuit ei nomen Seth, dicens: *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain* [c]. Et hoc est cur tam in libro Genesis, quàm in Euangelio Lucæ, genealogia Christi filij Dei naturalis ex huiusmodi solummodo viris, Deoque mancipatis filiis, non semper ex primogenitis, vt multi putarunt, contexitur: imò pauci in ea ac ferè nulli sunt primogeniti, quod ex tardo eorum ortu, qui in recta linea generationum

Filij Dei etiã dicebantur omnes qui in templo aliquo munere fungebãtur.

b Num. 24. 17.

c Genes.

In genealogia Christi rarò primogeniti, semper ij qui fuerunt Dei ministri ponuntur.

generationum ponuntur S. Augustinus collegit [a]. Quæ quidem genealogia apud Lucam in hoc sensu ritè dici potest genealogia filiorum Dei, quam Christus naturalis Dei filius terminat ac perficit. Quod sanè intendit S. Lucas, cùm, non vt Matthæus, gignendi verbo vtitur; sed sub tali forma illam digerit, *Vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui,* &c. *qui fuit Adam, qui fuit Dei* [b], nempe filius.

a lib. 15. de Ciuit.
b Luc. 3.23.

Ex illis autem, qui in ea nominantur, quidam fuerunt Sacer-
B dotes, summique Ecclesiæ Pontifices, vt Adam, Seth, Iared, Noë, Sem, Heber, Isaac, Iacob, vt postea deducemus: alii non quidem supremi, sed (vt censeo) inferioris ordinis Pontifices & Pastores, qui tunc Egregori, id est, vigiles dicebantur, vt videbimus [c]: vt Malaleel, & Mathusala: alii fuerunt doctores & religiosi alienam à mundo vitam ducentes, vt Enos, Cainan, Henoch, Noë, Heber, Abraham: alii fuerunt Dei præcones & oraculorum consultores, quales fuisse videtur ante diluuium Lamech, post diluuium Arphaxad, Sale, & Phaleg: ideo vix apud auctores, inueniuntur regiones, quæ ab ipsis inhabitatæ vel nominatæ sint. Eiusdem quoque professionis
C extitisse credo Reu, Sarug, Nachor & Thare, quorum nonnulli, vt Sarug [d] & Thare [e] à vero Dei cultu defecerunt. Alii quidem Dei, sed minoribus, laicisque sunt addicti ministeriis, vt Aminadab, Naasson & Iesse pater Dauid. Quorum primus in suæ pietatis vel etiam ministerii argumentum, secto mari rubro (vt multi post Iudæos asserunt) cum cæteræ tribus cunctarentur, ac transire timerent, magna fide roboratus post Moysen & Aaron dux fuit tribui Iudæ: quæ sic à Psalmista [f] dicitur: *facta sanctificatio eius* (quo nomine vocari solet arca testamenti [g]) id est, velut arca Dei, quæ postea in transitu de-
D siccati Iordanis viā fecit Israëlitis [h]. Etsi alius est horū verborū legitimus sensus vt postea [i] videbitur. Secundus in solennitate dedicationis altaris primus omnium oblationes Deo fecit [l]. Tertius ex ordine fortasse fuit Enoscæorū, de quibus postea [m]. Nam de eo legimus [n], quod *erat vir senex veniens* (id est frequentans) *inter Enoscim.*

Filiorū Dei multi gradus.
c Cap 17.
d Epiphanius init. Panarij.
e Vide infra lib. 2. c. 11.
f Psal. 113. 2.
g Leuit. 16. 2. Psal. 19. 3.
h Iosu. 3. 12.
i lib. 3. c. 13. & 15.
l Num. 7. 12.
m cap. 13. & 14.
n 1. Reg. 17. 12.

En quomodo in genealogia Christi ducta ab Adam vsque ad Dauid Regem, qui inter filios Dei nominantur tam sacrificia

E

Digitized by Google

offerendo, quàm aliis modis Deo ex officio ministrasse videntur. In altera verò eius parte ducta à Dauide vsque ad Ioseph virum Mariæ, nullus omnino sacerdos ordinis Leuitici esse conuincitur: quia Christus non de lumbis Leui, nec secundùm eius ordinem; sed de lumbis Sem, qui est Melchisedech, & de lumbis Regis Dauid de tribu Iuda oriundus, futurus erat Rex & sacerdos tam secundùm instituti, ac sacrificij Melchisedecis formam, quàm secundùm eiusdem genealogiæ ordinem & seriem [a]. Et idcirco S. Matthæus ponit reges temporales regni Iuda à Dauide vsque ad Salatiel: S. verò Lucas vnicum Regem B Dauid: à quo per Nathan vsque ad Ioseph virum Mariæ seriatim ponit eos, qui (quacumque alia simul temporali dignitate fulserint) cùm Aaronici sacerdotes esse non possent, aut Leuitæ, eo quod non essent ex tribu Leui, vel Melchisedecis sacerdotis, vel aliis laicis in domo Dei vacabant ministeriis.

Christus fuit sacerdos secundùm duplicem ordinem Melchisedech genealogia & instituti.

a Ps. 109. 4. Hebr. 5. 6. & 7.

Ex quibus fuerunt in primis Simmaa, Sobab & noster Nathan [b], quos ex Vria Gabaonita (qui honestiori vocabulo, sicut & Obededom, dicitur Hetthæus [c]) pepererat Bersabee antequam Dauidis vxor fieret: quosque Dauid laicis quidem, tanquam à Gabaonitis oriundos, sed honorabilibus in tabernaculo præfecerat officiis. Vnde ab vltimo, nempe Nathan, C Nathinæi nomen simul & originem trahere potuerunt. Nathan enim, qui secundum Lucam filius est Dauid, vnus ex illis fuisse videtur, de quibus legimus [d], *filij autem Dauid sacerdotes erant;* non quidem propriè, sed inter laicos tabernaculi ministros omnium dignissimi, illisque tantò superiores, quantò laicis præstant sacerdotes. Erant fortasse illi, qui Regi in tabernaculo oranti erant à latere velut apud nos magni (quos vocamus) Eleemosynarij. Sic enim interpretor quod expositionis gratia de iisdem dicitur in Paralip. [e] *Porrò, filij Dauid primi ad manum Regis.* D

b 2. Reg. 5. 14.
c 2. Reg. 6. 10 & 11. 4.

Nathinæi à Nathan sic appellati.

d 2. Reg. 8. vlt.

e lib. 1. c. 18 17.

Quæ quidem filiatio non tam adoptionis est (vt quidam [f] putant) quàm disciplinæ, magisterij, vel institutionis. Ita vt tota apud Lucam genealogia, quæ maximè filiorum Dei est, ita mysticè debeat intelligi: vt patres, vel etiam naturales, vt Abraham, Isaac, Iacob, Iudas, &c. non vt tales considerentur à S. Luca: sed quatenus filios suos aliquo modo spiritualiter Deo genuerunt, vel in tali aut tali domus Dei ministerio con-

f Torniellus anno mũdi 2987. num. 5. & 6.

Digitized by Google

A ſtitui curarunt, & ſic B. Petrus [a] primos Patriarchas ſub nomine *præconum iuſtitiæ* muneraſſe videtur: vt ſicut Noë inter eos octauus, ita Abraham decimus octauus, Iſaac decimus nonus, Iacob autem vigeſimus in ordine genealogiæ eſſe videantur. Matthæus autem ſolam carnalis generationis ſeriem contemplatus eſt propter Hebræos, quorum pater & caput fuit Abraham: per quem à Leui Aaronicum illorum trahebantur ſacerdotium [b].

a 1. Petr. 2. 5.

Matthæus carnalem, Lucas ſpiritualẽ Christi genealogiam ſcribere intendit.

b Heb. 7. 5.

Præterea S. Lucas, qui veram Eccleſiæ à mundi principio doctrinam ad Chriſtum vſque traductam fuiſſe volebat oſten-
B dere, non legalem (vt multi perperam exiſtimant, quia legis Moſaïcæ ac Aaronici ſacerdotij tranſlatio per Chriſtum penitus fieri debebat [c]) ſed ſpiritalem, & quodammodo myſticam texere debuit filiorum Dei, hoc eſt, eius miniſterio mancipatorum genealogiam. Imò cùm apud Lucam [d], iuxta Græcum dicitur, *Ieſus exiſtens (vt æſtimabatur) filius Ioſeph, Heli, Matthat, Leui, Melchi,* &c. per Heli Helias propheta poſſet intelligi, quem à Chriſto in cruce pendente vocatum putabant Hebræi, cùm ipſe clamaſſet, *Eli, Eli, Lamaſabactani*, multi enim aut ipſum Eliam aut Eliæ diſcipulum, vel ſectatorem ar-
C bitrabantur [e], Lucas 9. ab Elia ad eius magiſtrum Matthat, & ab iſto ad Leui eius magiſtrum, & ſic aſcendendo vſque ad Adam filiorum ſeu miniſtrorum Dei ſeriem texeret: etiam iuxta quod Auguſt. [f] ita loquitur, *Lucas Sacerdotalem in Chriſto perſonam oſtendere volens generationes adoptionis Chriſti percurrit.* Sat ſit iudicaſſe: prudens Lector iudicet quod non aſſero. Hîc tamen infinitæ ſoluuntur perdifficiles quæſtiones, quæ fieri ſolent circa duas iſtas Matthæi, & Lucæ genealogias. Et præſertim, quo pacto vnus & idem homo poſſit eſſe eiuſdem hominis naturalis ac legalis filius. Quæ quidem concurrentia mox & facillimè reperietur, ſi non de legali & carnali, ſed de ſpiri-
D tuali & carnali intelligatur: vt patet in hîc ſubiecta arbore.

c Heb. 7. 11. 12.

d cap. 3. 23.

e Matth. 16.

f De conſenſu Euág. lib. 2. cap. 3. & 4.

GENEA-

Digitized by Google

Duo autem ex dictis notanda sunt breuiter. Primum est supremos Ecclesiæ Dei moderatores seu Pontifices à creatione mundi vsque ad diluuium quatuor tantum extitisse Adam, Seth, Iared, & Noë; eo quod propter longæuam eorum vitam, hos quatuor tantùm vsque ad diluuium, & vltra in totius Ecclesiæ regimine sibi successisse putamus. Nempe, Adamo, qui anno mundi & vitæ suæ 930. mortuus est, successit Seth, cùm esset 800. annorum: qui, cùm è vita decessisset anno vitæ suæ 912. & rexisset Ecclesiam spatio 112. annorum; successisse videtur ei Iared; qui tunc octuagesimum secundum supra quingentesimum vitæ suæ ducebat annũ; & cùm præfuisset Ecclesiæ 380. annos, vita functus est anno 962. mundi verò 1422. Cui Noë tunc annorum 366. successisse verisimillimum est: ac clauum Ecclesiæ moderatus esse 584. annorum spatio: nempe 234. ante, & 350. post diluuium.

Quatuor tãtùm summi Pontifices à creatione vsque ad diluuium, & qui fuerint.

De suprema autem Adami & Noë in Ecclesia potestate nemo sanus dubitat. Quod Seth eandem habuerit ex scriptura in hoc libro [a] probamus. De Iared postea [b] videbimus.

Secundum, quod prorsus notandum arbitramur, est, sanctum Ioseph B. Virginis Deiparæ spõsum inter Dei filios striatim fabram numerari à S. Luca: ob id forsitan, quod non qualiscũque extiterit: sed ex iis qui ex munere templo deseruiebant, & ex ordine Nathinæorum erant. Quales fuisse videntur illi Fabri lignarij de quibus non semel in Scriptura [c]. Quo solo sensu S. Damascenus [d] dicere potuit Heli qui apud Lucam ante Ioseph ponitur, ex tribu Nathan fuisse oriundum. Vnde congruum valde redditur ac decentissimum S. Ioseph cum B. Maria matrimonium: nempe ministri templi cum vna ex virginibus, quæ in templo seruabantur [e]. Nisi dicamus spiritualem Christi apud Lucam genealogiam non à Ioseph, sed ab Heli seu Helia, incipere, in hoc sensu, Iesus putabatur filius Ioseph secundùm carnem, & filius Heliæ secundùm spiritum, id est, discipulus qui Heliæ fuit filius, hoc est discipulus Matthat; Matthat, Leui; Leui, Melchi, &c.

S. Ioseph vir B. Virginis Faber fuit templi.

a cap. 4.
b cap. 17.
c 4. Reg. 12. 11 & 22. 6. 1. Paral. 9. 16.
d De fide orthod. lib. 4. c 15.
e 2. Macha. 3. 19.

Digitized by Google

36 Bis

Genealogia Christi, vt homo est, deducta ab Abraham. Matth. cap. 1.

Genealogia, vel potiùs series filiorum Dei deducta ab Adam vsque ad Christum filium Dei naturalem. Luc. cap. 3.

IOSEPH. Iacob. Nathan. Eleasar. Eliud. Achim. Sadoc. Azor.

Eliacim. Abiud. ZOROBABEL. Resa. Iohana. Iuda. Ioseph.

IOSEPH. Heli. Matthat. Leui. Melchi. Ianne. Ioseph. Matthatias. Amos. Naham. Hesli. Nagge. Matthath. Matthatias. Semei. Ioseph.



Amon. Iosias. Ieconias. SALATIEL. Neri. Melchi. Addi. Casan.

Manasses. Ezechias.

Elmadan. Her. Iesu. Elieser. Iorim.

In huius arboris stipite, seu trunco Matthæus & Lucas omnino conueniunt: sicut paulò post in Salatiele, & Zorobabele iterum cojncident.

Digitized by Google

lis, qui postea prophetæ dicti sunt) coniungit mysterium de dicta oritura stella cum filiis Seth. Statim enim ac dixit: ORIETVR STELLA EX IACOB [a], addit, *vastabitque omnes filios Seth* (quæ verba postea exponimus) *& erit Idumæa possessio eius.* Quibus verbis videtur innuere illam vastationem seu disparietationem filiorum Seth futuram in Idumæali regione, in qua diuersatus est postea Christus: nempe in eadem Syria, in qua filij Seth floruerant, & columnas suas posuerant: ex quibus alij prophetæ & sapientes aliarum proximarum regionum, vt Magi apud Chaldæos, multa sine dubio tam diuina quàm naturæ mysteria didicerunt. Et hoc fortasse est quod Auctor operis imperfecti in Matthæum scribit exponens illud Matthæi [b] *Vidimus stellam eius in Oriente*, &c. Audiui, inquit, aliquos referentes de quadam scriptura, etsi non certa, tamen non destruente fidem, sed potiùs delectante: quoniam erat quædam gens sita in ipso principio Orientis, iuxta Oceanum, apud quos ferebatur quædam scriptura, inscripta nomine Seth, de apparitura stella, & muneribus huiusmodi Christo offerendis; quæ per generationes studiosorum hominum, prioribus referentibus filijs suis, habebatur deducta, &c. Hæc ille. Certè, ad istos Orientales & studiosos homines iuxta Oceanum habitantes Sethi doctrina, & Noe per Arphaxad, qui illas circa regiones incoluit, traduci potuit: quemadmodum Ægyptiorum litteras hieroglyphicas ex illis columnis filiorum Seth originem ducere diximus alibi [c]. Ista ex iis confirmantur, quæ scribit Diodorus [d]: antiquissimos Ægyptios Isidi & Osiridi duas columnas erexisse (ad illarum forsitan instar) in quibus etiam rerum ab ipsis gestarum, atque inuentarum fieret mentio. Item ex iis quæ habet Plinius [e]; *Epigenes*, inquit, *apud Babylonios septingentorum viginti annorum obseruationes syderum coctilibus laterculis inscriptas docet grauis auctor in primis. Qui minimùm Berosus, & Critodemus 480. annorum. Ex quo apparet æternus literarum vsus.*

B C D

Porrò, sunt qui Sethum corpore vehementer auctum fuisse dicant, eo quod Methodius Patarensis Episcopus vocat eum *gigantem*; vt refert Raderus in Chronico Alexandrino. Sed quo sensu id scripserit Methodius videbimus aliquando [f]. Idem ibidem num. 5. refert ex fragmento cuiusdam Chronici

a Num. 24. 17.
b Matth. 2.
Hieroglyphica littera vnde sumunt originem.
c In Iob. prælud. 2.
d lib. 1.
e lib. 7. c. 56
f Inf. c. 9.

Digitized by Google

A ex Palatina Bibliotheca Sethum 40 anno ætatis ſubito raptum ab Angelo, & 40. dierum ſpatio non fuiſſe viſum, eóque tempore diuinitus didiciſſe filios ſuos peccatores, & mundum aquis inundatum iri, ac præter paucos periturum. Venturum etiam ſalutis auctorem Chriſtum, eaque parentibus expoſuiſſe: In illo autem cum Angelo congreſſu cœleſti ſplendore circumfuſum, quem per reliquam vitam tenuerit. Quæ quamuis Raderus vereatur ne ex Sethianorum Hæreticorum libris excerpta fuerint, qui raptum ferebant Sethum, vt refert Epiphanius [a]; ego cùm ex ſupra dictis, aliiſque multis quæ de iſto B ſanctiſſimo viro paſſim leguntur apud Patres, illa pro maiori parte veriſimilitudine plena cenſeo: Imò, illud quod de mundo aquis innundando & Chriſto venturo prædixit, tanquam veriſſimum ex epiſtola B. Iudæ [b] facilè colligitur. Eſt enim ſecundus eorum de quibus ibi dicitur, *Prophetauit autem & de his ſeptimus ab Adam, Enoch, dicens: Ecce venit D. Dominus in ſanctis millibus ſuis*, &c. Paulò autem prius dixerat, *Væ illis qui in via Cain abierunt*. Satis iudicans Pſeudo-Apoſtolos ſimiles eſſe ijs, qui olim in via Cain abjerunt. Vis quoque notanda eſt in illa copula, *Et*, cùm dicitur, *Prophetauit autem & de his ſeptimus*, &c. vult enim dicere, quod ipſe Adam Prophetauit, & poſt eum C Seth, Enos, & alij vſque ad ſeptimum Prophetam Enoch. Qui quod de futuro diluuio aliiſque myſterijs anteceſſores eius verbis prædicauerant, ſcriptis digeſſerat. Et cùm ſeptem iſti propheta ſſe dicuntur, non alio id titulo feciſſe intelligendum eſt, quàm eo quo Enos filius Sèth & ſex alij eum in genealogia Chriſti ſequentes per periphraſim vocantur à ſancto Petro [c] *præcones Iuſtitiæ*, id eſt, Prophetæ, ſeu prædicatores legis naturalis quæ κατ' ἐξοχὴν vocatur Iuſtitia, vt antea [d] vidimus. Seth igitur vnus, credo equidem, fuit ex illis prophetis qui de Chriſti aduentu prædixit ordine ſecundus.

Seth luce cœleſti toto corpore circumfuſum per totã vitam fuiſſe abſurdum non eſt.

a Hæreſ.40.

b Verſ.14.

c 2. Petr. c 5

d Cap. 2.

D Quod autem de raptu ac de luce eum illuſtrante, dum vixit, dicitur, non omnino abſurdum exiſtimo: cum etiam id ex mox dicendis non modicam vim accipiat ſanè, non minorem eius quàm ſummi poſt Adam in Eccleſia pontificis fuiſſe dignitatem, ſuadet nobis inſignis locus Eccleſiaſtici [e], vbi (ſicut Sem poſt patrem Noë) dicitur *apud homines gloriam adeptus ſuper omnem animam in origine Adam*, & proinde longe maior ſancti-

e cap.49.19.

Digitized by Google

tate & auctoritate fuisse videtur Enocho, qui postea, cum ministraret coram Domino raptus est, vt aliquando [a] dicemus: & Moyse, cuius facies *cornuta*, id est radiosa, *facta est, ex consortio sermonis Domini* [b], vsque ad mortem, vt cum Ambrosio [c] multi existimant. Huc facit quod prodit ex quorundam sententia Moses Barcepha [d], impositionem nominum ab Adam factam fuisse cum auctoritate: vt, nempe, loco insidens altiore, vultum gerens splendore radiantem, singulæ autem bestiæ tantam lucem ferre non valentes præteribant singillatim submissis pronè capitibus. Quod & Setho facile communicatum est. Et fortasse ex facie Seth radiosa ansam acceperunt populi vt Deum eum appellauerint. B

a infra c.18.
b Exod. 34. 29.
c in Ps. 118.
d lib. de Paradiso.

Probatur exemplis Enoch & Moysis.

Conueniens quoque fuit, vt qui in anima tam expressam Dei creatoris sua sanctitate & sapientia referebat similitudinem, peculiari etiam ad extra claritate rudibus populis conspicuus appareret: & qui sanctissimo Abeli (qui post Adamum Ecclesiæ Dei, & ciuitatis sanctorum caput erat futurus, Christique Domini nostri figura) à Deo substitutus erat, talia quoque sanctitatis indicia haberet ad extra, quæ tanto fastigio responderent. Quod non obscurè indicat Scriptura [e], cum ait: *Seth apud homines gloriam adeptum fuisse super omnem animam in origine Adam*. Nomen enim gloriæ pro exteriori etiam claritate plerumque sumi notum est. C

e Eccli. 49. 19.

Cæterùm eos qui in Genesi [f] vocantur filij Dei, Sethi posteritatem fuisse permulti antiqui, recentioresque sentiunt: vt meritò communissima, verissimaque sententia reputetur. Et certè præter Theodoretum [g], & Cassianum [h], qui ea de re ex professo disputant, ita sentit S. Chrysostomus [i], qui & seriò aliam expositionem de Angelis impugnat. S. Augustinus [l], Cyrillus [m], Rupertus [n], Albinus Flaccus [o], Procopius Gazæus & alij multi illam amplectuntur, vt iterum dicemus. Nihil tamen prohibet quin de filiatione spirituali hoc possit, & fortasse debeat, intelligi. Vix enim admitti potest illos duntaxat fuisse filios hominum & filios Dei, qui à Cain & Seth sola carnali propagatione nati sunt: cum aptiùs nomen filiorum vtriusque pro discipulis, & sectatoribus sumi videatur, quacumque ex stirpe nati sint. Nam quemadmodum pater Adam suos quodammodo spirituales filios habuit omnes veri Dei cultores, D

f cap. 6. 4.
g quæst. 47.
h Collat. 8. cap. 21.
i Hom. 22. in Genes.
l de Ciuit. lib. 15. c. 23.
m lib. 3. in Gen & lib 9. in Iulia.
n lib. 4 c. 12.
o quæst. 95. in Genes.

Quo sensu filij Dei & filij hominis dicuntur in Genesi.

Digitized by Google

A quos appellauit *Nephilim*; & isti statum fidelium sæcularium repræsentabant: ita Seth filius eius statum Ecclesiasticorum instituit, quos generali nomine donauit filiorum Dei: sicut postea filius eius Enos monasticæ vitæ fundamenta posuit: cuius sectatores & professores ab eius nomine Enoscæi sunt appellati.

Quòd autem filij hominum non fuerunt soli, qui à Cain secundùm carnem sunt oriundi, inde patet: quòd cùm omnes ex Caini progenie diluuio perierint, & tamen longè post diluuium fuerint, qui non pro hominibus simpliciter ita nomi-
B naretur: sed pro quadam secta pessima, nempe Cainitarum, vt in sequentibus videbitur: sequitur quod tale nomen non sumitur in Genesi pro illis qui carnali propagine à Cain descenderunt: sed pro illis qui Caini vitam, moresque sectati sunt: quemadmodum filij Dei illi dicuntur, qui Sethi doctrinæ adhæserunt. Hoc autem generali nomine cùm omnes Ecclesiastici, vtpotè, Scribæ, Doctores, Sacerdotes & alij huiusmodi comprehendantur, quos posterioribus sæculis nomen prophetarum ambiebat: quid per nomen prophetæ in Scripturis intelligatur, videndum est.

C

CAPVT V.

Eo quod qui filij Seth dicebantur, erant prophetæ, declaratur quid significet nomen prophetæ.



D Distinctione inchoandum est. Siquidem multiplex est in sacro sermone huius nominis acceptio, & primò sumitur pro illo, qui diuina mysteria mortalibus occulta, vel sua altitudine humanum captum excedentia, quæque non nisi per diuinam & singularem capi possunt illuminationem, intelligit, vel qui futura cognoscit: & talis olim dicebatur videns [a]. Ex eo autem quod istos multi adire solebant, qui vel belli, vel alterius negotij qualis futurus esset exitus, scire cupiebant: vtpote an ab infirmitate qua teneban-

Propheta nomen quid importet.

a 1.Reg.9.9.

Digitized by Google

a 4.Reg.1.1. tur, liberarentur, nec ne [a]: quid de nasciturisliberis futurum

b Gen 25. 22. esset, vt legimus fecisse Rebeccam [b], vel etiam in minimis,

c 1 Reg.9 7. sicut fecit Saul pro amissis asinis [c]: ideo tales Prophetæ in libro

d cap.3.14. 12.17. Iob [d], & alibi [e] *consules.& consiliarij*, sed propriè *consultores* nun-

e Esa 1.26. cupantur: eo quod de negotiis sibi propositis Deum consule-

Mich. 4 19 bant; iuxta cuius oraculum dabant responsa quærentibus. Inde

Consultores vocãtur prophetæ & cur. apud prophanos Sybillæ & Pythiæ eiusdem significatio-
nis nomina pro mulieribus diuina patientibus traxerunt ori-
ginem.

Secunda significatio de illo est, qui ex officio coram Deo
psallebat, cantabat, atque etiam, adhibitis musicis instrumen-
tis, cum quadam agitatione, & ad instrumentorum modula-
tionem temperata saltatione, & nonnunquam prostratione
corporis, certis quoque diei horis, in proprio, vel ad hoc desti-
nato, decentíque habitu modulabatur. Sic legimus Saulem
Regem *expoliatum vestimentis suis inter prophetas prophetasse &*
cecidisse (per mixtas, inter psallendum & saltandum prostra-
tiones) *nudum* (nudatum veste laica & vestitum Ephod, quod
erat psallentium prophetarum, vt de Rege Dauid à Michol

f 1.Reg.6. 20. tanquam nudo deriso & saltante coram arca legimus [f]) *tota die*

g 1 Reg.19. 24. *ac nocte* [g]. Sic Asaph & Heman dicuntur *prophetasse in cytharis,*
cymbalis, & psalteriis: & Idithum dicitur *prophetasse in cythara*

h 1. Par.25. 1. & 3. *super confitentes & laudantes Dominum* [h].

Ad hanc prophetiæ speciem referri crediderim illos, qui vel
ad benedicendum, vel ad maledicendum diem natalem, vt in

i cap.3 8. libro Iob [i], vel in funeribus, aut alio quodam tristi, vel læto

l Num. 23. 7.24.5.& 15. 20 21.23. euentu sæpe dicuntur *assumere parabolam* [l] (quod vel simpliciter
enunciando, vel, ex vi verbi originalis, eleuando vocem fieri

Esaiæ 14.8. solitum fuisse alibi [m] multis ostendimus) sæpe ex abrupto pro

Mich.2 4. Habac. 2 6. rerum exigentia versibus suas aut benedictiones aut maledi-

m in Iob.c. 3.8.& in c. 27.1. ctiones componendo. Ex illis erant mulieres illæ, quæ vo-
cantur *Euangelizatrices* apud Psalmistam [n], qui ibidem asserit

n Ps.67.12. iuxta Heb. olim illatum *militiam*, seu sodalitatem fuisse *multam*, id est, in
maxima multitudine. De quarum numero fuit Maria soror

Mulieres Euangelizatrices qua dicuntur. Moysis, Debora & aliæ. Ad quarum instar psallebant filiæ illæ
Ierusalem *cum reuerteretur percusso Philistæo Dauid egressæ de vni-*
uersis vrbibus Israël cantantes chorosque ducentes in occursum Saül

o 1. Reg.18. 6. *Regis in tympanis lætitiæ & in sistris* [o]. Ex illis quoque erant *la-*

Digitized by Google

mentatrices, quæ *ſapientes* etiam dicuntur, nempe in arte cantandi, pſallendi, lamentandi, benedicendi, maledicendi, &c. de quibus Ieremias[a]. Quæ nonnunquam vt viri prophetæ, ſine cantu & ſine metro aſſumebant parabolas ad melius quod volebant ſuadendum. Qualis erat illa mulier Thecuitis vocata à Ioab ad ſuadendum Regi Dauid reuocationem Abſalonis[b].

a cap. 9. 1. 10.

b 2. Reg. 14 4.

Quo ſenſu mulieres cõmuniter in Scriptura dicuntur prophetiſſæ

Iuxta hanc ſecundam prophetiæ ſpeciem tantummodo, puto communiter mulieres in Scriptura dici prophetiſſas: licet ex B ſpeciali priuilegio quædam in prima ſignificatione tales extiterint: vt facile crediderim fuiſſe Mariam ſororem Moyſis, Deboram, Holdam & aliam, quæ proprio nomine non exprimitur: ſed tantum, ſicut Debora[c], vocatur *Mater in Iſraël*[d]. Prima vero, iuxta expoſitionem S. Hieronymi, ſicut duo fratres eius Moyſes & Aaron, appellatur *paſtor* apud Zachariam[e], cùm dicitur; *Et ſuccidi tres paſtores in menſe vno.* Vtrumque enim nomen *Matris Iſrael* & *paſtoris* indicat illas eodem modo ſuper Iſraël fuiſſe paſtores ſicut prophetas primæ claſſis. De Holda cur idem cogitari debeat, videbimus in ſequentibus[f].

c Iudic. 5. 7.

d 2 Reg. 20. 19.

e cap. 11. 8.

f lib. 2 c. 11.

Nomen propheta pro poeta.

Tertia ſignificatio huius nominis *propheta* importare videtur C poëtas & vates, quos Ethnici diuino ſpiritu afflari putabant: & ſic Paulus[g] Epimenidem vatem appellauit proprium Cretenſium prophetam.

g Tit. cap. 1 12.

Quarto, prophetare nonnunquam accipitur pro facere miracula, iuxta quem ſenſum cadauer Eliſæi prophetæ dicitur prophetaſſe[h], quod alterius cuiuſdam mortui corpus illatum in ſepulchrum Eliſæi repente contactu eius ad vitam excitatum ſit.

h Eccli. 48. 14.

Quintò, propheta dicitur ille, qui vel docendo vel ſcribendo, vel concionando ſacras Scripturas interpretatur. Quales D illi fuiſſe videntur, de quibus Apoſtolus ait: *Qui prophetat hominibus, loquitur ad ædificationem, & exhortationem & conſolationem*[i]. Item, cùm dicitur: *Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas & Simon*[l]. Et iſti prioribus mundi ſæculis vocabantur רנים *Rannim*, id eſt, præcones: quos Petrus vocat *præcones Iuſtitiæ*[m], id eſt, legis naturalis quæ vocatur Iuſtitia, vt vidimus[n] Horum primus fuit Enos, qui *cœpit inuocare nomen Domini*. Cùm autem

i 1 Cor. 14. 3.

l Act. 13. 1.

m Petr. 2. 5.

n Cap. 2.

ex iis, quæ postea dicturi sumus constet Prophetarum ordinem A
& institutum quandam fuisse sanctorum hominum congregationem à Deo in bonum & ædificationem Ecclesiæ ab initio mundi constitutam; *Prophetæ* nomine dictæ professionis virum generaliter intelligendum censeo: cui Deus cùm bene vellet, & valde illam diligeret, sua illi affatim largiebatur charismata, singulis ea pro sua voluntate distribuens. Ita vt pro vniuscuiusque dono alij ad consulendum Dei oracula, alij ad psallendum diuinisque die ac nocte vacandum laudibus decantandis; alij ad benedictiones & maledictiones pro variis euentibus, locis, ac personis annuntiandas destinarentur: alij dono miraculorum essent conspicui: alij ad docendum alios: alij ad prædicandum mitterentur: alij denique etiam corporum sanationibus, vel cùm expedire viderent, illa à morte suscitando, vacarent. Quapropter mystico illi ac sanctissimo Prophetarum corpori verba Apostoli optimè conuenirent: *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia: primum Apostolos* (id est, missos) *secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes*, &c. [a] Denique, generali *Prophetarum* nomine Ecclesiasticorum ordinem, quem *Clerum* nominare solemus à priscis intellectum fuisse arbitror: quem cùm Deus tantis ornaret charismatibus, eisque libenter arcana sua reuelaret, nobilissimo, illustrissimo & augustissimo *filiorum Dei* titulo illustrare dignatus est.

a 1. Cor 12. 28.

Prophetarũ seu filiorum Dei nomine Clerus intelligitur.

Generaliori adhuc sensu illi dicebantur *filij Dei*, qui à parentibus ex aliorum filiorum numero selecti diuino mancipabantur obsequio ad sacerdotis, aut cantoris, aut prædicatoris, aut etiam inferioris ordinis munus obeundum. Qualiter sanctissimus Patriarcha Seth (à quo filij Dei nomen filiorum Seth [b] accepisse videntur) à matre Eua ad sacerdotium selectus, destinatusque est, quando imposuit ei nomen Seth, dicens: *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain* [c]. Et hoc est cur tam in libro Genesis, quàm in Euangelio Lucæ, genealogia Christi filij Dei naturalis ex huiusmodi solummodo viris, Deoque mancipatis filiis, non semper ex primogenitis, vt multi putarunt, contexitur: imò pauci in ea ac ferè nulli sunt primogeniti, quod ex tardo eorum ortu, qui in recta linea generationum

Filij Dei etiã dicebantur omnes qui in templo aliquo munere fungebãtur.

b Num. 24. 17.

c Genes.

In genealogia Christi rarò primogeniti, semper ij qui fuerunt Dei ministri ponuntur.

generationum ponuntur S. Augustinus collegit [a]. Quæ quidem genealogia apud Lucam in hoc sensu ritè dici potest genealogia filiorum Dei, quam Christus naturalis Dei filius terminat ac perficit. Quod sanè intendit S. Lucas, cùm, non vt Matthæus, gignendi verbo vtitur; sed sub tali forma illam digerit, *Vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, &c. qui fuit Adam, qui fuit Dei* [b], nempe filius.

a lib. 15. de Ciuit.

b Luc. 3.23.

Ex illis autem, qui in ea nominantur, quidam fuerunt Sacerdotes, summique Ecclesiæ Pontifices, vt Adam, Seth, Iared, B Noë, Sem, Heber, Isaac, Iacob, vt postea deducemus: alii non quidem supremi, sed (vt censeo) inferioris ordinis Pontifices & Pastores, qui tunc Egregori, id est, vigiles dicebantur, vt videbimus [c]: vt Malaleel, & Mathusala: alii fuerunt doctores & religiosi alienam à mundo vitam ducentes, vt Enos, Cainan, Henoch, Noë, Heber, Abraham: alii fuerunt Dei præcones & oraculorum consultores, quales fuisse videtur ante diluuium Lamech, post diluuium Arphaxad, Sale, & Phaleg: ideo vix apud auctores, inueniuntur regiones, quæ ab ipsis inhabitatæ vel nominatæ sint. Eiusdem quoque professionis C extitisse credo Reu, Sarug, Nachor & Thare, quorum nonnulli, vt Sarug [d] & Thare [e] à vero Dei cultu defecerunt. Alii quidem Dei, sed minoribus, laicisque sunt addicti ministeriis, vt Aminadab, Naasson & Iesse pater Dauid. Quorum primus in suæ pietatis vel etiam ministerii argumentum, secto mari rubro (vt multi post Iudæos asserunt) cum cæteræ tribus cunctarentur, ac transire timerent, magna fide roboratus post Moysen & Aaron dux fuit tribui Iudæ: quæ sic à Psalmista [f] dicitur: *facta sanctificatio eius* (quo nomine vocari solet arca testamenti [g]) id est, velut arca Dei, quæ postea in transitu desiccati D Iordanis viã fecit Israëlitis [h]. Etsi alius est horũ verborũ legitimus sensus vt postea [i] videbitur. Secundus in solennitate dedicationis altaris primus omnium oblationes Deo fecit [l]. Tertius ex ordine fortasse fuit Enoscæorũ, de quibus postea [m]. Nam de eo legimus [n], quod *erat vir senex veniens* (id est frequentans) *inter Enoscim.*

c Cap 17.

Filiorũ Dei multi gradus.

d Epiphanius init. Panarij.

e Vide infra lib. 2. c. 11.

f Psal. 113. 2.

g Leuit. 16. 2. Psal. 19. 3.

h Iof. 3. 11.

i lib. 3. c. 13. & 15.

l Num. 7. 12.

m cap. 13. & 14.

n 1. Reg. 17. 12.

En quomodo in genealogia Christi ducta ab Adam vsque ad Dauid Regem, qui inter filios Dei nominantur tam sacrificia

Digitized by Google

offerendo, quàm aliis modis Deo ex officio ministrasse videntur. In altera verò eius parte ducta à Dauide vsque ad Ioseph virum Mariæ, nullus omnino sacerdos ordinis Leuitici esse conuincitur: quia Christus non de lumbis Leui, nec secundùm eius ordinem; sed de lumbis Sem, qui est Melchisedech, & de lumbis Regis Dauid de tribu Iuda oriundus, futurus erat Rex & sacerdos tam secundùm instituti, ac sacrificij Melchisedecis formam, quàm secundùm eiusdem genealogiæ ordinem & seriem [a]. Et idcirco S. Matthæus ponit reges temporales regni Iuda à Dauide vsque ad Salatiel: S. verò Lucas vnicum Regem B Dauid: à quo per Nathan vsque ad Ioseph virum Mariæ seriatim ponit eos, qui (quacumque alia simul temporali dignitate fulserint) cùm Aaronici sacerdotes esse non possent, aut Leuitæ, eo quod non essent ex tribu Leui, vel Melchisedecis sacerdotis, vel aliis laicis in domo Dei vacabant ministeriis.

Christus fuit sacerdos secundùm duplicem ordinem Melchisedech genealogiæ & instituti.

a Ps. 109. 4. Hebr. 5. 6. & 7.

Ex quibus fuerunt in primis Simmaa, Sobab & noster Nathan [b], quos ex Vria Gabaonita (qui honestiori vocabulo, sicut & Obededom, dicitur Hetthæus [c]) pepererat Bersabee antequam Dauidis vxor fieret: quosque Dauid laicis quidem, tanquam à Gabaonitis oriundos, sed honorabilibus in tabernaculo præfecerat officiis. Vnde ab vltimo, nempe Nathan, C Nathinæi nomen simul & originem trahere potuerunt. Nathan enim, qui secundum Lucam filius est Dauid, vnus ex illis fuisse videtur, de quibus legimus [d], *filij autem Dauid sacerdotes erant;* non quidem propriè, sed inter laicos tabernaculi ministros omnium dignissimi, illisque tantò superiores, quantò laicis præstant sacerdotes. Erant fortasse illi, qui Regi in tabernaculo oranti erant à latere velut apud nos magni (quos vocamus) Eleemosynarij. Sic enim interpretor quod expositionis gratia de iisdem dicitur in Paralip. [e] *Porrò, filij Dauid primi ad manum Regis.* D

b 2. Reg. 5. 14.

c 2. Reg. 6. 10 & 11. 4.

Nathinæi à Nathan sic appellati.

d 2. Reg. 8. vlt.

e lib. 1. c. 18. 17.

Quæ quidem filiatio non tam adoptionis est (vt quidam [f] putant) quàm disciplinæ, magisterij, vel institutionis. Ita vt tota apud Lucam genealogia, quæ maximè filiorum Dei est, ita mysticè debeat intelligi: vt patres, vel etiam naturales, vt Abraham, Isaac, Iacob, Iudas, &c. non vt tales considerentur à S. Luca: sed quatenus filios suos aliquo modo spiritualiter Deo genuerunt, vel in tali aut tali domus Dei ministerio con-

f Tornicllus anno mũdi 2987. num. 5. & 6.

Digitized by Google

A stitui curarunt, & sic B. Petrus [a] primos Patriarchas sub nomine *præconum iustitiæ* munerasse videtur: vt sicut Noë inter eos octauus, ita Abraham decimus octauus, Isaac decimus nonus, Iacob autem vigesimus in ordine genealogiæ esse videantur. Matthæus autem solam carnalis generationis seriem contemplatus est propter Hebræos, quorum pater & caput fuit Abraham: per quem à Leui Aaronicum illorum trahebantur sacerdotium [b].

a 1.Petr.2.5.

Matthæus carnalem, Lucas spiritualē Christi genealogiam scribere intendit.

b Heb. 7. 5.

Præterea S. Lucas, qui veram Ecclesiæ à mundi principio doctrinam ad Christum vsque traductam fuisse volebat ostendere, B non legalem (vt multi perperam existimant, quia legis Mosaïcæ ac Aaronici sacerdotij translatio per Christum penitus fieri debebat [c]) sed spiritalem, & quodammodo mysticam texere debuit filiorum Dei, hoc est, eius ministerio mancipatorum genealogiam. Imò cùm apud Lucam [d], iuxta Græcum dicitur, *Iesus existens (vt æstimabatur) filius Ioseph, Heli, Matthat, Leui, Melchi*, &c. per Heli Helias propheta posset intelligi, quem à Christo in cruce pendente vocatum putabant Hebræi, cùm ipse clamasset, *Eli, Eli, Lamasabactani*, multi enim aut ipsum Eliam aut Eliæ discipulum, vel sectatorem arbitrabantur [e], C Lucas 9. ab Elia ad eius magistrum Matthat, & ab isto ad Leui eius magistrum, & sic ascendendo vsque ad Adam filiorum seu ministrorum Dei seriem texeret: etiam iuxta quod August. [f] ita loquitur, *Lucas Sacerdotalem in Christo personam ostendere volens generationes adoptionis Christi percurrit.* Sat sit iudicasse: prudens Lector iudicet quod non assero. Hîc tamen infinitæ soluuntur perdifficiles quæstiones, quæ fieri solent circa duas istas Matthæi, & Lucæ genealogias. Et præsertim, quo pacto vnus & idem homo possit esse eiusdem hominis naturalis ac legalis filius. Quæ quidem concurrentia mox & facillimè reperietur, si non de legali & carnali, sed de spirituali & carnali intelligatur: vt patet in hîc subiecta arbore. D

c Heb.7.11. 12.

d cap. 3.23.

e Matth.16.

f De consensu Euāg. lib. 2. cap. 3. & 4.

GENEA-

Digitized by Google

Duo autem ex dictis notanda sunt breuiter. Primum est supremos Ecclesiæ Dei moderatores seu Pontifices à creatione mundi vsque ad diluuium quatuor tantum extitisse Adam, Seth, Iared, & Noë; eo quod propter longæuam eorum vitam, hos quatuor tantùm vsque ad diluuium, & vltra in totius Ecclesiæ regimine sibi successisse putamus. Nempe, Adamo, qui anno mundi & vitæ suæ 930. mortuus est, successit Seth, cùm esset 800. annorum: qui, cùm è vita decessisset anno vitæ suæ 912. & rexisset Ecclesiam spatio 112. annorum; successisse videtur ei Iared; qui tunc octuagesimum secundum supra quingentesimum vitæ suæ ducebat annũ; & cùm præfuisset Ecclesiæ 380. annos, vita functus est anno 962. mundi verò 1422. Cui Noë tunc annorum 366. successisse verisimillimum est: ac clauum Ecclesiæ moderatus esse 584. annorum spatio: nempe 234. ante, & 350. post diluuium.

Quatuor tãtùm summi Pontifices à creatione vsque ad diluuium, & qui fuerint.

De suprema autem Adami & Noë in Ecclesia potestate nemo sanus dubitat. Quod Seth eandem habuerit ex scriptura in hoc libro [a] probamus. De Iared postea [b] videbimus.

Secundum, quod prorsus notandum arbitramur, est, sanctum Ioseph B. Virginis Deiparæ spõsum inter Dei filios seriatim fabram numerari à S. Luca: ob id forsitan, quod non qualiscũque extiterit: sed ex iis qui ex munere templo deseruiebant, & ex ordine Nathinæorum erant. Quales fuisse videntur illi Fabri lignarij de quibus non semel in Scriptura [c]. Quo solo sensu S. Damascenus [d] dicere potuit Heli qui apud Lucam ante Ioseph ponitur; ex tribu Nathan fuisse oriundum. Vnde congruum valde redditur ac decentissimum S. Ioseph cum B. Maria matrimonium: nempe ministri templi cum vna ex virginibus, quæ in templo seruabantur [e]. Nisi dicamus spiritualem Christi apud Lucam genealogiam non à Ioseph, sed ab Heli seu Helia, incipere, in hoc sensu, Iesus putabatur filius Ioseph secundùm carnem, & filius Heliæ secundùm spiritum, id est, discipulus qui Heliæ fuit filius, hoc est discipulus Matthat; Matthat, Leui; Leui, Melchi, &c.

S. Ioseph vir B. Virginis Faber fuit templi.

a cap. 4.
b cap. 17.
c 4. Reg. 12. 11 & 22. 6. 1. Paral. 9. 16.
d De fide orthod. lib. 4. c 15.
e 2. Macha. 3. 19.

Digitized by Google

36 Bis

JOSEPH.
Iacob.
Nathan.
Eleasar.
Eliud.
Achim.
Sadoc.

Genealogia Christi, ut homo est, deducta ab Abraham. Matth. cap. 1.

Genealogia, vel potiùs series filiorum Dei deducta ab Adam usque ad Christum filium Dei naturalem. Luc, cap. 3.

JOSEPH.
Heli.
Matthat.
Leui.
Melchi.
Ianne.
Ioseph.
Matthatias.
Amos.
Naham.
Hesli.
Nagge.
Matthath.
Matthatias.
Semei.

Azor. Eliacim. Abiud. ZOROBABEL. Resa. Iohana. Iuda. Ioseph.

Amon. Iosias. Iechonias. SALATIEL. Neri. Melchi. Addi. Casan.

Manasses.
Ezechias.

In huius arboris stipite, seu trunco Matthæus & Lucas omninò conueniunt: sicut paulò post in Salatiele, & Zorobabele iterum coincident.

Elmadan.
Her.
Iesu.
Elieser.
Iorim.

Digitized by Google

CAPVT VI.

Quod prophetæ prioribus sæculis filiorum Dei nomine vocati sunt.



NOMEN filiorum Dei primò datum beatis illis spiritibus qui dicuntur Angeli omnes
B ferè agnoſcunt ex illis Dei apud Iobum [a] verbis: *Cùm me laudarent astra matutina & iubilarent omnes filij Dei.* Vbi Chaldæus habet, *& iubilant omnes turmæ Angelorum.* Atque confirmari videtur ex eo quod in Daniele [b] legimus: *Species quarti similis filio Dei*, id eſt, Angelo. Nam velut exponendo ſubdit Rex Nabuchodonoſor: *Benedictus Deus eorum, qui misit Angelum ſuum, & eruit ſeruos ſuos.* Et certè peculiari quadam ratione Angelis potiùs quàm hominibus nomen filiorum Dei conuenit. Primò, quia illi priùs adoptionem filiorum receperunt:
C ſecundò, quoniam in rèrum gerendarum alacritate & obedientia, exequendiſque iuſſis, ſunt ſimillimi filiis: tertiò ſunt optimè affecti erga res humanas, in quo Deo apprimè aſſimilantur: ideo nos illis à Deo Patre noſtro cuſtodiendi & regendi tradimur, tanquam pueri fratribus grandioribus.

a cap. 38. 7. *Angeli dicuntur filij Dei.*

b cap. 3. 92.

Ex hac veritate ferè omnes expoſitores (quibus ego antea [c] adhæſeram) anſam acceperunt exponendi etiam de Angelis quod in Iobo [d] legitur: *Quadam die cùm venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino*, &c. cùm reuera de congregatione prophetarum debeat intelligi. Sed ex eodem fonte longè craſ-
D ſiores, imò horribiles & abſurdiſſimæ ortum habuerunt expoſitiones horum verborum, *Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant* [e]. Quidam enim tenent fuiſſe Angelos, & Angelos eſſe corporeos, qui tunc primùm ſuum cum filiabus hominum luxuriæ peccatum admiſerunt, propter quod cœlo deiecti fuerunt. Iſta eſt Ioſephi [f], Philonis [g], Iuſtini [h], S. Clementis [i], & Tertulliani [l]:

c In prima edit. noſtrorũ commentariorum in Iob.
d cap 1. 6.

e Gen. 6. 4. *Prima ſententia.* *De filiis Dei varia & abſurda ſententia.*

f lib. 1 ant. c. 4. g lib. de Gigantib. h Apolog. 1. i lib. 3. Stromat. l lib. de habitu mulierũ.

Digitized by Google

qui docet Dæmones tunc primùm docuisse mulieres conficere stibium, brachialia, aliósque fucos. Item Lactantius[a], sed & Caietanus probabile censet Angelos sua habere corpora. A

a lib. 1. c. 15.

Secunda sententia.

Alij dicunt, filios Dei fuisse Dæmones, qui secundùm naturam, & per creationem filij Dei ex se suaque natura & corpore generarint instar hominum, vt voluerunt Platonici, & Franciscus Georgius[b]: vel potiùs vt Burgensis & Franciscus Valesius[c], esse Dæmones, qui incubi cum validissimis mulieribus coëuntes gigantes genuerunt. Sed iam meritò vt multipliciter erronea exploditur ista sententia, quæ tamen exponetur postea[d]. B

b Tom. 1. proble 74.
c Sacr. philosop. c. 8.
d cap. 19.

Tertia sententia.

Tertia opinio de hominibus intelligit, vt filij Dei sint filij potentum, vt vertit Symmachus, Chaldæus & Pagninus. Ita vt filiæ hominum vocentur plebeiæ, quibus proceres & magnates per potentiam & tyrannidem sint abusi. At nec ista vera est interpretatio.

Quarta sententia.

Quarta sententia est, vt filij Seth hoc nomine appellati sint. Primò ob sanctitatem, iustitiam, temperantiam, aliasque virtutes, per quas Dei imago in eis, quasi in filiis suis resplendebat: quemadmodum exponunt Chrysostomus, Cyrillus, Theodoretus, Rupertus, & Hilarius in psal. 32. secundò, vt, iuxta phrasim Hebræam, qua insignia & eximia in suo genere *Dei* esse dicuntur; vt *montes Dei*, *cedri Dei*, *homo Dei*, id est, altissimi & insignes in suo genere: sic *filij Dei* appellati sint filij Seth, quia robusti, nec non viribus, forma, pulchritudine & statura erant insignes. E contrario filij & filiæ Caini vocati sint filij & filiæ hominum, tum quia erant peruersi & terræ affixi: tum quia corporis robur, formam & staturam eneruarant. Vnde Pererius pro comperto tenens, filias hominum esse filias Cainitarum, notat de istis, dici, non filios, sed filias generasse, eo quod vis generandi per profusam libidinem debilitata non filios, sed ferè tantùm filias generare potuerit. Tertiò, addit Theodoretus & Suidas, Seth à pietate & sapientia Deum appellatum fuisse: hinc eius filios vocatos *filios Dei*. Quod certè ex Scriptura confirmari posse videtur: siquidem cùm Balaam[e] multa de Christo prædicens, inter alia de filiis Dei loquitur, id est, de Prophetis, quos huc & illuc dispersos filius Dei naturalis factus C D

Filij Seth vocati filij Dei, & cur.

e Num. 24. 17.

Digitized by Google

homo, per mortem suam in vnum congregare debebat [a], vocat eos *filios Seth*. *Vastabitque* (iuxta Heb. *& disparietabit*) *omnes filios Seth*, id est, filios Dei, qui in plures classes, quasi tot parietibus distincti erant, in vnum congregabit. Sed de his postea [b].

a Ioan. 11. 53.

b cap. 15.

Præterea Cyrillus Alexandrinus [c] tenet, Dei nomen etiam Enosci filio Seth datum fuisse. Verba illius sunt: *Hic Enos cœpit inuocare nomen Domini Dei: nam quoniam summa virtute præditus erat, meritò laudabatur, & vocabulo Dei ab iis qui tunc erant honoratus est: nominatus est enim Deus omnis iustitiæ & virtutis existens studiosus. Propagatum autem est & ab illo genus vsque ad Noë tempora, qui erat iustus; placuit enim Deo, secundùm quod scriptum est de illo. Igitur genus quod ex Cain paternos mores imitatur, nefariam & abominabilem imitando vitam: qui verò ex Enos nati, cui nomen erat Dei, vsque ad Noë tempora genitoris secuti sunt vestigia, boni, scilicet, & iusti. Et cur non tales clarescerent? neque enim erant promiscua genera; & separabantur à profanis pueri, quos & filios vocabant Dei. Erant enim, vt dixi, ex sanguine Enos, qui cognominabatur Deus.* hæc Cyrillus. Idem quoque asserit Anastasius Nicenus [d] his verbis: *Diuinus Enos, qui à Seth genitus sperauit, vt inquit Scriptura inuocare nomen Domini, hoc dici Deus apud alterum. Quoniam enim erat omni virtute ornatus ipsum Deum nominabant quidam, vtique ex probis summo honore eum coronare statuentes, admirantes enim, vt dixi, iustitiæ quæ in eo erat magnitudinem, Deum protinus eum nominabant, viri virtuti existimantes maximè conuenire cognomen.* Quibus non parum suffragatur dictum Christi, *illos vocatos Deos, ad quos sermo Dei factus est* [e], nempe *Prophetas, qui à sæculo sunt* [f]: De istis enim eorumque discipulis loqui videtur. De quibus etiam est illud Psalmistæ [g], *Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.* Alia si libet, ex margine [h] colligas exempla. Et Elias Cretensis [i] declarat sic appellatos homines, qui non humano more ambularunt. Ad quod etiam spectare videtur quod magi & arioli responderunt Regi Nabuchodonosori: *Sermo quem tu quæris, ô Rex, grauis est, nec reperietur quisquam, qui indicet illum in conspectu Regis, exceptis Diis, quorum non est cum hominibus conuersatio* [l]. Quod autem isti magi de huiusmodi à mundo semotis viris, non de Diis suis seu idolis loqui intendant, patet ex eo

c Cōtra Iulian. lib. 9. *Seth & Enos filius eius olim Dij vocati sunt.*

d in quæst. in Scripturam q. 25.

e Ioan. 10. 35.

f Luc. 1. 70. Act. 3. 21.

g Psal 81. & 6.

h Psal. 49. 1. 134. 5. 135. 1. Dan. 2. 47. & 11. 36.

i in Orat. 5.

l Dan. 2. 11.

Digitized by Google

 A

a lib. 3. de vita Apollonij.

quod scribit Philostratus [a] Brachmanorum principem, qui dicebatur Iarchas, Apollonium interrogasse, *Quid*, inquit, *de nobis sentis, & quid supra nos te scire arbitraris?* & paulò post: *Interroga quemcumque vis, ad viros enim accessisti, qui omnia sciunt.* Interrogante verò Apollonio, qualem de seipsis Brachmani æstimationem haberent? respondit Iarchas, *opinari se Deos esse.* Percunctanti, quam ob causam? *Quoniam*, inquit, *boni viri sumus.* Similiter Aul. Gellius scribit, præstantissimos virtute, prudentia, viribus, appellatos *Iouis filios.* Sic apud Diod. Siculum legimus Galatas vsos fuisse Philosophis tanquam Deo proximioribus ad imperandum, & apud Clementem Alex. [b] *Barbaros eximiè semper honorasse legumlatores & præceptores, eos Deos appellantes*: per *barbaros* alias à Græcis nationes intelligendo. Cuius status, sublimitas & excellentia (quo in hac vita dignior dari posse non videtur) istis impiorum in extremo Iudicio de felicissima sorte iustorum verbis iudicatur: *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* Nempe, quorum in Ecclesia dignitas & ordo cæteros longè superat. B

b lib. 1. strom.

Cùm igitur Seth & Enos filius eius in hoc sensu Dij sint appellati, congrua sanè est illorum sententia, qui *filios Dei* eos interpretantur, qui ab istis duobus viris oriundi erant. Melior tamen adhuc illa apud me est, quæ tenet filios Seth ita vocatos propter iustitiam & admirabilem sanctitatem; per quam imago Dei in illis, velut in eius filiis relucebat. Iuxta filij Dei naturalis in Euangelio [c] doctrinam, qua monet nos dilectionis & charitatis perfectionem acquirere, *vt simus filij Dei.* C

c Matth. 5. 45.

In hoc tamen ista quarta sententia videtur deficere, cùm solos illos filios Dei nuncupatos esse putat, qui ab istis duobus viris carnali propagatione descendebant. Multos enim ex illis oriundos impios, nefarios, sceleratos, tamque honorabili nomine indignissimos extitisse non dubitauerim: imò de eorum numero de quibus dicitur *omnis caro corruperat viam suam* [d]: quique Deum ita ad iracundiam prouocauerunt, vt *homines disperderet cum terra.* Propterea, nos illos duntaxat filios Dei olim nuncupatos fuisse censemus, qui sæcularium vanitatum, & mundanorum hominum inimici alienam prorsus ab eis vitam ducentes, singularem & omnibus admirabilem vitæ sanctimo- D

d Gen. 6. 13.

Quinam filiorum Dei nomine vere intelligātur.


Digitized by Google

A sanctimoniam profitebantur, siue à sanctissimo Seth, siue etiam ab impiissimo Cain carnalem ducerent originem. *In veritate comperi*, ait Petrus [a], *quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi.* Profectò, ex tunc per fidem in Christum venturum illa filiorum Dei adoptio initium habuisse videtur, de qua toties Paulus agit in Epistolis, & maximè cùm ait: *Non enim omnes qui ex Israël sunt, ij sunt Israëlitæ: neque qui semen sunt Abrahæ omnes filij*, &c. id est, *non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine.* Quæ verba de Patriarcha Seth
B eiusque patre Adam, cui prima de Christo promissio facta est optimè vsurpari possunt: Non enim omnes qui ex Seth sunt, aut qui filij carnis, hi filij Dei sunt: sed qui filij Dei sunt secundùm pium Sethi spiritum. Quod amplius declarabitur in sequentibus.

a Act. 10. 34.

CAPVT VII.

C *Quando, & vnde filij Dei ortum habuerunt.*



MPIVS Cain post commissum fratricidium, cùm esset *vagus, & profugus super terram* [b], magis mente & animo quàm corpore talis fuisse videtur. Etenim de vagatione corporis eius dicitur, quod *egressus à facie Domini habitauit profugus in terra ad Orientalem plagam Eden, & ibi ædificauit ciuitatem, quam vocauit nomine filij sui Enoch* [c]. Quibus verbis non ita corpore vagus describitur: quin aliquando in
D illa ciuitate fixam habuerit habitationem: sed ad eius spiritualem corporali longè peiorem diuagationem, atque à Deo elongationem pertinet, quod de eo scriptũ est, recessisse à sapientia, id est, à vero Dei cultu. Postquam enim Sapiens [d] de patre eius Adam ita loquutus est: *Hæc* (sapientia, seu verus Dei cultus, cognitio & religio) *illum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cùm solus esset creatus, custodiuit. Et eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia:* statim decla-

b Gen. 4. 12 *Cain quo sensu dicatur vagus & profugus super terrã.*

c ibid. vers. 16.

d Sap. 10. 1. 2. & 3.

rat quo pacto Cain à paterna pietate virtutiſque ſtudio deuiauerit, maximè poſt occiſum fratrem Abel, & à vera religione apoſtatárit. *Ab hac* (ſapientia) *vt receßit iniuſtus in ira ſua* (Græcè ἀποστὰς δὲ ἀπ' αὐτῆς ἄδικος) *per iram homicidij fraterni deperiit.*

Ex prioribus autem verbis non obſcurè colligitur, Adam primum omnium patrem non ſolùm à diuina ſapientia *eductum fuiſſe à delicto ſuo*: ſed etiam, eo quod ſolus eſſet in innocentia creatus, cuſtoditum, id eſt, præſeruatum, ne poſt pœnitentiam deinceps in æternum periret. Sic enim textus ad ſenſum B conſtrui poſſe videtur: alioquin gloriaretur Diabolus aduerſus Deum quod adhuc inuictus cum primis ſpoliis ſuis remaneret. Quod autem additur, *Dedit illi virtutem continendi omnia*, iuxta vim verbi κρατῆσαι, quod eſt *dominari*, de dominio ſuper omnes homines, totamque Dei Eccleſiam videtur intelligendum, in eodem ſenſu, quo de filio eius Seth dictum putamus, *Sed apud homines gloriam adeptus eſt, & ſuper omnem animam in originem Adam* [a]. Aſt vtique inter illa omnia, quibus dominatus eſt poſt pœnitentiam de peccato, reponendam præſertim exiſtimo illam ex prioribus eius filiis & filiabus conſtantem familiam, maximè poſt Caini fratricidæ ab illa diſceſſum. Dum non C ſuum duntaxat tanti momenti, ſed etiam filij ſui primogeniti delictum ſerio conſiderans, ſe ſuoſque deinceps ab omni iniquitate continere ſtatuit. Arbitror igitur tum ex antea [b] de eo dictis, tum ex nuper laudatis libri Sapientiæ verbis colligi poſſe primũ hominem poſt peccatum, ſanctam, iuxta diuinæ ſapientiæ leges, duxiſſe vitam. Imò ex aliis locis, poſtquam multiplicati ſunt homines, cum quibuſdam ſuæ familiæ piam & à mundo ſemotam egiſſe facilè colligi poteſt. Primo, cùm dicitur: *Cain egreſſus foras* [c], & non niſi in agro fratrem Abelem occidiſſe, niſi ſumatur ſicut antea expoſitum eſt capite ſecundo. II. Quod ipſe Cain, licet impius, ſed primogenitus, & ſa- D cerdos, atque in iis quæ erant ad Deum optimè à patre educatus & inſtructus pro maximo exiſtimauit exitio, à ſacerdotio expelli à Deo, coram quo ſolebat miniſtrare. Et hoc eſt (credo) quod querebundus dixit Domino: *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar* [d]. id eſt, me miſerum! non ampliùs ſacerdotio fungar in conſpectu tuo. Quem ſenſum dum poſtea comperi acceptatum fuiſſe à doctiſſimis viris Saliano &

a Eccli. 49. 19.

b cap 1. & 2. *Adam poſt pactum ſanctam & ſolitariam vitam egit.*

c Gen. 4. 8.

d Gen 4. 14.

Digitized by Google

A Torneillo, gauisus sum. Vidi etiam postea Genebrardum[a] non admodum discrepantem, dum exponit de loco vbi erat cœtus piorum, quem Deus solet respicere & fauore prosequi. Ratio autem mea erat: quia non ignoraret Cain, quod postea Dauid dilucidiùs ait: *Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sumpsero pennas meas diluculo & habitauero*, &c.[b] Sed optimè nouerat, quod à Deo maledictus ministrare ei ampliùs non poterat. Nisi fortasse tunc suam fabricatus sit hæresin, de qua nos postea[c]. III. Pietas & vitæ tranquillitas in Adæ familia post B discessum Caini elucet in hoc, quod cùm Abel (qui in suis sacrificiis gratus fuerat Deo) mortuus esset, Eua, quem primum post Abelem habuit filium appellauit Seth, dicens: *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain*[d]: nempe, filium Seth iam inde loco Abelis instituens, constituens, & destinans in iis, quæ erant ad Deum. Et hoc velle videtur Chrysostomus[e]. *Seth verò*, inquit, *quod sibi natura negatum erat, id mentis dexteritate consequitur, nempe, in se translatum primogenituræ ius.* Et certè, huius sanctæ mulieris pietas apparet bifariam. Primò quidem in hoc, quod ex tanto filiorum numero quos ab Abe- C lis ortu vsque ad Sethi ortum, id est, spatio plusquam 125. annorum pepererat, quorum multi erant grandæui, iamque multorum filiorum patres & aui, nullum legimus ex eis ab ipsa electum in sacerdotem, qui sancto Abeli succederet; sed hunc Sethum adhuc infantem: satis apertè indicans, se hoc non nisi ex diuina reuelatione facere. Secundò, tam in hac Sethi, quàm in Caini nominis impositione iuxta sibi nuper datam à Deo naturæ legem, ex intima cordis deuotione reddit Deo, tanquam omnium bonorum largitori quæ sua sunt. Vnde Chrysost.[f] tractans ista eius verba, *Possedi hominem per Deum*[g], *Vide*, D inquit, *quomodo poena inflicta mulierem emendauerit, melioremque reddiderit. Nam puerum natum non naturæ, sed Deo acceptum refert, suamque gratitudinem declarat.* IV. Ex hoc quod iste Seth, iuxta matris dictum votum & prophetiam, sicut sacerdotij fratris Abel, ita pietatis hæres, sanctissiméque viuens filium habuit Enos, quem pietatem tam benè docuit, vt primus sit, de quo scripsit Moyses, *cœpisse inuocare nomen Domini*[h]: id est, (ferè omnium suffragiis) publicum instituit Deum colendi ritum. de

a in Chronolog.
b Psal. 138. 7.
c Cap. seq.
d Gen. 4. 26
e Hom. 20.
f Hom. 18. in Genes.
g Gen. 4. 17.
h Gen. 4. 26

Digitized by Google

a cap. 11. & 12.

quo ampliùs in sequentibus [a]. V. Prisca illa ab Adam, præsertim dum vixit, pietas in eius familia colligitur ex mysticis ab illo per Seth & Enos descendentium nominibus. Exempli gratia, Malaleel, *laudans Deum*: Iared, *descendens*, quasi diceres humilians se vel *etiam roborans*, quasi ad hoc natus vt Ecclesiam afflictam aduersus impios filios hominum sua sapientia ac virtute roboraret. Henoch, *dicatus*, quasi religiosus fuerit: vel *inclinans*, quasi prostratus (more tunc vsitato vt iam vidimus [b]) Deum adorans: Lamech, *humiliatus*, eandem ob causam. A

b cap. 3.

Istorum igitur sanctissimus viuendi modus & institutum, quo viri isti à mundo semoti cum Deo familiariter conuersantes toti eius se mancipabant ministerio; tunc vocabant *ambulare cum Deo*: vt ex tribus constat locis libri Genesis. Quorum primus est: *Ambulauit Henoch cum Deo postquam genuit Mathusalam* [c]: sic enim legimus iuxta Hebr. Secundus est cùm dicitur quod Noë *Vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit* [d]. Vbi iuxta prototypum habetur *iustus perfecti*, quasi diceres; omnium perfectorum æquus moderator & rector, vt ampliùs in nostris supra Iobi librum commentariis [e] ostendimus. Tertius locus est, cùm Abraham, priusquam benedictionem in semine & circumcisionis mandatum recipiat, præcipitur ei à Deo, vt *cum Deo ambulet*, & vt *sit perfectus* (id est, ex numero perfectorum) *& ponat fœdus suum inter se & illum* [f]. B C

Ambulare cum Deo est eius seruitio mancipari.

c Gen. 5. 22.

d Gen. 6. 9.

e in c. 12. 4.

f Genes. 17. c. 2.

Quibus verbis Deus manifestè indicat, nolle tantum fœdus cum illo percutere, nisi priùs perfectorum, filiorumque Dei, voto emisso, profiteatur institutum. In cuius professionis signum statim *cecidit Abraham pronus in faciem* (nempe more filiorum Dei adorando) deinde Deus mutat ei nomen, quemadmodum Christus postea fecit Petro, vocans eum ad Apostolatum [g]: & tandem promissiones effert, pactumque ferit. Et ista cum Deo ambulatio, eumque colendi modus *via Dei* videtur nuncupari cùm dicitur: *Cúmque vidisset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suam) dixit ad Noë, &c.* [h] Istorum namque verborum talem esse sensum existimo: quod homines terrenis ac carnalibus addicti deliciis omnem pietatem extinxerant, verumque Dei cultum ac religionem corruperant. Ita vt pronomen *suam*, non ad carnem, sed ad *Deum* D

Exigit Deus ab Abrahã, vt fiat ex numero perfectorũ priusquam cum illo paciscatur.

g Ioan. 1 14.

h Gen. 6. 11.

Per viã Dei corruptam quid significetur in Genesi 6.

Digitized by Google

A referri, & generaliter de diuini cultus, non de naturalis vsus coëundi corruptione specialiter debeat intelligi, vt etiam exponit S. Ambrosius[a].

Ista verè est *Dei via* à mundo, mundanisque penitus aliena, qua cum Domino iugiter ingrediendo & egrediendo familiariter conuersantur domestici, & filij eius charissimi: quos S. Cyrillus[b] vocat *sanctissimum genus solum per se viuens, nullo se vitio commiscens, quod piæ in Christo religionis pulchritudo sincerissima, quæ inter eos resplendebat, dignum laude planè reddebat.* Hanc autem piissimam & sanctissimam viam Dei planè corrupit, atque multiplici vitiorum & hæreseωn sorde fœdauit *via Cain*: id est, Caini & sectatorum eius institutum diuino cultui ex diametro oppositum. De quo sic Apostolus Iudas[c], prout ex antiquissimi Prophetæ Enochi (quem, honoris causa, vocat septimum ab Adam, nempe, vnum ex primis illis à mundi primordio *præconibus Iustitiæ*, id est, legis naturæ prædicatoribus) libro se indicat accepisse. *Væ illis qui in via Cain abierunt.* Vt autem sciremus errores & hæreses, quas ista via continebat, & docebat, addit: *Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes, sine timore semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris despumantes suas confusiones, sidera errantia; quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Prophetauit autem & de his septimus ab Adam, Enoch, dicens: Ecce veniet Dominus in sanctis militibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum.*

In quibus S. Iudæ verbis tria potissimùm sunt consideranda; quibus Caini viæ, sectæ, ac disciplinæ notantur errores præcipui, qui viæ Dei opponebantur, illamque corrumpebant. Cùm enim Cainitas vocat *nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, & sidera errantia*, inquietum illorum animum ad vanitates effusum, & filiorum Dei solitudinis inimicum indicat, ad instar Caini eorum magistri & coryphæi, quem paulò ante mente magis quàm corpore vagum, profugum, & inconstantem fuisse ostendimus. Quid si aliquot sæculis post diluuium huius sectæ renouatores ad idololatriam vsque prolapsi sint ipsum Cain pro Deo adorantes in illo idolo quod apud Ezechielem[d] Hebraicè vocatur הַקִּנְאָה *Kinas* quod Latinus transfert

a lib. 5. de Noë & arca cap. 5.

b Lib 3. in Genes.

c in Epist. v. 11. 14. 15.

Via Cain via Dei opposita quid importet.

Nubes sine aqua & sidera erratia quid significant apud S. Iudam.

d cap. 8. 3. 6.

a lib de hæres. hæres. 18.

Idolum zeli? Certè S. Augustinus [a], ait Cainos hæreticos sic fuisse appellatos, quoniam Cain adorabant, dicentes eum fuisse fortissimæ virtutis. A

Cainitæ cur vocentur arbores bis mortuæ.

Secundò, cùm vocantur *arbores bis mortuæ*, non obscurè indicatur, illos semel & iterum planè fuisse confusos: hoc est doctrinam illorum & sectam extinctam, destructam, extirpatámque fuisse prioribus mundi temporibus. Prima quidem vice, vt postea [b] videbimus à filio Enos dicto Cainan: cuius asseclæ ab eius nomine Cinæi sunt appellati; qui ad hoc præsertim à Deo missi dicuntur vel suscitati, vt hanc sectam delerent: quemadmodum ista ad illos à Balaam directa verba demonstrant iuxta Hebræum, *Cinæe robustum est habitaculum tuum, & pone* (al. posuisti) *in petra nidum tuum. Quinimo fuisti, ad depascendum Cain, donec Assur captiuet te* [c]. Ab illis ergo Cinæis Cainitarum via, seu secta, si non penitus, saltem pro maiori parte deleta, & tanquam arbor mala eradicata primò fuisse videtur: secunda autem vice penitus à Deo euulsa est per totius mundi cataclysma, vt mox apparebit. Nisi dicamus S. Iudam prius Angelorum exitium diluuio factum intellexisse cum dixit, *Væ illis qui in via Cain abierunt:* alterum verò, quando in Core, Datan & asseclis absorpti sunt de quibus addit, *væ illis, qui in contradictione Core perierunt.* De istis enim priùs dixerat: *Iesus populum de terra Ægypti saluans, secundò* (en secundum exitium) *eos qui non crediderunt perdidit.* B C

b cap. 14 & 15.

Cinæi in ruinam Cainitarum à Deo missi.

c Num. 24. 21.

Tertium in epistola S. Iudæ notandum, quod Enoch prophetasse, hoc est palam annuntiasse & more prophetarum prædicasse dicitur, illud est: *Ecce veniet Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios,* &c. Hac enim de extremo iudicio prædicatione Enoch Cinæus Cainaníque discipulus iuxta suæ professionis institutum profligare tentabat, ac radicitus euellere vnum ex præcipuis Cainitarum dogmatibus, quo à Cain magistro edocti vltimum iudicium vnquam fore negabant. Vnde S. Irenæus [d] vocat Enoch *testem iusti iudicij Dei. Translatus est*, inquit, *& conseruatur vsque nunc, testis iusti iudicij Dei.* Nimirum congruum est, vt qui ante diluuium sua prædicatione iustum Dei Iudicium futurum propugnauerat aduersus Cainitas: in fine sæculi proximum iudicis aduentum peccatoribus annuntiet. Quod au- D

Henoch fuit ex ordine Cinæorum.

d lib. 4. c. 30.

Digitized by Google

A tem talis hæresis Caini fuerit, quam posterioribus etiam à Christo temporibus Gnostici, Borboriani, Manichæi & alij sectati sunt, patet ex eo quod Paraphrastes Chaldaicus Ierosolymitanus [a] de causa dissentionis inter Abel & Cain scribit his verbis: *Cùm egressi essent ambo in agrum, respondit Cain: Non est iudicium nec iudex, nec sæculum aliud, nec merces bona pro iustis, nec pœna pro impiis: nec Dei misericordia creatus est mundus: nec Dei misericordiâ regitur mundus, eo quod suscepta est oblatio tua cum beneplacito. Respondit Abel, & dixit ad Cain: Est iudicium, est iudex atque sæculum aliud, merces etiam bona pro iustis, & pœna pro impiis: misericordia quoque Dei conditus est mundus, atque misericordia illius gubernatur. Quia enim maiora fuerunt opera mea tuis, suscepta est oblatio mea cum beneplacito.* Ad quam peruetustam hæresim allusisse videtur S. Iob, cùm longam ac prolixam cum tribus amicis disputationem, quasi causæ suæ iudicium ad supremum iudicem reuocans, terminat his verbis: *Fugite ergo à facie gladij, quia vltor iniquitatum gladius est: & scitote esse iudicium* [b].

a in cap 4. Genes.

Abelis & Caini iurgium quale fuerit.

b Iob 19. vlt.

B

Igitur paulò post Abelis primi veræ fidei, cultusque Dei propugnatoris mortem, natus est Seth: de quo recens nato, quasi ad Dei post Abel causam protegendam misso mater eius Eua Deo gratias agens protulit: *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain* [c]. A quo Seth perfecti fideles & viam Dei sub sancta eius disciplina sequentes dicti sunt *filij Seth* [d]: & propter eximiam illius sanctitatem, iustitiam & puritatem, ipse, Deus, ipsius autem sectatores & discipuli, *filij Dei* nuncupari cœperunt: quemadmodum in præcedenti capite diximus. Ex quibus patet, quando, & vnde filij Dei ortum habuerunt. Interim moritur primus homo primusq; supremus Ecclesiæ moderator ac Pontifex, qui tot annis in illa stetit auctoritate, quot fluxerunt à sua in perfecta ætate creatione, triginta videlicet supra nongentos anni. Cui successit sanctissimus filius eius Seth natus annos 800. Nunc autem ordo rerum exigit, vt aliquid de filiis hominum dicamus.

C

c Gen. 4. 25.

d Num. 24. 17.

D

Digitized by Google

 A

CAPVT VIII.

De filiis & filiabus hominum, de quibus agitur Genes. 6.



VINAM isti fuerint, & cur tale nomen sortiti sint deducendum est ex illis verbis[a]: *Cum cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent, videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Deus: non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt; isti sunt potentes à sæculo viri famosi.* At vtique iuuat multa ex huiusce loci textu originali detegere mysteria, & in primis ea, quæ ad rem præsentem conferunt. Hebræa autem talem à nobis versionem exigunt. *Et fuit cùm cœpit homo ad multiplicandum super facies terræ & filiæ natæ sunt eis. Et viderunt filij Dei filias hominum, quòd pulchræ, & acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerunt. Dixitque Dominus, non erit vt in vagina spiritus meus cum homine ad sæculum, ipse caro. Cadentes fuerunt in terra in diebus ipsis. Et etiam postea quam ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, & genuerunt eis. Isti sunt illi strenui qui à sæculo, Enoscæi nomine.* Cur autem talem demus translationem, patebit in sequentibus[b].

Nunc perspicio eosdem homines, qui carnalibus planè sunt addicti voluptatibus tribus synonymis vocari nominibus, *carnis, filiorum hominum, & hominum ad sæculum*, vel sæculo, supple deditorum. Itaque, quamadmodum phrasi Hebræa *filij Orientis* illi dicuntur, quos Latinè Orientales dicimus, & *filij Assyriorum*, pro Assyriis: ita *filij hominum* dicuntur illi qui nihil aliud quàm humana sapientes, *humani* ritè possunt appellari: qui verò nuncupantur *homines ad sæculum*, illi sunt, qui sæcularia, & quæ huius mũdi sunt, toto sectantes affectu, præsentis duntaxat bona vitæ cognoscunt. Hi sunt *filij hominum graui corde*,

a Gen. 6. 1. 2

b cap. 13. & 14.

Cainitæ vocabãtur caro, filij hominum, & homines ad sæculum.

Digitized by Google

corde, diligentes vanitatem, quærentes mendacium ac dicentes in cordibus suis: Quis ostendit nobis bona? [a] Quorum princeps & coryphæus Cain nuper fratri suo Abeli dicebat: *Non est iudicium, nec iudex, nec sæculum aliud, nec merces bona pro iustis, nec pœna pro impiis*, &c. a Psal. 4. 3. 4.

Qui autem per antonomasiam *caro* vocantur, illi similiter Cainitæ erant, quos S. Iudas nominat *despumantes confusiones suas. Qui* igitur *in viam Cain abibant*, seu ambulabant, hoc est, doctrinam eius sectabantur, *caro* erant, id est, enormiter & sine modo carnales ac luxuriosi: erant *filij hominum*, id est, humani, sapientiam illam duntaxat profitentes, quæ intra rationis & modicæ hominis capacitatis continentur limites: erant *homines ad sæculum*, vel sæculo, vel sæculi, id est, corde mundani & sæculares. Isti à sanctissimi Iobi amico & viro propheta doctissimo Eliphaze suis depinguntur coloribus, cùm Iobo improperat, quasi vnus esset ex illis, qui olim *viam sæculi* sectantes dicebant: *Quid nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli ambulat. Nunquid semitam sæculorum* (al. *viam sæculi*) *custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui?* [b] Vbi latè ostendimus illam *viam sæculi, quam calcauerunt viri iniqui* (Heb. *Quoscim iniquitatis*) esse sectam Cainitarum. Et satis ex se patet, si conferamus verba Caini ad fratrem Abel paulò ante citata, nec non illa quæ Iudas Apostolus [c] habet ex libro Enoch, (vnde etiam Eliphaz haurire potuit) *de iis qui in viam Cain abierunt*, cum istis verbis Eliphazis. b Iob. 22. 12. 14. 15. & 16. *Via Cain apud S. Iudam quid sit.* c Epist. ver. 11. 14. & 15.

Itaque *via sæculi*, id est, mundanorum hominum secta, est via Cain & sectatorum eius, qui dicuntur *homines ad sæculum*. Iidemque filij hominum dicebantur, quia humanam & *terrenam sapientiam, animalem, & diabolicam, ex qua zelus & contentio, inconstantia & omne opus prauum*, profitentes, spernebant eam *quæ de sursum est, primùm quidem publica, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordiæ & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione* [d]. Et quemadmodum illos omnes Cainitas olim fuisse putamus *filios Dei*, qui à Seth vel ab Enos & Cainam filiis eius instructi disciplinæ ac doctrinæ illorum adhærebant, etiamsi ex Cain originem carnali propagatione traherent: ita omnes, qui ambulabant & ibant in viam Cain, licèt ex Seth oriundi essent, *filij hominum* nuncupabantur. d Iac. 3. 17.

G

Digitized by Google

Diluuij immissi causa qua.

Cum quibus, tanquam cum hæreticis nullum filiis Dei licebat habere consortium: multò minus per matrimonium affinitatem contrahere. Proinde iratus est Deus, atque in tantum excanduit, vt omnes homines per diluuium delere statuerit: eo quod omnis caro, id est, omnis homo ita corruperat, Dei, veræque religionis viam: vt etiam ij, qui nomine & professione filii Dei erant, sui status obliti, & carnali affectu ducti, matrimonium cum filiabus hominum, Cainitæ sectæ mulieribus, quod facere nefas erat, contraherent.

Inde nobis lumen emicat ad dignoscendum, vnde nomen *Gigantum*, de quibus mira tam in profanis, quàm in sacris leguntur codicibus, veram ducat originem: quam vtique de proximo nobis indigitat Psaltes [a], cùm ait: *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quique terrigenæ & filij hominum*, &c. Satis iudicans *terrigenas*, & *filios hominum* esse synonima: nempe, eos, qui in primo homine de terra plasmati: nunc terræ incolæ, terram sapiunt, illosmet esse, qui ita sunt homines, vt non nisi humana sapiant, qui sunt *graui corde, diligentes vanitatem & quærentes mendacium* [b]. Iuxta quem sensum, quod in priori Psalmo per nomen *Adam*, vile quid sonans in Hebræo est בְּנֵי אָדָם *Bene Adam* Græci transtulerunt γηγενέαι, & iuxta eos Vulgatus noster, *terrigenæ*: vim nominis Adam optimè ponderans ab argillosa, limosa, rubráque terra, quam importat. Et ne quis crederet ab initio è terra homines pullulasse (qui error vnde ortum habere potuerit, vide infra [c]) ac satos nonnullos fuisse, addidit ibi Psalmista בְּנֵי אִישׁ *Bene isc*, id est, *filij viri*: vt homines ab Adam originem trahentes, se terrigenas esse cognoscerent. Docent hoc Chrysostomus, & Basilius [d]. Hinc facile deducitur vnde nomen Græcum γίγας sit deriuatum: quasi dicas, γηγενὴς *terrigena*. Quod etymon non solum placuit Philoni [e], & ab Augustino [f] indicatum est: sed etiam in libro Prouerbiorum [g] Septuaginta pro Hebræo רְפָאִים *Rephaim*, Latinè, *gigantes*, verterunt γηγενεῖς. Agnouit & Homerus [h], cum dixit:

—— *γηγενέων ἀνδρῶν ἔργα γιγάντων*

—— *virorum terrigenarum opera gigantum.*

Hinc fabulæ de gigantibus, qui terræ dicebantur filij, ab irata

a Psal. 48. 1.
Vnde nomen Gigantum ortum habuit.
b Ps. 4. 3. 4.
Terrigenæ *nomen quid importat.*
c cap. 18.
d in Ps. 48.
e lib. de gigantib.
f 15. de Ciuit. cap. 23.
g cap. 9. 18.
h in Batracho.

A Ope, seu terra editi in Deorum vltionem. Nimirum, qui à terreno Adam progeniti, בְּנֵי אָדָם Bene Adam, id est, terrigenæ quidem erant: sed præterea, propter inordinatum ad mundi vanitates, carnisque delicias affectum, & *caro*, & *homines ad sæculum* appellantur in Genesi[a]. Præterea, Origenes, Hieronymus, Augustinus, Item Nicetas Choniata[b], dum tractat præsentem locum Genesis *filios hominum* in plurali numero in deteriorem sumunt partem pro carnalibus: quod nos ex ipso textu aperte deduximus.

a cap. 6. 3.
b 4 Thesauri orthodoxæ fidei cap. 12.

B Isti ergo sunt, qui solutis fabularum inuolucris, olim Diis bellum intulerunt, ac è cœlo detrudere voluerunt. Ad quas fabulas concinnandas Poëtæ diuinæ de Babylonicæ turris[c] ædificatoribus vltionis, vel potiùs confusionis historiam vsurparunt: vt Iosephus[d] & Eusebius[e], & Alcuinas Auitus[f] obseruarunt. At consultè multi ex veteribus grauissimi, sanctissimique Patres *gigantum* nomine inusitata mole & proceritate corporis homines negant intelligi: sed solum superbos, impios, sæuos, terræque, hoc est terrenis tam mundi, quàm carnis voluptatibus affixos, hoc indicari censent vocabulo. Ex illis sunt Philo[g], Iosephus[h], Chrysostomus[i], Damascenus[l], Cyrillus C Alexandrinus[m], & ex profanis Macrobius[n], & Strabo[o]. Non nego tamen illis temporibus, atque tam ex bonis, ac studiosis, quàm ex illis sceleratæ vitæ hominibus quosdam prodigiosæ molis corporeæ extitisse: quod tamen de nullis particularibus ausim asserere, nisi ex adiunctis pateat ex scriptura, vt postea videbimus.

Fabulæ de gigantibus elucidantur.
c Gen 11.
d Antiquit. lib. 1. c. 5.
e 5. de præp. Euang c. 4.
f lib. 4. Carm de orig. mūdi.
g lib. de gigant.
h 1. Ant c 5.
i in catena Genes.
l ibidem.
m 9. contra Iulia.
n lib. 1 c 20.
o lib. 17.

Porrò, cum istis, qui ante diluuium fuerunt, gigantibus apud prophanos fabulis infectos auctores malè confunduntur Titanes; qui Noë (quem Græci Οὐρανὸν, id est, cœlum vocant, vt videbitur[p]) filij, nepotesue fuisse censentur; à quibus Ta- D nim ciuitas originem & nomen habuit. Alioquin, *Vnusquisque horum* (ait Diodorus[q]) *quædam hominibus vtilia inuenit: & pro meritis apud vniuersos mortales immortalem honorem & memoriam adeptus est*. Iuxta quem auctorem, sex illi fuerunt: nempe, Cronus, id est, Saturnus, Coëus, Iapetus, Crius, Oceanus & Hyperion. Quod si nobis cum vocabulis ludere, & in Græcis Hebræorum corruptionem suspicari licet: cùm Sem dictum fuisse Saturnum visuri simus[r]. Secundus & tertius Cham &

p lib. 2. c. 7.
q lib 5.
Titanes qui & quot fuerint.
r lib. 2. c. 19.


Digitized by Google

Iapheth facile fuerint: alij vero tres ex istis oriundi Chus, Ascenez, & Heber: à quo præcipuè Tanim vrbem constructam in Ægypto fuisse suadebimur in sequentibus [a]. Sed iam de huiusmodi in bono sensu gigantibus dicendum est.

a lib. 2. c. 7.

Capvt IX.

De præclaris & honorabilibus filiorum Dei nominibus. B



Tanta erat primis illis temporibus, præsertim dum Adam, Seth, & Enos vixerunt, fidelium virtus & sanctitas (quę etiam per sanctissimum & perfectissimũ Noë post diluuium in sua planè reuixit familia) vt in vtraque mundi ætate vsque ad multa sæcula illi fideles, & præsertim filij Dei, qui omnis virtutis institutum præ cæteris profitebantur, insignia apud omnes pro gentium & regionũ, quas primò incoluerunt, diuersitate sortirentur nomina. Exempli gratia: C à Moabitis vocabantur אמים *Emim* [b]; ab Ammonitis זַמְזֻמִים *zamzumim* [c]; à Chananæis רפאים *Rephaim* [d]: ab Hamæis זוזים *zuzim* [e]. Ham est vrbs illa, quæ alibi [f] dicta *Hammath-dor*, & aliquando *Emath*, postea dicta est Epiphania, ab Antiocho Rege; qui dum *illustris* cognomen accepit, ac ciuitati suæ tribuit, antiquissimorum & sanctissimorum virorum, qui primi illam incoluerunt dicebanturque *zuzim*, id est, illustres, voluit in se indignissime, & in vrbe sua renouare memoriam, in qua vel ipse Cainan Cineorũ pater, vel D insignis quidam alius eorum Archimandrita prioribus sæculis sedem habuit, vt videbimus [g]. Quibus quatuor nominibus ista (vt censeo) Latina respõdent, *Reuerẽdi, sapientissimi, restauratores, & illustres.* Sic autem assignatorum locorum puto textus originales esse intelligendos. Quorum primus est: *Ne angusties Moab, neque te misceas cum eis bello: quia non dabo tibi de terra eius hæreditatem, quia filiis Loth dedi Har hæreditatem. Emim an-*

b Deut. 2. 10. 11.
c ibid. v 20.
d Gen. 14. 5.
e ibid.
f Iosue 21. 32.

Epiphanes cognomen ab Antiocho acceptum antiquissimũ est.

g lib 3. c. 16.

Digitized by Google

A *tea* (nempe longè antequam Loth ibi habitaret) *habitabant in ea, populus magnus & multus, & excelsus sicut Hanakim. Rephaim reputabantur etiam ipsi sicut Hanakim, & Moabitæ vocabant eis* (datiuus fauoris & honoris) *Emim.* Alter textus Genesis est huiusmodi: *Venit Chodorlahomor, & reges qui cum eo, & percusserunt Rephaim in Asteroth Carnaim, & Zuzim in Ham, & Emim in saue Chariathaim.* Quæ verba amplius exponentur in sequenti capite.

Sed quare, inquies, ista nomina passim ab interprete nostro per nomen *gigantum* reddita conspiciuntur? Ratio apud me est; quòd cùm videret *filios Dei*, viros sanctitate conspicuos & om- [*Cur Vulgatus nomina* Nephilim, Zuzim, Rephaim, *&c. vertit* gigantes.]
B nibus admirabiles ab initio mundi vocari הגבורים *Gibborim*[a] (quæ vox nonnunquam pro portentosæ molis corporeæ hominibus posset accipi) quasi virtute & sanctitate ad miraculum vsque potentes & gigantes essent: in eodem giganteæ sanctitatis sensu omnes illas voces accepit & transtulit. Imò, eadem prorsus mente vocem נפלים *Nephilim*[b], id est, *cadentes* (quam à prosternendo se in terram priscorum primorumque fidelium, vt nunc à Christo Christianorum, commune & generale nomen fuisse diximus[c]) vertit *gigantes*, [a Gen. 6. 4.] [b ibid.] [c sup. cap 3.]
C eo quod pietate, iustitia, & bonis operibus tales essent. Quo pacto huiusmodi viri vocantur in Scriptura[d], *magni virtute*, & *diuites in virtute.* Vt vel ipsa sacra Scriptura nobis subministret affatim quod non solùm hæreticis, sed cuilibet frigido & curioso Christiano quærenti cur in templis nostris S. Christophorus Martyr sub tam proceræ ac giganteæ magnitudinis imagine describantur; respondeamus, hoc factum ob eius eximiam virtutem, insignemque animi fortitudinem, quæ sub tali symbolo graphicè repræsentatur. Quemadmodum pius & doctus Cardinalis Baronius[e] iure tenet, & sapienter admonet; ad hoc quosdam ex hymno vetusto versus ita re- [d Eccli. 44. 4. & 6.] [*Cur in Ecclesiis S. Christophorus portentosa molis corpore repræsentatur.*] [e in Martyrolog. die 25. Iulij.]
D ferens:

Elegansque statura, mente elegantior,
Visu fulgens, corde vibrans, & capillis rutilans,
Ore Christum, corde Christum Christophorus intonat.

Imò facilè crediderim Ninum Regem Babylonis Nembrodi patris sui eximias virtutes & sanctitatem cùm posteritati com-

Digitized by Google

mendare vellet, id fecisse per ingentis molis statuam sub Belis, A
id est, Domini seu tutelaris nomine: quæ rudibus populis primæ idololatriæ ansam dedit non modicã. De qua pluribus postea[a]. Vel denique interpres de solis posterioribus terræ sanctæ incolis intendit loqui, qui licet ex sanctissimis, illustrissimis, & sapientissimis Rephaim essent oriundi, non nisi γιγάντων, id est, γηγενῶν ἀνδρῶν *virorum terrigenarum*, & terrena sapientum nomen habere meruerunt.

a lib. 2. c. 13.

Sed prorsus operæpretium est vim & significatum vocis *Gibborim* declarare, vt quod diximus meliùs innotescat. De qua, vt vnius numeri est, quamque Vulgatus passim reddit *gigantem*, egimus iam in nostris super Iobum commentariis[b]. B Vbi vidimus à Theodotione transferri Dynastam: laudamus quoque Procopium Gazæum[c] abunde probantem, hoc nomen haud gigantem, id est, magnæ molis hominem significare: sed alacrem, robustum, magnanimum: & tandem deducimus, *facere aliquid vt gigantem*, nihil aliud importare legitimè, quàm magno animo, ac strenuè rem aliquam aggredi, & pro locorum exigentia eleganter, venustè, appositè, ac decenter aliquid agere.

b in cap. 16. 15.
c in cap. 3. Esaiæ v. 2.

Nomē Hebr. Gibborim *quid propriè importat.*

Proinde, sicut consultè noster Interpres in loco Genesis, C quem agitamus, illam vocem non *gigantes*, sed *potentes* transtulit: ita nos putamus per illam significari admirabilem, in exteriori præsertim homine, *filiorum Dei*, de quibus sermo est, venustatem, grauitatem, ac religiosam modestiam, quam alio magis proprio haud possum exponere quàm *strenuorum*: vel Dynastarum, vel etiam Heroüm, de quibus postea[d]. Emphasim quoque ponderando litteræ ה, quam sequitur ג Ghimel dagessatum: ac si diceretur; *Isti sunt illi Heroës, qui à sæculo, Enoscæi nomine.* Siquidem pronomen *isti* refertur ad filios Dei, de quibus immediatè prius est actum; vt postea[e] constabit apertiùs: D quos omnes giganteæ molis extitisse nemo sanus asserturus est. Sed sensus est, eos, qui filiorum Dei vitam profitebantur, ad miraculum vsque fuisse graues, ingenuos, strenuos, magnanimos, in omnibus decenter, religiosè, & grauiter incedentes: præsertim ob genuinam & maximam, quam præ se ferebant, sanctimoniam. Non alio vtique sensu, quàm quo eadem vox alibi[f] pro huiusmodi viris accipitur, vbi legimus: *cum san-*

d lib. 2. c. 13.
e cap. 13.
f 2. Reg. 12. 16.

Digitized by Google

A *cto sanctus eris, & cum robusto perfectus*, Hebraicè verò עִם גִּבּוֹר תָּמִים תִּתַּמָּם *Ghim gibbor thamim thithammam*, id est, *cum strenuo* (vel Heroë) *perfecto* (vel perfectè) *perfectus eris*. Præmissum antè fuerat, עִם חָסִיד תִּתְחַסָּד *Ghim hhasid thithhasad*, id est, *cum sancto sanctus eris*.

Vbi prorsus notandum est, in illo versiculo vnum esse nomen, quo passim & specialiter in scriptura nominātur illi, qui sanctiores inter Hebræos habebantur, & ad sanctam *filiorum Dei* sodalitatem attinebant. Illud autem est חֲסִידִים
B *Hhasidæi*, quod importat benignos, misericordes, mansuetos, beneficos, atque erga omnes pietate plenos. Nomen autem *gibbor* significat eum, qui illa omnia venustè, congruè & grauiter exercuit. Confirmatur ex eodem in Psalmis[a] repetito tmemate: *Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris*. Vbi eadem prorsus sunt originalia. Nisi quod *gibbor* est in regimine גְּבַר *Ghebar* quod à גֶּבֶר *Gheber* in statu absoluto nullatenus gigantem, sed vtique virum significat. Similiter, quis hoc nomen pro enormis molis homine sumet vbi Psaltes[b] de Christo loquens, ait: *Tunc locutus es in visione*
C *sanctis tuis* (Hebr. לַחֲסִידֶיךָ *lahhosideca*) *& dixisti, posui adiutorium in potente* (Gibbor) *& exaltaui electum de plebe mea?* Nam si verba bene considerentur, idem est *Gibbor* ac *electus de plebe*, quales erant *hhasidæi*, & etiam *Gibborim*: qui specialiter dicuntur *separati à sæculo*, id est, à sæcularibus hominibus, cùm iuxta translationem nostram dicitur de filiis Dei: *Isti sunt strenui, qui à sæculo* (supple, separati sunt, vt videbimus[c]) *Enoscæi nomine*. Itaque nomen *Gibbor* pro eodem sumi notum est, ac nomen *hhasid*, sanctus, pius; & nomen *Tham*, quod est simplex, integer & perfectus. Quod vltimūm nomen in penul-
D timo Psalmistæ loco Scholium quoddam Græcum vertit *μετὰ κεχαριτωμένου χαριτωθήσῃ*, *Cum gratioso gratiáve pleno gratiosum te reddes*. Atque idem vox *gibborim* in præsenti Genesis loco importare videtur.

Ad hoc confert quod in libro reuelationum S. Methodij (quem citant Petrus Comestor[d], Abulensis[e], Torniellus & Salianus[f]) Nembrod appellatur *vir gigas, & in multis eruditus*

Hasidæi dicebātur qui inter Iudæos sanctiores erant.

a Ps. 17. 26.

b Ps. 88. 20.

c cap. 13.

S. Methodij sententia exponitur & deffenditur.

d Hist. Eccles. c. 37. Gen. e in cap. 10. Gen. quæst. 5. f Chron. anni mundi 1756.

Digitized by Google

à Deo. Quaſi qui à Deo tanquam Propheta eruditus eſſet, gigas appellaretur, vel idem eſſet. Vnde apud Ieremiam [a], vbi de ſeipſo loquens, ait; *Ego vir videns*, &c. Syrus habet, *Ego gigas videns.* Sed placet Methodij verba referre. Cùm igitur agit de quodam Ionitho, (quem vnum ex Noë filiis fuiſſe dicit, ſed qui fuit Arphaxad) *Hic Ionithus*, inquit, *accepit à Deo donum ſapientiæ ad omnes artes: qui non ſolum literarum & aliquarum artium, verumetiam omnis Aſtrologiæ primus fuit inuentor. Ad hunc deſcendens Nembrod, qui erat vir gigas, & in multis eruditus à Deo, accepit à Ionitho conſilium, in quibus influentiis aſtrorum incipiendum eſſet ei regnare ſuper terram*, &c. Quamuis autem Salianus poſt Pererium hæc non tam Methodij ſcripta, quàm commenta Rabbinorum exiſtimet: placet tamen Tornielli mediocritas, qua ex illo auctore à ſe commemorata adeo eſſe dubia & incerta putat, vt pariter neque prorſus probari, nec improbari poſſe videantur. Præſertim, cùm illa quæ prioribus maximè capitulis ſcribit, non aliunde ſumpſiſſe videtur Methodius, quàm ex libro Enoch: cuius veritatem, ſanamque doctrinam propugnamus in ſequentibus [b]. B

a Thren. 3. 1.

Nembrod bono ſenſu gigas appellatur.

b cap. 19.

Et ego dico, ex iis quæ probanda videntur, illud eſſe; quòd ille gigas olim diceretur, qui *in multis eruditus à Deo erat:* quales erant prophetæ, quos ex filiorum Dei numero, vel ipſos fuiſſe iam vidimus, & iterum mox videbimus. Non enim in malam, ſed in bonam vtique partem poſſunt, & (vt cenſeo) debent accipi illa de Nembrod verba, *Et erat robuſtus* (Gibbor) *venator coram Domino* [c]. Vix etenim ſemel [d], & nonniſi cum adiunctis id requirentibus iſta phraſis *coram Domino* in malam partem ſumitur: ſed ſemper in bonam. Sicut de Ioanne Baptiſta legitur: *Iſte puer magnus coram Domino* [e], & alibi ſæpe. Adde quod nomen *Venator* ſicut Hebr. צַיִד *tſaid* in gloriæ ſenſu poteſt accipi. Quemadmodum ſumitur, necnon verbum eius radicale in illo Ieremiæ [f]: *Poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte & de omni colle, & de cauernis petrarum.* Sermo enim de prophetis eſſe videtur: qui diuina quadam arte & eloquentia ad inſtar piſcatorum & venatorum animas aucupantur, prudenterque ſuis illaqueant, capiuntque retibus. Quemadmodum S. Hieronymus exponit de Apoſtolis, qui dicuntur à Chriſto *piſcatores* [g]. Per *venatores* autem multi C D

Prophetæ olim gigantes vocabantur.

c Gen. 10. 9.
d Gen. 13. 13.

Robuſtus venator coram Domino in bonam partem ſumitur.

e Luc. 1. 15
f cap. 16. 16.

g Matth. 4. 19.

Digitized by Google

A multi intelligunt Ecclesiasticos prædicatores, virosque religiosos, qui bonis concionibus & exemplis venantur homines & Deo acquirunt.

Itaque verba de Nembrod in bonum multipliciter exponi possunt. Quasi esset *Gibbor*, hoc est, de numero filiorum Dei, qui vocantur *Gibborim*, multùm idoneus, & eloquentia valens ad venandum homines ad Deum, *à quo in multis eruditus est*, vt dicebat Methodius. Vel etiam hoc modo: Venustus & egregius erat venator & potẽs in sermone in ijs quæ sunt ad Deum. Præterea erat *Gibbor*, id est, Dynasta: qui cùm auram populo-

B rum egregie venari nosset; ex Dynasta factus est Rex, primusque cœpit modo regio populis imperare, sicut primus post diluuium Dynasta fuit, vt videbimus[a], vnde facilè deductũ est prouerbium: *Quasi Nembrod Dynasta venator coram Domino*. a lib. 2. c. 13.

Denique, quocumque modo intelligatur, nõ video in malam partem hanc sumi debere sententiam: neque vnquam consentire potui illis, qui ex isto tantùm loco pessima quæque meditantur, scribuntque de Nembrod, quasi inter illos prodigiosæ staturæ homines pessimus & sceleratissimus extiterit. At non sic Chrysostomus[b], cuius verba sunt: *Quidam dicunt hîc corã Do-* b Homil. 30 in Genes.

C *mino*, id est, *aduersarius Deo. Ego autem non puto scripturam hoc insinuare; sed quod robustus quis fuerit & virilis. Et quod dicit coram Domino, hoc est, ab ipso constitutus, eo quod acceperat aliquam ab illo diuinam existimationem: vel quod Deus per hunc esset in admiratione habendus quod talem produxisset, & super terram monstrasset.* Quid si quod iuxta Hebr. legi potest; *Et erat venustus esca coram Domino* significaret, illum solitum fuisse cum eximia & deuota quadã venustate carnes immolatitias corã propitiatorio super altare offerre: nam longè priùs vsum propitiatorij fuisse iam videbimus[c]. Aliquid profectò simile habent Aben Ezra & c cap 11.

D alij apud Fagium, qui hunc locum ita interpretantur: Quasi Nembrod Deum sacrificijs, quæ ex feris, quas venatu ceperat, illi parauerat, placare studuerit.

Constat igitur ex dictis, cur & in quo sensu *filij Dei*, id est, primi illi sanctitate conspicui viri ab Adam, Seth, & Enos edocti nominibus giganteam magnitudinem præ se ferentibus appellentur. Proinde boni, quæso, consulat vir doctissimus, meique pro sua bonitate amantissimus P. Salianus, si his quæ iuxta

Digitized by Google

 A

quorumdam (fateor) sententiam, plurima citat in suis Annal. Ecclesiasticis [a] ad probandum, Adam ipsum, Euam, Cain, Abel, Seth & alios ex primis Patriarchis procerissimæ corporis staturæ fuisse, minime consentiam. Locorum enim, quæ ad hoc profert, siue ex sexto capite [b] Genesis de *potentibus à sæculo viris famosis*, siue de maximo Adamo inter Enakim in Hebron sepulto [c], siue de *gigantibus nominatis illis, qui ab initio fuerũt statura magna*, de quibus loquitur Baruch [d]: longè enim alia sensa legitima eorum esse iam vidimus, quorum & alia in sequentibus explicaturi sumus. Quæ autem alia citat ex Patribus, vix aliter quàm in sensu nostro intelligi posse videntur. B Vnica, inter alias, plurimum valet apud me ratio, ad negandum primos homines tantæ corpulentiæ & proceritatis extitisse. Quia si hoc ad humani corporis elegantiam aut perfectionem contulisset, omnes homines etiam post Adæ peccatum non vno, vel quinque, vel decem, viginti aut pluribus sæculis, neque in vna solùm regione, sed vbique terrarum, & semper vsque nunc & postea cum illa procerosa mole nati fuissent. Et quemadmodum rari, paucique leguntur, qui à mundi principio vsque nunc tales in mundo prodierunt: ita rari & proinde prodigiosi fuissent nostræ quantitatis homines. At contrarium per se constat: ergo. C Præterea, diuinæ sapientiæ, quæ quod pro totius mundi decore, vel vtilitate melius est, agit, lex videbatur exigere, vt hominis anima omnium dignissima & nobilissima non ingentem mole carnis, satis ex se grauis, massam, nec è contra, formicalis, aut paulò maioris, sed planè mediocris quantitatis corpus haberet, per quod pro sui dignitate promptas & agiles operationes eliceret. Similia habet Philosophus [e], quem laudat Abulensis [f] eandem mouens ac sicut nos definiens quæstionem.

Proinde concludendum, sanctissimos illos Patriarchas primos tam humani generis, quàm diuini cultus propagatores aut reparatores, sæpe in sancto eloquio *gigantes* nominari, & primò ab illis cultas regiones ad eorum commendationem, perpetuamque memoriam, *terras gigantum* [g], & incolas *de stirpe eorum* [h] nominari in illo sensu quem diximus: quia virtute, sanctitate, animi magnitudine, constantia, ac bonis operibus gigantes erant, omnibusque mirabiles. D

a Ann. mũdi 104. num. 9. 10 & 11.
Salianus improbatur.
b vers. 4.
c Ios. 14. 15.
d cap. 3. 16.
Gigãtea molis primos homines extitisse falsum est.
e lib. 2. de anima.
f in cap. 3. Deut. q. 2.
g Deuter. 2. 20. 3. 13.
h Ios. 12. 4. 13. 12.

Digitized by Google

CAPVT X.

Ostenditur ex Scriptura nomina Raphaim, Emim, Zuzim, &c. non homines gigantes, sed primos post diluuium mundi ac pietatis restauratores significare; & de illorum gymnasiis.

B



X antea dictis prudens lector facilè poterit deducere, nouem esse nomina Hebræa, quæ vel intacta remanserunt in Scriptura, vel passim *gigantum* voce translata pro priscis illis sanctitate reuerendis viris, qui quarumdam regionum primi fuerunt incolæ accipi debere videntur. Illa autem sunt *Nephilim, Gibborim, Enacim, Alaphim, Ramim, Raphaim; Emim, Zuzim, & Zomzomim.* De quinque primis iam egimus, quæ diffusius tractantur in sequentibus.
C Sextum quod cæteris frequentiùs reperiri videtur, significat *fortes*, ea nempe animi virtutisque fortitudine, quæ per aliud eiusdem notionis vocabulū Hebræū כבירים *Cabirim* denotatur, quo etiam olim nuncupatos fuisse [a] inde coniicio: a Iob.34.17 24.36.c. Esai.10.13.
quod Gentiles similis instituti viros insignes Deorum ministros pro diis habitos Cabiros nuncupabant. Quorum templum celebre legimus in Ægypto fuisse, quòd ingredi fas non erat, sacerdote duntaxat excepto; fuit & Cabirorum ædes in agro Thebano. Et dum lego eosdem passim furore quopiam (vtique prophetico) motos religionem & sacra habuisse, non in
D Creta solum & Phrygia, sed & in Samothracia & Lemno: Item ex Cabira Prothei filia & Vulcano tres Caberos & tres Caberidas Nymphas à Caberis sic dictas: ad Iauam vel Iapheth eorumque filios primos Cretæ insulæ habitatores mens mea fertur, vt suspicer quosdam ex eis Terapeutas extitisse, & quasdam mulieres fuisse Terapeutides, de quibus postea: maxime cùm multi credant Curetas, Cabiros, Corybantes & Idæos Dactilos, aut cognatos, aut prorsus eosdem fuisse. De

Digitized by Google

Primi post diluuiū mūdi, & veræ pietatis restauratores vocati sunt Raphaim

a Esa.19.22. Iob 5.18. Ps 102.3

istis Cabiris multi multa scripserunt, vt Argiuus Acusilaus, Pherecydes, Pausanias, Stensibrotus Thasius, & alij. Præterea nomen Raphaim medicos, aut restauratores importat, quales animarum debent esse pastores: quo sensu verbum originale רָפָא *Rapha* plerumque [a] capitur. Sed præsertim ita vocati sunt, quia sicut Iesus & Iosue à saluando nomina aptissima sortiti sunt: ita isti, quia in diuisione gentium post diluuium missi sunt à Noë, vt simul cum genere humano verum Dei cultum in mundo restaurarent, vocati sunt Raphaim ab Hebræis, à Græcis autem Θεραπευταὶ vel Κουρῆτες, id est, curatores, à verbo κουρέω quod est curo. Erant autem vates, vnde κουρήτων στόμα dicebantur si quando quis numine afflatus loqui videretur, Iouisque habebantur nutritij, nempe quia diuino cultui vacabant: & ab iis patria Iouis Cureta, & per Syncopen Creta nomen accepit: sic Esseni suos prælatos vocabant ἐπιμελητὰς, & ἐπιτρόπους, id est, *curatores*: sic Bracmanorum ab Essenis oriundorum supremus moderator vocabatur *Iathra*, à nomine Græco ἰατρός, quod, vt Hebræum *Repha*, curatorem significat. Imò. *Iesus in Hebraica lingua*, ait S. Epiphanius [b], *appellatur* θεραπευτὴς ἤτοι ἰατρὸς καὶ σωτὴρ *curator aut medicus & saluator.* In quo sensu se, vulgo compellatum fuisse significat ipse Christus cum ait Nazarenis, *Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, medice cura teipsum* [c]. Denique hoc sensu, Tertullianus [d] de deorum ministris, ait: *Qui in idolis comandis & in aris* (vt legi debet) *ornandis, & ad singulas horas salutandis* (nota psallendi tempus etiam apud Ethnicos) *adulantur, curationem facere dicuntur.* Quam veram, genuinam, & à Spiritu sancto intentam esse notionem spero lectorem iudicaturum ex sequentibus.

Creta insula vnde nomen habuit.

b Hæres.29.

c Luc.4.23.

d lib. de ieiuniis c.16.

B

C

Septimum reuerendos valet, octauum, quasi זִיזִים *zizim*, *illustres* significare posse putarem, à nomine זִיז *ziz*, quod denotat splendorem in illo Esaiæ [e] loco, *Vt deliciis affluatis in omnimoda gloria eius.* Iuxta Hebr. *in splendore gloriæ eius.* Posset etiam nomen *zuzim* optimè exponi per nomen Græcum ἐπιφανεῖς: à quo, & ciuitas Ham, in qua isti olim habitabant, facile dici potuit Epiphania, & reges eius Epiphanes seu illustres, vt iam vidimus. Nonum originem habere gestit à verbo זָמַם *zamam*, quod est cogitare: vnde nomen מְזִמָּה

e cap.66.11.

Regum Epiphaniū nominis antiquitas.

D

Digitized by Google

A *mezimah* [a] pro cogitatione, cura, versutia, intellectione, prudentia, solertia, cautela, calliditate abstinendi se à malo. Ita vt duplicatum nomen *zazumim*, Zomzomim non solum sapientes, sed sapientissimos importaret. Hinc ex se lector colligat ex quibus nomen sapientum ad Scribas, Pharisæos Essenos aliosque doctores Hebræorum ducat originem.

a Prou. 1.4. & 11. 5. 1.8. 12.

Quod autem ista nomina non in malam, sed in bonam prorsus sumi debeant partem, nec pro hominibus ingenti sua mole corporea alios valde territantibus, sed pro iis, qui propter sanctitatem, sapientiam & grauitatem mirabilem, sui in aliis ma-
B gnam excitabant reuerentiam: non, inquam, mali fuerunt ominis, aut infamiæ, sed gloriæ potius & honoris, manifestè constat ex his Dei verbis ad Moysen [b]: *Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos prælium, non enim dabo tibi quidpiam de terra eorum, quia filijs Loth tradidi Ar in possessionem. Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus & validus, & tam excelsus, vt de Enacim stirpe, quasi gigantes* (Heb. Raphaim) *crederentur, & essent similes filiorum Enacim. Denique Moabitæ appellant eos Emim.* Isti, sine dubio, fuerunt filij, hoc est, discipuli Heber, à quibus montes regionis Moabiticæ vocati sunt montes *Aba-*
C *rim*, sed proprie *Hibrim*, id est, Hebræorum: ex quorum numerò quosdam elegit sanctissimus Patriarcha Heber, quos torque donauit Hinc Elacim, id est, ordo Torquatorum, vt videbitur [c]. & paulò post [d] idem dicit de Ammonitis: *Non dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filiis Loth dedi in possessionem. Terra gigantum* (Heb. Raphaim) *reputata est, & in ipsa olim habitauerunt gigantes* (Raphaim) *quos Ammonitæ vocant Zomzomim*, &c.

Gigantum nomen in scriptura honoris est, non infamiæ vel mali ominis.

b Deut. 2. 19. 10.

c lib. 2. c. 8.
d Deut. 2. 19. & 20.

In quibus verbis multa breuiter tanguntur. Et primò, quod prisci & primi illarum regionum incolæ fuerunt illi qui dice-
D bantur *Raphaim*, id est, restauratores, sensu iam dicto. Vnde Montanus [e] differit *Melchom* Deum Ammonitarum fuisse *Mercurium animarum ductorem.* Nimirum fuit Melchisedech, vt mox videbimus. Secundò, isti *Raphaim* vocantur *populus magnus, validus, excelsus*, &c. quod non de magnitudine & excellentia aut fortitudine corporali, vel temporali; sed de spirituali nempe virtutis & sapientiæ esse intelligendum inde colligitur; quod datæ à Deo fuerunt istæ regiones filiis Loth propter

e lib. Iudic. cap 11.

A

ſanctitatem patris, & ablatæ à poſſeſſoribus, non quod ab excellentia vel magnitudine temporali; ſed quod à primorum Raphaim virtute defeciſſent. Deinde ex hoc quod comparantur cum Enacim, id eſt, *torquatis*: quorum ordo, & ſtatus, virtutem ac verum Dei cultum profitebatur potiùs, quàm nobilitatem, aut magnitudinem temporalem Heber enim, quem iſtius ordinis patrem & inſtitutorem, ſicut vrbis Hebron fundatorem poſtea [a] facimus, ſanctiſſimus fuit propheta & non tantum diuitiarum temporalium, quàm virtutum ac ſanctitatis ſtudioſus doctor & magiſter. Termini quoque originales ſpiritualia plerumque reſpiciunt, vt multis facilè exemplis poſſet oſtendi: quæ etiam nunc ſignificare cenſemus. B

a lib. 1. c. 7. & 8.

Heber vrbis Hebron fundator fuit.

Tertium quod ſub iſtis verbis continetur, eſt, nomen Raphaim, ſicut cæteris frequentius (vt nuper diximus) in Scriptura reperitur, ita poſt Ramnim Alaphim, Nephilim & Gibborim (quæ vigebant ante diluuium) omnium eſſe antiquiſſimum. De Enacim quidem, eiuſdem ferè temporis fuiſſe, conſtabit poſtea [b]: de aliis tribus Emim, Zuzim, & Zomzomim, patet eſſe recentiora, ex hoc quod aduentitia ſunt, ſeu appoſita nominis Raphaim. Nam quia iſti mundi primi reſtauratores ſanctiſſimi erant & ſapientiſſimi, his honorabilibus dabantur nominibus, vt in præcedenti capite diximus, & patet ex locis nuper citatis. C

b vbi ſuprà cap. 8.

Ex quibus quartum elicitur, quòd Deus loquendo Iſraëlitis (qui optimè nouerant Enacim ab Heber inſtructos & inſtitutos fuiſſe) ſatis eorum fidem, virtutem, ac pietatem commendat, dum illos facit *ſimiles filiorum Enacim*. Quintò ſciendum, tria prædicta nomina Raphaim, Emim, & Zomzomim ſeu Zuzim, quæ in regionibus Ammonitarum & Moabitarum viris ſanctitate, ſapientia, & grauitate ſpectabilibus donabantur, in aliis quoque Chanaanitidis regionibus, præſertim circa Cœleſyriam, & Galilæam eiuſdem profeſſionis hominibus eſſe donata: ita vt per totam Chanaanitidem illos fuiſſe diſperſos, facile videre ſit. D

Raphaim multis in locis instituerunt gymnaſia doctrinæ & pietatis.

Quinimmo, longè ante Abraham illos in multis ciuitatibus habuiſſe pietatis, ac virtutis gymnaſia colligo ex duobus Scripturæ locis. Primus eſt iſte iuxta Hebræum, *Venit Chedorlahomer, & Reges qui cum eo, & percuſſerunt Raphaim in Aſteroth*

Digitized by Google

A *Carnaim, & Zuzim in Ham, & Emim in Saue Chiriathaim*[a]. a Gen 14.5.
Prima vrbs quæ vocatur Astaroth, illamet est regni Basan (quod prisco nomine Hus & paruam Armeniam dictum puto, quasi paruam Aram, eo quod Hus filius Aram illam primus incoluit, vnde cùm in ea sit fons Dapius; sic de illa loquitur Poeta[b],

Terra Hus vocatur Armenia.

b Ecloga.5.

Dapius & Armenias curru submergere tigres
Instituit)

metropolis, in qua Og Rex Basan *ex stirpe Raphaim*[c] *habitabat*[d], quando cum regno vitam amisit occisus ab Israëlitis. In B illa Iob (vtique ex eadem spirituali stirpe seu instituto Raphaim, ideoque dictus est, *vir magnus inter omnes filios antiquitatis*[e], quales erant Raphaim) habitabat suorum tempore certaminum: in qua frequentes filiorum Dei, sanctorumque Raphaim, quorum erat habitatio, conciones fieri solitas, non solùm ex iis quæ postea[f] dicemus colligitur, sed etiam ex semel, iterumque, ibi facto conuentu filiorum Dei, id est, Prophetarum, *Vt assisterent coram Domino* de quo mentio fit in principio libri Iob[g]. Et hoc sufficit ad intelligendum quinam essent illi Raphaim, quos Chodorlahomor percussit in Astaroth-car- C naim.

c Deut. 3. 11.
d Iof. 11. 4.
e cap. 1. 1. 9. 5.
f lib. 3 c. 16.
g cap. 1. 6. & 2. 5.

Secunda vrbs est Ham, quam in præcedenti capite, sed amplius in nostris commentariis[h] ostendimus esse Emath, quæ posterioribus sæculis dicta est Epiphania, de qua sic loquitur Hieronymus[i], *Emath in Esaia Damasci ciuitas, quam oppugnauit Rex Assyriorum; quæ nomen dedit regioni Emath, quæ post montem Libanum versus Euphratem extenditur.* Vnde introitus Emath in Cœlesyria, seu Aram Soba: de qua passim in Scriptura[l]. Quæ regio vel vrbs patris Cinæorum quondam fuisse, videbitur postea[m]. In his ergo duabus Ciuitatibus habitabant Raphaim & D Zuzim (nempe Cinæi) qui à Rege Chodorlahomor percussi sunt: dicitur enim: *Et percusserunt Raphaim in Asteroth-carnaim, & Zuzim in Ham.*

h vbi suprà
i de locis Hebr.
l 4. Reg. 14. 28. 1. Par. 18. 3. 2. Par. 8 3.
m lib. 3. c. 16

At non sic de tertia Ciuitate: sed his verbis, *& Emim in saue Chariathaim.* Cur non in Chariathaim, sed in *saue* eius, nisi quia prophetæ illi reuerendi non intra, sed extra ciuitatem habitabant? Quæritur ergo quisnam locus sit qui vocatur *saue*? Ego quod à nemine non contemptum video dignum planè

Saue Collegiũ fuit prophetarũ qui dicebantur Raphaim.

quod requiratur ac diligenter colligentur, existimo. Puto igitur nomen שָׁוֵה *sciaueh* deriuari à verbo שׁוה *sciauah* quod est *proficere, vtilem progressum facere*: vt quod de populo Iudæorum legimus dictum ab Aman Regi Assuero: *Optimè*
a Esther 3. 8. *nosti quod non expediat regno tuo vt insolescat per licentiam* [a]. Hebr.
b Iob 33. 27. *non conducens, non vtile est.* Et quod habemus, *Vt eram dignus non recipi* [b], Pagninus transfert, *non profuit mihi.* Ego igitur hàc vocem libenter sumerem pro loco in quo fit progressus, & profectus in litterarum, maximéque in virtutis ac sapientiæ studio: ac proinde *Saue Chariathaim* esset collegium, seu gymnasium illius vrbis. Itaque, sicut doctores & prophetæ qui percussi sunt à Chodorlahomor in Astaroth & in Emath habitabant in illis vrbibus: ita qui occisi sunt in Cariathaim non intra ciuitatis mœnia; sed in collegio quod erat extra, manebant. Confirmatur, tum ex hoc quod vox hebræa Cariathaim significat lectiones, vt idem sit Saue Cariathaim ac gymnasium lectionum: tum ex eo quod in eodem capite [c] fit mentio *vallis*, seu campi, *Saue, quæ est vallis Regis*, nempe Melchisedechis Regis Ierusalem, vt ibi exprimunt Septuaginta; estque illa quæ alibi [d] dicitur *vallis gigantum*, sed sæpiùs per nomen Hebræum *vallis Raphaim* [e], vt hîc locum habeat dictum Ambrosij [f], *Gigantes & vallem Titanum* (de quibus nos postea [g]) *prophetici sermonis series non refugit.* Quæ iterum alibi dicitur *vallis Regis* [h] Heb. *Melech.* Quæ profectò illamet est in qua horrenda Deo Moloc offerebantur sacrificia. De qua sic Masius [i], Vallis aut campus Raphaim aut gigantum prope ad Ierusalem pertinuit. Videtur autem ad meridiem versus ab Ierusalem planicies illa sic porrecta iacuisse, vt extremitas ipsius Aquilonaris propè abesset ab ora vallis Ennon, ea quæ ad occidentem spectat: atque ibi montem extitisse, quem nescio qua coniectura ductus Zieglerus, Achaldema fuisse nihil dubitans, statuit. Hæc ille.

Vallis gigantum & vallis Regis idem sunt.

c Gen. 14. 17.
d 1. Reg. 23. 13.
e Iosue 15. 9. 18. 16. 2. Reg 5. 18. 22 & alibi.
f lib. 3. de fide.
g lib 2 c. 6.
h 2 Reg. 10.
i in Iosue c. 15.

Cùm igitur video eundem campum seu planiciem, quæ dicitur Raphaim esse campum Regis Melchisedechis (quem postea [l] summum Ecclesiæ facimus Pontificem) vehementi nimis suspicione trahor, vt credam appellari quoque *vallem*, seu *campum Saue*, eo quod piissimus ac sapientissimus Rex collegium Raphaim, id est, prophetarum ibi instituerit ad instar

l lib. 1. c. 10.

Digitized by Google

A instar illius, quod erat iuxta ciuitatem Cariathaim in finibus Aquilonaribus terræ Chanaan, & illud gymnasium fuisse per totum illius vallis tractum. Quemadmodum prophetarum, seu religiosorum Cinæorum in tabernaculis habitantium sub Archimandrita Haber, collegium longè, latéque protendebatur per vallem, quæ ab ipsis vocabatur *Vallis Sennim* [a]. de qua non pauca dicturi sumus [b]. *Vallis* ergo *Saue*, erit vallis collegij Raphaim à Rege Melchisedeche fundati: vnde quos ad dignitates eueheret, vel ad prædicandum mitteret, tanquam ex seminario, exciperet.

a Iud. 4. 11.
b lib. 3 c. 16.

B Alio adhuc minimè debili prædicta firmantur argumento. Quod est, illas omnes vrbes, quas tot sæculis ante Moysen possidebant illi Raphaim, Emim, Zuzim & Enachim, vel in quibus habitabant, post Israëlitarum regressum ex Ægypto, & in terram promissionis ingressum, non aliis à Iosue datas fuisse, quàm viris Ecclesiasticis; nempe, tribui Leui, quæ non certam aliquam partem terræ Chanaan, sicut aliæ tribus, habuit: sed certum vrbium numerum hinc inde per illas electarum, quæ essent velut φροντιςήρια pietatis, in quibus Dei colendi, sacrorúmque rituum doctrina optimè & opportunè seruaretur;
C ac vnde ciuitates vicinæ aliarum tribuum cœlestis disciplinæ semina, sanctiorísque vitæ exempla petere possent.

Vrbes, in quibus olim habitabāt Raphaim, non aliis postea datæ sunt, quàm Leuitis.

Exempli gratia. vrbs *Astaroth*, in qua priùs habitabant Raphaim, assignata est Leuitis in dimidia tribu Manasse [c]. *Ham* quæ temporibus Iosue vocabatur *Hammath-dor*, in qua fuerant Zuzim, data est Leuitis in tribu Nephtalim [d]: in qua quantum & dignitate & numero prophetæ floruerint, in sequentibus [e] videbitur. Illa est, quæ posterioribus sæculis dicta est Apamæa, quam Antiochus Magnus obsidione cepit. De qua vide Adricomium [f]. Item, vrbs Cariathaim, in cuius Saue prophetæ
D percussi fuerant à Chodorlahomor, data est Leuitis, qui erant in eadem tribu: illa autem tunc dicebatur Chartan [g], quamuis sub antiquo nomine legatur in Paralipomenis [h]. Idem prorsus cogitandum de vrbibus nomine Cedimoth, aut Cademoth, quæ sic dictæ videntur ab earum antiquitate, quasi ante diluuium iam extiterint, aut à primis eorum habitatoribus Cinæis, vel Enoscæis *Cadmonim*, hoc est, priscis, appellatis; Cademoth enim data fuit Leuitis in tribu Ruben [i]. Idem di-

c Iosue 21. 27.
d Iosue 21. 32.
e lib. 3. c. 16.
f in trib. Aser n. 12. & in locis exteris n. 36. & 37.
g Iosue 21. 32.
h lib. 1. c 6. 76.
i Paralip. 6. 79. Iosue 13. 18.

Digitized by Google

cendum de Hebron, in qua instituti sunt Enacim: assignata namque est Leuitis, qui erant in tribu Iuda & Simeon, & *erant ex filijs Aaron per familias Caath, & quibus prima sors egressa est* [a]. Similiter Dabir in eisdem sita tribubus iisdem Leuitis à Iosue tradita est [b]. Cuius peruetustum nomen importat secretissimum oraculum, & veluti sacrosanctum ac penetrale adytum. Quod aliud istius vrbis nomen *Cariath Sepher* exponit, quasi fuerit *ciuitas literarum*, vel *ciuitas scribarum*. Quia, inquit Masius [c], priscorum Patrum veluti archiuum fuerit, id est, tabellarium: in quo multa vetustatis monimenta, post orbis diluuium re- B
posuerint, cum in vicina Hebrone (quam Heber post terræ diuisionem ædificauerit) primi illi homines habitarent. Est enim Hebron Dabiræ propinqua vrbs, & antiquior Tani Ægyptiorum annis septem, hoc est vetustissima. Eodem prorsus pacto cogitādum de ciuitatibus Sichem, & Manaim quæ tot à Deo in persona Patriarchæ Iacob nobilitatæ prodigiis. Quarum prima in tribu Ephraim: altera inter Gaditas Leuitis donata est [d]. Denique Gabaon, Anatoth, & Almon quæ ad vallem gigantum, seu Raphaim attinent, datæ sunt Leuitis in tribu Beniamim [e].

a Iosue 21. 11.
b Ibidem.
Ciuitatis Dabir nomen antiquum quid importet.
c in Iosue 15. v. 13.
d Iosue 21. 21. & 37.
e Iosue 21. 17.

Ex qua tanta nominum, rerum, ac temporum concordia id C
prorsus cōcludendum esse videtur, prædicta nomina *Raphaim, Zuzim, Emim*, &c. nullatenus pro prodigiosæ molis corporeæ hominibus, aut in malam partem esse sumenda: sed planè in bonam, & pro primis sanctissimis illis à Noë post diluuium missis terrarum incolis; qui pro sua virtute, sapientia, & grauitate mirabili, huiusmodi honorificis donabantur titulis: qui & prima sapientiæ ac pietatis multis in locis erexerunt Gymnasia. Facile autem crediderim, eorum societatem, stirpemque mysticam vocatam fuisse הרפא *Rapha*, cum ה hajediath, atque ex ea fuisse quosdam sæculares bellatores & D
magnæ proceritatis viros, quales describuntur in locis hîc assignatis [f]. Hanc enim stirpem mysticam, non naturalem, importare videtur verbum ילד *Ialad*, de quo nos agemus postea [g].

f 2. Reg. 21. 16. 18. 20. 21. 1. Paral. 20. 4. 6. & 8. 2. Paral. 20. 7.
g lib. 2. c. 9.

Ex dictis lux emicat mirabilis obscurissimæ S. Stephani [h] sententiæ, qua sic Amos [i] prophetæ priscam Israëlitarum in

h Act. 7. 47.
i cap. 5. 26.

Digitized by Google

A deserto idololatriam exprobrantis verba refert: *Conuertit Deus & tradidit eos seruire militiæ cœli, sicut scriptum est in libro Prophetarum: Nunquid victimas & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel, & suscepistis tabernaculum Moloch & sidus Dei vestri Rompham figuras quas fecistis adorare eas?* Falsissimum autem est filios Israël non obtulisse victimas & hostias Deo annis quadraginta in deserto. De adoratione autem militiæ cœli Lyranus ita loquitur, putamus id contigisse *postquam Hebræi sunt ingressi terram promissionis, vt continet*, inquit; *liber Iudicum multipliciter & Regum & Paralipomenon. Quo autem tempore fuerunt* B *in deserto, id non legi. Adde, quod neque Moyses vlla ratione id passurus fuisse videatur.* Optimè Lyranus ait se id non legisse, quod nullibi scriptum reperitur, si de idololatria exteriori intelligatur: at B. Stephanus qui arguit eos qui *dura ceruice & incircuncisis auribus & cordibus* erant suisque in hoc patribus similes semper Spiritui sancto resistētes, mētalem & interiorem Israelitatum cum essent in deserto proponit eis idololatriam, quam etiam solam exprobrat Deus per Psalmistam[a]: quod obiter notandum pro adoratione vituli, quæ sola mente à quibusdam facta fuisse videtur, vt videbimus[b]. B. ergo Stephanus de ea lo- C quens optimè prædicta Dauidis & Amos verba exponit post Septuaginta per additionem nominis *Rempham*, sed propriè (iuxta quosdam) *Repha*, quod est hebræum singulare nominis *Rephaim*, q. d. Non mihi, sed in veritate Diis alienis offerebatis hostias, quando inter sacrificiorum solemnia, eleuatis sursum oculis, perfidè, nimis, non me verum Deum, sed sidus. Dei vestri Repha, hoc est, sidus illius viri, qui fuit olim vnus ex Rephaim, diisque vestris, adorabatis.

Si quis autem quærat, quisnam fuerit iste Repha? Respondeo, Quod cùm de Israelitis in deserto existentibus loquatur D B. Stephanus, à quibus Moyses tanti fiebat, vt mortui corpus abscondendum fuerit à Deo[c], vt nonnulli putant, ne illum ipsi pro Deo colerent, quem, dum viueret, teste Philone[d], Regem Ægyptij Iuniorem appellabant: qui Deus Pharaonis ab ipso Deo constitutus fuerat[e], qui Regis officium erga tantæ multitudinis populum tam diu ac feliciter exercuerat: vt vel in ipso regiminis & in deserto mansionis principio, cùm in monte mortuum esse censerent, illum aurei Cherubi cum Io-

a Pf. 94.10.

b lib.3.c.15.

Nomē Rempham quid verè significet.

c Deuter. vlt.

d in vita Moysis.

e Exod.7.1.

a Exod. 32. b lib. 3. c. 15. sepho in propitiatorio positi honore donauerint [a], vt postea [b] A sumus visuri: res exigere videbatur, vt, de more, sicut honorabatur post mortem in suo Cherub, ita & eius Theraph, id est, imago vel statua fieret in terra, & in aliqua cœlesti imagine seu constellatione per analogiam collocaretur, & *Melech*, id est Rex, appellaretur, vt ex infra [c] dicendis congruum apparebit. Sed & hoc prorsus vrget, quod de Moyse scribit S. Clemens Alexan. [d] *Clarum est, quod prius, circunciso puero, parentes aliquod nomen imposuerunt: Vocabatur autem Ioachim: habuit autem tertium quoque nomen in cœlo* (hoc est, in quodam Phœnomeno) *postquam assumptus est* (id est, astris comparatus, alioquin, non B translatus vt Enoch, sed verè mortuus est) *Vt dicunt Mystæ, nempe Melchi*: quod valet Rex meus: quasi totus Israel regem suum illum vna voce proclamauerit: vnde facilè postea vocatus fuerit Melchom, id est, Rex eorum. Arridet sanè iste de Moyse sensus.

c ibidem.

d lib. 1. strom.

Moyses trinomius fuit.

Nihilominus tamen, cùm Deus Moloch, seu Melchom Moysi temporibus iam coleretur, vt patet ex Scriptura [e]: arbitror Moloch non alium fuisse, quam Sem, filium Noe, qui pro sua sanctitate, nec non suprema in Ecclesia dignitate prisco more, sicut Seth, Deus est appellatus, & post mortem inter sidera relatus, id est, nunc Solis, nunc Saturni, nunc Mercurij C planetæ comparatus, vt postea [f] declarabitur. Et quia ipse Sem κατ' ἐξοχὴν vocabatur. מלך *melech* [g] eo quod esset Rex iustitiæ, vel etiam מלכום *Melchom*, id est *Rex eorum*: successu temporis, qui sanctitate & potestate Deum referebat, pro vero & æterno Deo perperam habitus est, etiam ab Israëlitis, qui Ammonitas imitando, tam in tribus dictis sideribus, quàm in humana statua sub hoc vltimo nomine, pro supremo numine coluerunt eum. Quãmuis B. Stephanus de sola illius in sideribus adoratione loquatur, non de aliqua imagine quam domus D Israël deferret in deserto. Sufficiat textum hebræum ita vertere. *Et exaltabatis cum attentione Molech vestrum & cum intentione imagines vestras, sydus Deorum vestrorum Rephaim quos fecistis vobis.*

e Leuit. 18. 21. 20. 2. 3. 4. 5.

f lib. 2. c. 18.


g Gen. 14. 17.

Melchom idolum vnde nomen habuit.

Digitized by Google

CAPVT XI.

De Patriarcha Enos qui cœpit inuocare nomen Domini: an idololatria tunc initium habuerit: quid per nomen Domini *significatur.*

B Manè temporum, quo Deus in Adam & per Adam Ecclesiæ suæ vineam plantauit in priscorum illorum *Nephilim* vitibus, non cessauit nouos semper ad eam colendam *mittere operarios*[b]. Ecce hora diei tertia, in mundi principio miserat Seth sanctissimum Adæ filium, qui Nephilimorum iam augescenti multitudini Pastores, Rectores, præcones, prælatosque prouideret, qui animarum curam agentes, illos in officio continerent, suáque doctrina exemplis instruerent, & ædificarent: præterea in iis quæ ad Dei cul-C tum attinent diligenter intenderent. Ideo circa annum mundi 250. (vt mea fert opinio) cùm ipse esset annorum 120. quosdam ad hoc elegit, instruxitque viros, quos vel ipse *filios Dei* nominauit, vt illi quid Deus ab eis exigeret, in ipso solo nomine conspicerent: vel à populo, propter magistri sanctitatem, qui (vt vidimus[b]) Deus appellabatur sic nuncupari sunt. Præsertim cum anno Adæ & mundi circiter 300. Enosis autem 65. iam intemperantiæ lues grassabatur inter mortales. Huic enim sæculo ac tempori respondent ista S. Methodij verba iuxta mendosam Græcorum quam sequitur chronologiam,
D *Quingentesimo anno primæ chiliadis, hoc est primi annorum mundi millenarij progenies Cain abutebatur vxoribus fratrum suorum.* Huc possumus cum Saliano referre Oceani innundationem, quam R. Salomon dicit in diebus Enos contigisse, quæ tertiam mundi partem perdiderit, vt hoc quasi præludio maioris castigationis à suis sceleribus mortales resipiscerent. Huc quoque pertinet quod Iosephus scripsit[c], Adamum generalem rerum interitum præcinisse, vnum incendio, diluuio alterum Qua-

a Matt. 20.

Propheta quando & à quibus filij Dei *vocati sunt.*

b cap. 6.

c lib. 1. ant. c. 2. in fine.

Digitized by Google

a Cap. 4. drat quod antea [a] diximus ex B. Iuda Apostolo de Adam & aliis post eum qui de fine mundi prophetauerunt.

Cùm igitur genus humanum mirabiliter in dies propagaretur, crescente etiam filiorum hominum cum numero malitia, & zizaniorum, quæ à principio per Cain inimicus homo in medio tritici seminauerat, nimio fœnore bonum semen iam ferè suffocante, circa horam sextam: anno, dico, mundi circiter 396. Sethi verò 266. misit Deus alios operarios in vineam suam, sub moderamine filij Seth nomine Enos. Nimirum, postquam in doctrina & disciplina patris multùm profecisset, B annorum (vt congruum mihi videtur) 160. quo pro sua ætate veneranda, longa rerum experientia, morum grauitate, & firmata iam sanctitate suorum faciliùs discipulorum beneuolentiam ac reuerentiam conciliaret, altioráque sui sanctissimi instituti ad Christum vsque duraturi fundamenta iaceret, & tandem vt fortiùs, faciliúsque filiorum hominum sectam impugnaret, penitúsque deleret, vel sanctitatis exemplo ad virtutem, verumque Dei cultum benignè alliceret, filios quoque Dei in purissima patris Seth doctrina conseruaret: statuit nonnulla prioribus adhuc rudioribus ac simplicioribus aui, patrisque legibus & obseruantiis addere decreta, nouas leges statuere, & quasdam ordinare ceremonias, præsertim psalmodiam C instituens, nec non formam & modum inuocandi Deum. Et hoc est quod Moyses, qui quid esset inuocare Deum optimè nouerat, tam concisè collegit his verbis: *Iste cœpit inuocare nomen Domini* [b]. Quæ verba, id est, noui istius in Ecclesia ritus institutionem quam important, R. P. Salianus refert in annum mundi 250. Enoscis verò decimum quintum. Sed propter rationes iam positas, & quia ipse dictus Pater, hoc quod ex Scriptura non constat de tempore, ad illud reduxisse fatetur, potiùs ne tot annos ab Enoscis natiuitate vsque ad annum mundi 326. D rerum vacuos transcurreret, quam quod aliquid velit asserere: nos non asserendo, sed duntaxat, ac simpliciter opinando prædictæ nostræ hæremus sententiæ.

Enos filius Seth quo mundi anno cœpit inuocare nomen Domini.

Moyses cur tam concisè loquitur de Enos.

b Gen. 4. 26.

c Vers. 14. Ratio est: quod cùm apud S. Iudam [c], iuxta primorum patrum ab Adam genealogiam, nec non filiorum Dei seriem apud S. Lucam [d] Patriarcha Enoch sit septimus, qui de desertorum Angelorum sectatoribus prophetauit: B. autem Petrus [e],

d cap. 3.

e Epist. 2. cap. 2. 5.

Digitized by Google

A secundùm eandem seriem, de eisdem disserens, vocet Noë *octauum præconem Iustitiæ*, inde constat, Enos octo illorum primum extitisse præconem, seu prædicatorem iustitiæ, id est, legis naturalis: quod munus circa dictum vitæ eius tempus exercuisse valde congruum est. *Præcones Iustitiæ qui dicantur.*

Vnde nonnulla colligenda videntur. Primò, quod Messiæ (qui κατ' ἐξοχὴν nominatur, *Iustus & Sol Iustitiæ*[a]) aduentus iam tunc facilè prædicari cœpit, vt Irenæus[b] indicat & Athanasius[c], nec non ipsi Hebræi apud Reuclinum[d]. Secundò quod etiam alij qui dicta filiorum Dei Seris post Noë positi sunt vs-
B que ad Iacob inclusiuè præcones quoque, vel potiùs præconum iustitiæ capita fuerunt, octauus enim nonum, decimum & sequentes indigitat. Quod postea de Arphaxad, Hebere, Abraham, Isaac, & Iacob visuri sumus. Cuius signum est, quod Sem, qui primus est post Noë, cognominatus fuit Melchisedech, id est, *consultor* (quo nomine tunc vocabantur prophetæ[e]) *Iustitiæ*. Et sic verum erit quod scribit Augustinus[f] vixisse cum Noë aliquos Iustitiæ ipsius non admiratores tantùm, sed etiam æmulatores. Quamuis Enos eiusque sectatores præconis Iustitiæ munus propriè non videantur exercuisse prædicando,
C eo quod solitariam vitam elegerint; vt videbitur: meritò tamen primus Iustitiæ præco esse demonstratur, tum quia filium suum Cainam præconum Iustitiæ, id est, Cinæorum, coryphæum instituit, quem sectati sunt Malaleel, Iared, Henoch, Mathusalem, Lamech & Noë: tum propter insignia valde media, quæ inuenit ac instituit ad glorificandum Deum contenta sub his paucis verbis, *ipse cœpit inuocare nomen Domini*, vt mox videbimus. IIII Colligitur ex verbis B. Iudæ Apostoli, Adam & Seth etiam annumerandos esse inter prophetas, qui de futuro iudicio & de desertoribus Angelis prophetauerunt, qui ab Enos præcones iustitiæ nuncupari cœperunt. Sed iam
D videndum quid sit *inuocare nomen Domini*.

Qui & quot fuerint.

Primus eorum fuit Enos.

a Malach. 4.
b lib. 1. c. 9.
c Epist. Quod Nicena Synodus, &c.
d lib. 1. Cabalæ.
e supra c. 5.
f 15. de Ciuitate c. 14.

Prius tamen breuiter refellendi sunt illi, qui in Paraphrasi Chaldaica legentes, *Cœpit profanari nomen Domini*, dicunt inuectam fuisse iam hoc tempore in mundum idololatriam. Quos planè ac verissimè S. Cyrillus Alex.[g] ita confutat: *Homines sanè, inquit, qui ab Adam vsque ad Sem fuere, Deum omnium naturæ & verè vniuersorum conditorem & Dominum coluerunt: nullus*

g lib. 1. contra Iul.

 A

Idololatria non fuit ante diluuium.

enim eorum arguitur, quod dijs alienis fuerit deditus, vel immundis dæmonibus obtulerit. At post diluuium & constructionem turris & linguarum discretionem, etiam de Deo indignam habuerunt opinionem, qui per vniuersam terram dispersi erant. Et rursum alibi [a] ait: *In sacris autem literis nullum omnino inuenimus, qui per illud tempus* (ab Adam vsque ad Noe ab illo decimum) *idololatriæ crimini fuerit implicitus. Accusantur enim de alijs & pereunt non frustra inducto diluuio.* Et pergit deinceps ostendere, neque à filijs Noë inductam idololatriam, nisi post aliquot sæcula. De quo nos postea [b]. Præterea S. Irenæus [c] ait, errorem commentatorem idolorum à diluuio fuisse: temporibus autem Noë nequissimam fuisse generationem, non tamen idololatram. Alia de hoc testimonia breuitatis gratia sponte relinquimus. B

a lib. 3 cõtra Iul. circa finem.

b lib. 2. c 18.

c lib. 5. c. 29.

Caietanus refutatur.

Ad hoc autem quod Caietanus dicit, non fuisse Enos qui primus simpliciter & absolutè, nomen Dei inuocauerit: sed fuisse primum, qui cœperit inuocare Deum sub nomine יְהוָה *Iehoua*, quod Hebræi tanquam ineffabile summa reuerentia colunt: Respondetur, quod hoc nomen longè postea Moysi primò reuelatum est, vt constat ex his verbis: *Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac & Iacob in Deo* שַׁדַּי *Saddai, & nomen meum* יְהוָה *non indicaui eis* [d]. Mercerus verba de Enos sic ex Hebræo reddit, *Tunc cœptum est vocari de nomine Domini*, putatque sic intelligi, quod tunc cœperint homines de Dei nomine appellari: ita vt quidam filij Dei dicti fuerint. Quasi & illud Moses notarit non solùm ad indicandam certam Ecclesiæ notam ac tesseram: sed & ne omnino noui hospites accederemus ad contemplandam historiam, quam sexto postea capite inde inchoat. Cui sententiæ suffragari videtur Cyrillus Alexand. cuius verba antea [e] retulimus. At longè verisimilius est, quod iam pluribus ostendimus [f] à Seth, qui primus Dei nomen adeptus est, eius ex clero discipulos filiorum Dei nomen accepisse. Proinde communiori tanquam meliori versioni hærendum est, quæ fert, *Ipse cœpit inuocare nomen Domini*, vel, *in nomine Domini*, vt est in Hebræo. Optima quoque illa interpretatio est, vt hoc sit in nomine Domini prædicare, publicè profiteri, glorificare & celebrare nomen Dei per psalmodiam, gratiarum actionem, verbi Dei prædicationem, &c. & quod nomen C D

d Exod. 6 3.

Mercerus similiter.

e cap. 6.

f cap. 4. & 6.

Digitized by Google

A nomen Dei pro Deo ipso sumatur. Notatu tamen dignissimum est, quod si Moyses, (qui nihil aliud de Enos celeberrimo viro dixit) nouum quendam Deo ministrandi quibusdam adhibitis ceremoniis, modum duntaxat intellexit, non dixerit, *cœpit inuocare Deum*, quemadmodum de Henoch, Noë, & Abraham simpliciter dixit, *Ambulauit cum Deo*[a] pro eo, quod est diuino se mancipare ministerio. Sed vtique præter psallendi ordinem ac methodum, de qua in sequenti capite, aliud longè dignissimum, in quo Deus valde honoraretur ab hoc sancto Patriarcha institutum vult intelligere; nempe, locum quendam
B seu sacrarium tunc per Enos à Deo ordinatum & institutum (quod ideo, vel absolutè ac per antonomasiam vocatur *directiones*[b] vel expressius ab Apostolo *statuta latria*[c], vt visuri sumus[d]) in quo peculiari ac eminenti quodam modo Deus esset præsens, ibique præcisè à fidelibus supremo cultu omni cum reuerentia adoraretur. Quod constat ex hoc apud Iosephum[e] loquendi modo, *Territus* Rex Iosaphat, *concionem aduocat: & ad templum versus Deum inuocat*, &c. *In hoc enim templum id extructum a maioribus, vt quoties ab externo hoste immineat periculum, ibi populus coram numen præsens* (& hoc nunc vocatur nomen
C Domini) *prouocet*. Huiusmodi locum esse putabat Iacob, de quo dicebat: *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensque* (id est cum reuerentia adorans dixit) *Quàm terribilis* (reuerendus) *est*, &c. Qui in tabernaculo locus tempore Moysi, præter alia multa nomina propitiatorium postea dictus est[f], constabatque duobus Cherubis aureis tabulam auream sustentantibus, & alis suis adumbrantibus; super quam tabulam & inter alas Cherubim erat locus vacuus, in quo Deus inuisibilis oculis fidei adorabatur, licet ibi sub forma humana nonnunquam appareret. Ideo locus iste *solium Dei* nuncupabatur[g].
D Item vocabatur sanctum, vel sanctitas, vel sanctuarium[h], & Deus dicitur *habitare in sancto* vel sanctitate[i]: & quia eodem tempore & multis ante sæculis istud propitiatorium positum erat super arcam testimonij, ideo dicitur *arca Domini habitare* alicubi[l]. Et quia tam arca, quàm propitiatorium erant in tabernaculo, ideo sæpe Deus dicitur habitare in tabernaculo cum hominibus[m], ad quod etiam alludit Ioannes Euangeli-

a Genes. 5. 22 24. 6. 9. 17. 1.

Per nomen Dei quid propriè significetur.

b Psal. 98. 4.
c Heb. 9. 1.
d lib. 2. c. 20

e Antiq. lib. 8. c. 1.

f Exod. 17. 16.
Ierem 3 17. 14 21. 17. 12.
Tren. 5. 19.

Propitiatorium quidnam sit.

g Exod 26. 33.
Num. 10. 21.
h Ps. 21. 4.
Esa. 57. 15.
i 2 Reg. 6. 11. 11. 11.
1. Paral. 17. 1. 4.
l Exod. 25.

8. 29. 45. Num. 5. 3. 35. 34. Deut. 2. 7. Iosue 22. 19. 3. Reg. 8. 27 & alibi.

Digitized by Google

a Cap. 1. 14. Apoc. 11 3.

sta [a]. Et quia sicut nomen Dei יְהוָה à Deo Moysi reuelatum est ad hoc vt per illud ineffabilis essentia Dei vtcumque nota fieret hominibus: ita locus ille in propitiatorio ab eodem sapientissimo Deo ordinatus est, vt in illo agnosceretur, & pro humano modulo tanquam ibi præcisè singulari quodam modo præsens adoraretur ideo nomen etiam Dei passim vocatur in scriptura, quasi nominis personam notificantis fungens officio. De qua appellatione agemus in sequentibus [b]. Vnus prorsus insignis de hoc nobis locus occurrit [c], in quo propitiatorium dicitur *solium Dei*, & *nomen Dei. Fili hominis locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in æternum,* (iuxta Heb. *ad sæculum.* q. d. à multis sæculis) *& non polluerunt vltra domus Israel nomen sanctum meum.* Eadem de causa, nempe quia Angelus, qui castra Israël præcedebat in columna nubis personam Dei gerens, eximio quodam modo Dei præsentiam in se habebat, dicitur de eo, *Obserua eum & audi vocem eius, nec contemnendum putes, & est* (est enim) *nomen meum in illo* [d]. Hæc Dei singularis præsentia cum quodam splendore maiestatis erat super montem Sinai, de qua sunt ista verba, *Cum descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo inuocans nomen Domini* [e], Hebr. *in nomine Domini*, & in omnibus locis, in quibus phrasis ista reperitur: vt sit sensus, inuocans Deum existentem in illa nube, vel in illo propitiatorio. Proinde impropriè, & non ad mentem scripturæ loquuntur quidam ex doctoribus Catholicis [f] cùm dicunt, Deum proposuisse adorandam arcam & propitiatorium res inanimas: hoc enim esset cultu latriæ sculptile Deum minimè repræsentans adorare.

Propitiatorium dicitur nomen Domini & cur.

b lib. 2. cap. vlt

c Ezech. 43 7.

d Exod. 23. 21.

e Exod. 34 5. Deut. 12. 6. 16. 6. 11. Item dicitur facies Dei.

f Lorinus in Ada c. 17. vers. 25.

Non alio sensu neque alia de causa ista huiusmodi loca dicuntur *facies Dei*, ita vt aliquid agere in facie, vel ante faciem, vel coram facie Dei, vel coram Deo [g], sit illud facere in templo vel tabernaculo, vel loco in quo est illa peculiaris Dei præsentia. de quo nos amplius postea [h]. Discrimen esse videtur inter faciem Domini & nomen Domini: quod sicut per faciem homo in specie apparet esse, non brutum, at per nomen in persona quod sit Petrus, discernitur: ita sanè facies Domini sonat quid generalius, vt potè, peculiarem quidem ac reuerendam Dei vbique existentis in toto templo vel tabernaculo ad supremum illius cultum ordinato præsentiam: at non ita

g Exod. 6. 12. 30. 16. 9. 33. 27. 21. & alibi

h lib. 2. c. 10.

Discrimen inter faciem Dei & nomen Dei.

Digitized by Google

A præcisè vt in propitiatorio existentem. Quemadmodum vidimus [a] Cain à Deo maledictum conquerentem, quod à facie Dei eiectus esset, nimirum, à templo seu fano, quod de propitiatorio, nondum instituto, minimè potuit intelligi. Ab aliis posteriorum Moyse temporum exemplis idem probantibus pro breuitate abstinemus: cùm in scriptura, & præsertim in psalmis, fere quoties *nomen* aut *facies Dei* reperitur, de hoc propitiatorij loco debeat intelligi, quod notandum. Ad hoc ipsum igitur significandum vsitatã suo tempore phrasim nunc vsurpat Moyses, qui sæpe sæpius coram hoc nomine (numine rite dixeris) nunc in monte [b], nunc in tabernaculo [c] nunc iuxta rupem [d], nunc verò alibi familiariter cum Deo loquebatur: quo sensu dicitur, quod *Dominus loquebatur ad eum facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum* [e], quôque dixit ei Deus. *Noui te ex nomine* [f]. Alia enim expositio quæ his verbis dari solet de exquisita quadam notione, omnibus creaturis conuenit, etiam stellis, *quarum omnium nomina vocat* [g]: At cum Deo quotidie loqui & conuersari in loco nominis Dei, per quod eum (quantum viatori licuit) optimè nouerat & cognitus erat, insigne Moysis fuit priuilegium. Quod commune habuit cum aliis multis fidelibus, fuit *inuocare Deum in nomine Domini* [h], hoc est, vel simpliciter orando, vel psallendo coram propitiatorio Dei auxilium & misericordiam humiliter implorare.

a cap. 7.

B

b Exod. 24. 17. & 28. & alibi.
c Exod. 33. 10.
d ibid. 21.
e ibid. 11.
f ibid.
g Ps. 146. 4.

C

h Exo. 34. 5. Num. 6. 27. Deut 26. 2. 28. 10. 32. 3.

Quam diuina sapientia sanè dignam inuentionem ad continendum homines in locis sacris cum magna deuotione & reuerentia originem habuisse in Ecclesia Enoseis tempestate, Moyses, tanquam rem magni ponderis his iuxta Hebr. verbis exprimere voluit, *Tunc cœptum est inuocari in nomine Domini*, vel ex Enosis instituto & exemplo id primò factum ostendere iuxta editionem Latinam, *Iste cœpit inuocare nomen Domini.* D Quod si priorem sensum admittimus: idem est ac si diceretur; Illo tempore quo natus est ac nomen accepit Enos *cœptum est inuocari in nomine Domini.* Quod sanè Setho institutore contigisse credere congruum esset: cuius facies ex consortio cum nomine Dei splendida facta sit, vt vidimus. At vtique secundum sensum faciliùs amplector: eo quod si tempus solùm voluisset Moyses exprimere, & non personam institutoris: potiùs dixisset Adæ vel Sethi diebus id factum fuisse cùm Adam su-

Setho tribui potest prima inuocatio nominis Domini.

Digitized by Google

 A

premus Ecclesiæ pastor non plusquam 396. circiter annum agens adhuc viueret.

Quod si hoc intendit Moyses (vt probabilitate plenum est) his paucis concisisque verbis, præter quæ nihil prorsus apertè de tanto Patriarcha scriptum reliquit, breue quidem dedit sed succulentum plane atque æterna memoria dignum encomium. Vt quemadmodum ipse Moyses post tantam, primò in rubo, deinde alibi cum Deo familiaritatem, aliasque innumeras prærogatiuas electus, multisque diebus edoctus ab ipso est, vt celeberrimum, & magnificentissimum tabernaculum B cum oraculo, in quo habitaret cum Israëlitis, præpararet ei: ita scriptis suis illum commendaret, qui primus inter mortales electus à Deo est, vt *locum habitationis gloriæ suæ*[a], præpararet. Eoque decentiùs fecit, quò id opportuniùs contigisse videtur: quando, nempe, prima Caini hæresis in mundo cœpit apparere, quàm inter alias hanc blasphemiam continere, & in libro Iob [b] *semitam sæculi* nuncupari iam diximus[c] atque his verbis significari: *Quid nouit Deus? & quasi per caliginem indicat. Nubes latibulum eius nec nostra considerat: & circa cardines cœli perambulat.* Ad quod pessimum dogma confundendum, C cum hominibus in terra voluit habitare in propitiatorio, & etiam in columna nubis oracula sua reddere, vt in sequenti capite videbimus.

Iam sanè superuacaneum est quærere quænam fuerint illa tabernacula ab Abrahamo tot in locis erecta vbi *inuocabat in nomine Domini*[d], nec non Isaac filius eius[e], & *in quibus habitabat Iacob*[f]: imò & quæ longè priùs dicuntur *tabernacula Sem in quibus Iapheth erat habitaturus*[g]. Sed optimè quæri potest; An in nomine Domini, id est, propitiatorio, iam tunc cœptum est ponere Cherubos, hoc est, An propitiatorium eodem modo dispositum, ornatumque est, quo postea Moysi temporibus? At D hoc nollem asserere, sed potiùs, cùm iam esset ars scribendi, nec non templa, ciuitates & columnas ædificandi cum sculptura literarum (puto hieroglyphicarum) vt vidimus[h], facilè tunc cùm magna simplicitate factum fuit hoc in columellis informibusque truncis aut lapidibus, qualis ille fuit quem Iacob *erexit in titulum*[i] postquam dixit, *Verè Dominus est in loco isto*: nempe in ea forma, qua veteres (forsitã ab istis primis tempori-

a Ps. 25. 8.
b cap. 21. 13.
c Cap. 8.
Quàm opportunè Deus per Enos propitiatorium instituit.
d Genes. 12. 8. 13. 4. 21. 33.
e Gen. 26. 25.
f Gen. 25. 27.
g Gen. 9. 27.
An hoc tempore fuerint Cherubim.
h Cap. 1.
i Genes.

Digitized by Google

A bus per traditionem edocti) Deum suũ *Terminum* effigiabant. De quibus columnis Eusebius [a] accipiendus est cùm eas vocat αἰδριάντας στήλας. Ab iis enim rudibus & impolitis statuis idololatria cœpit, vt docet Clemens Alex. [b] Sic Athenienses pro foribus columellas, & obeliscos Apollini consecrabant, quem ἀγυιεὰ vocabant. *Etiam apud Græcos*, ait Tertullianus [c], *Apollinem θυραῖον, & Antelios Dæmones ostiorum præsides legimus.* In istis ergo columellis puto Deum verum tanquam in eo loco speciali modo existentis signis præcisè adoratum primò fuisse, & hoc dictum inuocari in nomine Domini.

a in Chronico.
b Strom. lib. 1.
c in Apologet.

B Ex quibus etiam licet colligere, quod sicut *sanctum sæculi*, id est, perantiquum, de quo B. Paulus [d] loquitur, in quo non nisi oleum in lampadibus, incensum in altare thimiamatis, & panes super mensam propositionis offerebantur Deo, ad primas Adæ de terræ frugibus oblationes & sacrificia referri [e] & idcirco partem illam tabernaculi Mosaici *sanctum sæculi* vocatam fuisse diximus [f]: Ita dignissima pars *sancta sanctorum* dicta propter oraculum seu propitiatorium ibi super arcam positum, itè ab eodem dici potuit *iustificationes culturæ* sæculi (nam hoc nomen repeti debet) seu *statuta latriæ* sæculi, id est, perantiqua,
C alludendo ad hoc Enoscis tempus quo *cœptum est inuocari in nomine Domini*, sensu nuper exposito: quod prorsus notandum.

d Heb. 9. 1.
e Cap. 1.
Iustificationes cultura apud Paulum ad hoc sæculum referri possunt.

Præterea, iam nunc libentissimè subscribo traditioni quæ habet B. Virginem admissam fuisse in Sancta Sanctorum, imò & ibi habitauisse, vt scribunt Germanus Constantinopolitanus [f] & Nicephorus [g], item apud Canisium [h] Enodius nec non Gregorius Nicomediensis [i]: nec omnino repugnat ipse Canisius, Massellus [l] & Barradius [m]. Ratio autem mea est, quod in illo suo tam admirabili cantico & præsertim in illis verbis, *Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius* [n], non solùm
D tanquam insignis tympanistria Psalmistæ stylum antiquum imitatur, qui toties vsurpat *nomen Domini*, pro propitiatorio: sed etiam beneficia multa quæ suis ibi sæpe fusis precibus à Deo recepit, id est, in loco qui dicitur *Sancta Sanctorum*, in quem sæpe admittebatur, his breuiter verbis videtur comprehendere.

f Orat. de Virg. in templo.
g lib. 1. c. 7.
h 1. de B. Maria cap. 11.
i Orat. de præsentat.
l De vita B. Virg.
m Tom. 1. conc. lib. 6. cap. 6.
n Luc. 1. 49.

CAPVT XII.

Quid sit inuocare Deum & quo id modo & ordine factum est ab antiquis.

OSTQVAM audiuimus quid in Enosis encomio importet nomen Domini, faciliùs nunc capietur quid sit inuocare Deum. Verbum ergo *inuocandi* generaliter accipi potest pro eo quod B
Inuocare Deum quid sit. est religionem profiteri, gratias agere Deo, laudare, votum emittere, vel soluere, sacrificare, iurare: denique importat & continet omnem externum Dei cultum: sicut idem videtur contineri sub nomine *Iuramenti*, cùm dicitur, *Lauda-*
a Psl. 62. 12. *buntur omnes qui iurant in eo* [a]: nec non sub nomine *testamenti*, vt vbi dicitur, *Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum*
b Psl. 49. 5. *eius super sacrificia* [b]. In hac generali notione non censeo sumi cùm dicitur, quod Enos *cœpit inuocare nomen Domini*. Cùm in hoc sensu iam ante Enos religionem profiterentur tam Ne- C
philim, quàm filij Dei. Sacrificia quoque erant in vsu, externusque Dei cultus vigebat à mundi principio, vt vidi-
c Cap. 1. 2. & 3. mus [c].

Secundo igitur modo sumitur hoc verbum prout importat simul cum celebratione implorationem nominis Dei, vt lau-
d Psl. 17. 4. dantes inuocent [d], & implorent, atque orationi operam dantes debitis ad extra ceremoniis voce ac gestibus adhibitis ordiantur à diuini nominis exaltatione. Nam inuocatio vt ordinata
e lib. 6. de sacram. c. 5. sit, à Dei laudibus inchoanda, docet Ambrosius [e], exemplo
f Hom. 7. ad popul. Dominicæ orationis, cuius initium *Pater noster*, &c. Et argumentatur Chrysostomus [f]. Si veretur seruus dominum suum D
sine honoris præfatione nominatim appellare, non committendum, vt quis Angelorum Dominum temere & contemptim vbique iactet, ipsosque præstantiores cum timore &
g Esa. 6. 3. honore magno Sanctum ter nominare [g] glorificando & laudando.

Sed Enoscis, Cainan, Henoch, Noë, Abrahæ, Iobi aliorum

Digitized by Google

A que veterum Patriarcharum Deum inuocandi formam & ordinem habemus insignem in Moyse [a] sub istis verbis: *Cumque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses coram eo, & ait: Dominator Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multæ miserationis ac verax, qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & scelera atque peccata, nullusque apud te per se innocens est: Qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem. Festinusque Moyses curuatus est pronus in terram, & adorans, ait: Si inueni,* &c. In qua celeberrima inuocatione tria potissimùm notanda sunt.

a Exod. 34. 6.

B Primum, apparitio aduentusque Dei in nube seu turbine, in qua prophetis psallentibus & nomen eius inuocantibus apparere solitum multa probant Scripturæ loca: præsertim apud Psalmistam, *Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuël inter eos, qui inuocant nomen eius. Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos* [b].

Inuocationis forma & modus quis.

b Ps. 98. 6.

II. Duodecim gloriosa nomina & magnifica epitheta, quibus Deus compellatur & compellari in inuocatione solebat, vt patet ex aliis similibus locis [c]: & hoc propriè dicitur inuocatio. Est enim magnifica quædam Dei nominatio & C vocatio.

c Num. 14. 17. 18. & 19. Exod. 33. 19.

III. Est humillima totius corporis in terram prostratio, quæ est adorationis forma, quam Adam primò inuenisse & posteris tradidisse vidimus [d]. Vnde possumus colligere, Enos ad iam priùs vsitatam in oratione publica prostrationem, addidisse præsertim formam inuocationis à sacerdotibus filiisque Dei seruandam: quam facilè secuta est hymnorum, psalmorum & canticorum compositio, atque illorum, psallentiumque ordo & dispositio. Hanc autem talem fuisse, vt cum filij Dei, seu prophetæ ad psallendum congregarentur, in orbem, seu D circulum se disponerent, & Deus plerumque in medio circuli statim appareret in forma nubis, fere constat ex Moysis (cuius psalmum esse dicit Hieronymus) verbis [e]: *Quis in nubibus æquabitur Domino similis erit Deo in filijs Dei? Deus qui glorificatur in concilio sanctorum, magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt.*

d Cap. 5.

Enos quid prioribus Ecclesiæ ceremoniis addiderit.

e Ps. 88. 7. 8.

Quibus verbis tota videtur res inuocationis concisè, sed graphicè describi: qualem etiam ab Enosce institutam, vsur-

Olim psallentes in gyrum disponebantur.

Digitized by Google

patámque crederem. Primò enim agitur de concilio, ſeu concione, ſeu cœtu & congregatione Sanctorum קדשים *ked-ſcim*: quo nomine per antonomaſiam prophetæ ſolent appellari: vt in Iob[a]. Aaron quoque ſummus Sacerdos ſanctus appellatur[b]: Leuitæ ſimiliter *Sancti Domino*[c]. Per quos Pſalmiſta intelligit generaliter omnes Dei miniſtros Leuitas, Sacerdotes, Cantores, Prophetas, & alios, qui ex munere congregantur ad ſtandum ſeu miniſtrandum coram Domino: quos omnes antiquiſſimo *filiorum Dei* nomine comprehendit. Secundò, comparat pulchritudinem Dei in nube apparentis B cum aliis nubibus: & dicit nubem, in qua ſolet apparere in medio filiorum Dei, quæque ſolet vocari *maieſtas Domini*[d], quaſcumque alias nubes pulchritudine ſuperare. Vt hinc & ex aliis Dei in nube loquentis apparitionibus, quibus nihil frequentius in ſcriptura, conſtet quam fœtida & malignitate plena fuerit Gentilium de Iudæis calumnia qua dicebant:

Nil præter nubes & cœli numen adorant[e].

Tertiò, comparat terribilitatem, hoc eſt, maieſtatem Dei cum grauitate ac mirabili modeſtia filiorum Dei, quæ tanta erat, vt ideo *Gibborim*, hoc eſt, grauitate ac venuſtate præſtantes vocarentur, vt iam vidimus[f]. Quartò, manifeſtè oſtendit pro- C phetarum cuneum diſponi ſolere in rotundo ſeu circulo, & Deum in medio eius in columna nubis apparere ſolitum, dum inuocarent eum, aut pſallerent.

Et quod talis horum ſit ſenſus verborum, indicat quod immediatè ſubiungitur, quaſi per expoſitionem; *Domine Deus virtutum* (Hebr. *militiarum*) *quis ſimilis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo*: Sacerdotes enim & alij templi miniſtri paſſim in Scriptura[g] milites Dei vocantur: in quorum medio deſcribitur Deus tanquam potentiſſimus imperator in medio ſui exercitus: cui nullus militum dignitate comparari po- D teſt: ſicut priùs dixerat nubi ſuæ maieſtatis nullam aliam conferri poſſe. Deinde prophetas, qui ſunt diuinæ & æternæ veritatis quaſi vaſa & recõditoria, vocat per metonymiam *Veritatem Dei*, qui ab illa circundatur, cùm à prophetis pſallentibus ita diſpoſitis vndique coronatur.

Et certè, ſi Iob & altercantes cum eo amici, qui, ſicut ipſe de myſtica ſtirpe Raphaim erant & prophetæ (vt in Commentario

a Cap. 5. 1. 15. 15.
b Pſ. 105. 16.
c 2. Par. 35. 3.
d Exod. 40. 35. Num. 14. 22. 2. Paral. 7. 1.
e Iuuenal. Satyr. 14 lib. 16.
f ſup. c. 9.
Deus virtutum, id eſt, militiarum, quo ſenſu dicitur.
g Iob. 25. 3. Eſa. 24. 21.

A tario nostro [a] videre est) post longam disputationem iudicantur à Deo de turbine [b], id est, de nube, in qua priscis illis sæculis, nemine eorum de apparitionis nouitate turbato, quia solitum erat, & Deus se in illa velut in throno sedentem iudicem constituens (sicut priùs [c] optauerat Iob, dicens: *Quis mihi tribuat vt cognoscam, & inueniam illum, & veniam vsque ad solium eius?*) litem dirimit, & *stans in synagoga* (nam multos ibi alios viros celebres adfuisse sæpe docemus) *Deorum in medio Deos diiudicat* [d], quod frequenter fieri non obscurè indicant Dei verba, *Thronus meus in columna nubis* [e]: quantò magis sua B prophetis eodem modo reddet oracula in columna nubis, cùm ordine debito circa eam dispositi inuocabunt nomen eius? Proinde, vt indubitanter credam sic Deum sæpe locutum Samuëli Prophetæ, dum cum *cuneo prophetarum* [f] plerumque inuocabat Dominum, licet disertè alibi nihil tradant diuinæ litteræ, vnde affirmari possit, sufficit mihi illud Psalmistæ [g]: *Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos,* & votis postulantium annuens, vel postulata negans *in columna nubis*, in qua priùs apparuerat, *loquebatur ad eos* [h]. Quod sanè C nihil aliud est, quàm supremi iudicis munus exercere in throno nubis.

a in cap. 1.
b Iob. 38.
Apparebat Deus in forma nubis in medio prophetarum psallens.
c cap. 23. 3.
d Ps. 81. 1.
e Eccli. 24. 7.
f 1. Reg. 10. 10.
g Ps. 98. 7.
h Cap. 7. 11.

Denique, sic dispositi filij Dei in circuitu, dum inuocabant nomen Domini videntur repræsentari in Apocalypsi per Angelos (qui & filij Dei sunt, quos in suo choro prophetæ imitantur) quos *omnes vidit* Apostolus *stantes in circuitu throni, qui ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes: Amen.* Hoc totum eximiè declarat Philo [i] cùm loquitur de modo, quo sanctissimi illi religiosi dicti Therapeutæ (id est, curatores, quod etiam valet Hebræum Raphaim) psallentes erant dispositi, *Tum ille præses assurgens* D *hymnum in laudem Dei primus canit aut recens à se compositum, aut desumptum ab aliquo vatum veterum. Extant enim huius generis carmina prisca versu trimetro, & hymni cum suis accentibus inter sacra canendi ante altaria, vel à stantibus, vel à choreas ducentibus, moderatis varijs flexibus atque reflexibus,* &c. Et paulo post: *Vbi omnes consurrexêre, duo chori fiunt in medio cœnaculo, alter virorum, alter fœminarum. Cuique suus Incentor præficitur honore*

i lib. de vita contemp.

Digitized by Google

præstans & canendi peritia. Denique cantant hymnos in laudem A *Dei compositos varijs metrorum carminumque generibus, nunc ore vno, nunc alternis, non sine decoris & religiosis gestibus atque accentibus, modo stantes, modo prorsum, retrorsumue passum mouentes, vtcumque res postulat. Deinde postquam vterque chorus seorsum expleuit se his delicijs, velut amore diuino ebrij vnum chorum faciunt promiscuum, ad imitationem illius olim instituti in rubri sinus littore, quando correpti numine viri pariter ac mulieres, & in vnam choream conglomerati hymnis gratias Seruatori Deo canebant, præcinente viris Moyse propheta, Mariamne verò prophetide fœminis. Ad horum maximè imitationem hic Therapeutarum, Thera-* B *peutidumque chorus compositus, & mixtis ad graues virorum acutis fœmineis vocibus concinnè temperatus concentum reddit suauissimum, veréque musicum.* Hactenus Philo.

Quod si istis Therapeutis (quo nomine Essenos appellari scribit Eusebius[a]) Mariam in psallendo imitantibus tribuamus tympanum, quo illa, de prisco vtique more, vtebatur, illos sanè licebit nobis perspicere indignè prorsus delitescentes sub Græcorum fabula de Curetibus, seu Idæis Dactylis & Corybantibus, quos Iouem aluisse ferunt: & ne vagitu puer proderetur, id est, ne Deus in mortales irasceretur, C clypeolis æneis inter se concursantes æris tinnitu ac numerosi pedis compositione, qui Dactylus inde dictus est, Saturnum celauisse, id est, suis hymnis ac psalmis iratum numen sæpe placasse. Nisi ipse Moyses infans absconsus à parentibus in Ægypto lateat sub hac fabula: de qua in sequentibus[b].

a De præp. Euãg lib. 8. cap. 4.

Corybantes & Dactyli vnde sumãt originem.


b lib. 2. c. 7.

D

Digitized by Google

CAPVT XIII.

A prædicto Deum inuocandi ritu ab Enos inuento & ex aliis indiciis, nec non ex Hebræo textu Genesis colligitur Enoscem instituisse sodalitatem Prophetarum, qui dicebantur Enoscæi, postea dicti
B *Essæi vel Esseni.*



VAMVIS psallere, hymnosque cantare Deo in publicis conuentibus nunc non ita peculiare sit regiosis & monachis; quin ad alios Ecclesiasticos, vtpote, sacerdotes in parœcijs, & Canonicos in suis Ecclesijs collegiatis primò & principaliter pertinere videatur, etiam iuxta priscum Enoscis institutum, quod primùm, sine dubio, filiis Dei, qui priùs fuerant à patre Setho ordinati, proposuit: Ni-
C hilominus mox videbimus strictiorem quandam vitæ normam instituisse, quæ suam à communi filiorum Dei modo viuendi distinctam formam præ se ferebat: idque in tribus quæ colligimus ex illis iuxta Hebr. verbis: *Isti sunt illi heroes, qui à sæculo, Enoscæi nomine.*

Psallere in parœcijs & Ecclesijs collegiatis vnde sumit initium.

Enoscæorum institutum cõmuni aliorum Ecclesiasticorũ vita strictius erat in tribus.

Primum est, quod ob singularem, maiorémque præ cæteris filiis Dei ad extra grauitatem, & fortasse etiam in vestitu (quem propter primi Adæ diuinis manibus confecti vestimenti reuerentiam, in toto vel in parte pelliceum fuisse ferè probant verba Pauli [a] de *pellibus caprinis* antiquorum: item zona
D Eliæ [b] & Ioannis vestimentum [c]) mutationem, cum quadam emphasi, quæ apparet in Hebræo, dicebantur *Gibborim.* Secundum est, quod vbi alij filij Dei more nostrorum Ecclesiasticorum cum populo, & sæcularibus morabantur, & conuersabantur: isti à mundo segregati cœnobiticam vitam agebant. Quod breuiter continent ista verba, *Qui à sæculo.* Tertium, quod vbi discipuli Seth & Ecclesiastici generaliter dicebantur *filÿ Dei*: isti ab institutoris nomine vocantur *Enoscæi.* Horum

a Hebr. 11. 37.
b 4 Reg. 1. 8.
c Matt. 3. 4.

Digitized by Google

a lib. 15. de Ciuit. c. 21.
Augustini de Enos encomium
b lib. de relig. domib. tit. 19 c. 151.
c lib. 3 de doctri. a fidei cap. 1. art. 1
d lib. 2. c. 1. & 9

secundum agnoscere videtur Augustinus [a], cùm dicit: *Enos tam sanctum fuisse, vt vani nominis gloriam non quæsisset in terris.* Ad tertium respexit Thomas Vualdensis [b], cùm ait: *Enos primum meruisse originem fuisse in forma religiosorum perfectorum in statu naturæ.* Quod ante dixerat pluribus alibi [c]. Et certè, istos priorum sæculorum prophetas *perfectorum* nomen habuisse constabit ex sequentibus [d]. A

Filiorũ Dei octo fuerunt sodalitates speciales ab Enos vsque ad Christũ.

Notandum igitur, quòd octo filiorum Dei peculiares sodalitates, seu congregationes in Ecclesia fuisse legimus: quarum duæ fuerunt à mundi principio, hoc est, à temporibus Enos vsque ad diluuium, nempe Enoscæorum (qui ob prioritatem B & antiquitatem, qua cæteris præstant, cognominati postea sunt Cedmonei, hoc est, priscis & corruptè Assamonæi, quorum institutum sectati sunt Machabæi) & Cinæorum: duæ à diluuio vsque ad Moysen, nimirum Cenezæorum & Hebræorum: à Moyse verò vsque ad Christum, quatuor: scilicet, Nazaræorum, filiorum Prophetarum, Rechabitarum & Essenorum. Quibus iungere possemus Saducæos & Pharisæos, qui eiusdem erant instituti: & præsertim Pharisæi, de quibus ait Christus: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi,* &c. [e] Sed quia de perfectione & prima institutione peculiarium so- C cietatum filiorum Dei nunc agimus, à qua Pharisæi multum deflexerant; Saducæi verò erant hæretici, & Esseni iidem erãt (vt videbimus) re & nomine ac Enoscæi; Rechabitæ autem solo nomine differebant à filiis Prophetarum: idcirco duas duntaxat à Moyse vsque ad Christum peculiares filiorum Dei congregationes extitisse dicendum est: *Nazaræorum*, videlicet, & *filiorum Prophetarum.* Sed iuxta instituti nostri & temporis seriem ab Essenis sermonis initium ducendum est.

e Matt. 23. 2.
f lib. de vita contemp.
g 2. de bello Iud. c. 7.
h Tom. 1. Annal.
i de Scriptor. Eccles.
l lib. 2. hist. c. 16. & 17.
m Hæres. 29
n de Instit. cap. 5.
o Hom. 4. in Acta.
p Præfat. in Marcum.
q lib. 1. hist. c. 12.
r lib. 2. c. 55.
Enoscæi, qui postea Esseni an fuerĩt Christiani.

De istis amplissimè tractat Philo [f] post Iosephum [g], quos Baronius [h] tenet fuisse Christianos, vt asserunt Hieronymus [i], Eu- D sebius [l], Epiphanius [m], Cassianus [n], Chrysostomus [o], Beda [p], Sozomenus [q], & Nicephorus [r]. Scio alios aliter opinari, & vetustiores Essenos illos fuisse; quorum mox patebit rectitudo sententiæ. Ego Christianos quoque fuisse censeo: sed qui priùs ex Essenorum grege multos eorum psallendi, Deumque colendi ritus retinuerunt: quos à primis etiam Christianis in

Digitized by Google

A scriptura[a] legimus fuisse seruatos: & cõsultè credit Abulensis ab Essenis libenter Christi receptam doctrinam, quos ne verbo quidem Christus reprehendisse vnquam legitur: cùm Pharisæos & Saducæos creberrimè, asperrimè, iustissiméque arguerit. Imò, propter piissimum, sanctissimum & antiquissimũ filiorum Dei, ad Christum venturũ naturalem Dei filium, analogiam habẽs institutũ, tãdiu, tamque fideliter ac religiosè seruatum in eis: facilè crediderim, Christum ipsum & Ioannem eius præcursorem Essenorum duxisse vitam, vt ex mox dicendis apparebit credibile.

a Act. 4. 37. Ephes. 5. 19. Coloss. 3. 16.

Christus & Ioannes Essenorum vitam obseruarunt.

B Atque, vt ab illorum incipiamus nomine, dum in illo referendo tam anxij, variique ac dubij reperiuntur expositores, vt & nonnulli Essæos, alij Hosios, alij Iessæos, alij Esneistas, alij Essenos, alij cum Iosepho[b], Ossæos, & alij Hessæos nominent: quis non videt ad vetustissimum ac legitimum *Enoscæorum* nomen omnia ista auidè propendere? Certè, Christi temporibus, multò facilius erat recentius ac posterius nomen *Hasidæorum*, quod generaliter pro huiusmodi viris passim legitur in Psalmis[c], isti sodalitati in sua integritate seruare, quàm tam inconstanti nomine eos appellare. De Hasidæis illud est; C *Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia*[d]. Item, *Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ*[e]. Vbi Genebrardus, *Sancti*, ait, *hoc loco vocantur professione religionis & fidei, & non tantum ratione fidei & morum.* Posterioribus licet temporibus huius sodalitatis homines hoc etiam nomine vocati sint apud Iudæos חסידים *Hasidim* vt mox constabit.

b Antiq. l. 13 cap. 18.
Ps. 4. 4. 11. 2. 15. 10. 49. 5. 51. 11. 88. 20. 132. 9. & 144. 17.
c Ps. 49. 5.
d Ps. 78. 2.

Alio quoque nomine nũcupabantur nẽpe, חשונים *Hascionim*. In cuius Ethymologia, quærenda anxiantur admodum interpretes, atque rostro, vnguibusque trahentes, qui D dam deducunt à verbo שנא *sciana*, quasi secundantes sint, id est, secundi ab Hasidæis. Alij trahunt ab חשן *Hhoscien*, quod significat *rationale iudicij* appensum in pectore summi Pontificis[b]. Nonnulli verò deriuant à Chaldæo חסינה *Hhesinah*, id est, fortis ac robustus. At cesset, quæso, anxietas, vbi tanta veritatis similitudo se prodit.

b Exod. 25. 7.

Digitized by Google

In nomine Essenorũ quo pacto & quã do alteratio facta est.

A

Ab illo namque tempore, quo huiusmodi viri à primo eorum institutore *Enos* vocati sunt *Enoscæi*; & qui postea aliqua præ aliis erant eminentia, *Enoscim*, vel *Entacim* appellati sunt, & vox אֱנֹשִׁי *Enosce* præter Metathesim passa est in punctis alterationem; ita vt pro *Enoscim*, legeretur *Hascionim*. Nisi dicamus legitimè vocatos esse הַיְשָׁנִים *Haiescianim*, id est, veteres, seu valde antiquos, sicut per nomen eiusdem notionis dicebantur *Cedmonæi*, corruptè verò Assamonæi.

B

Quòd autem posterioribus sæculis sic vocarentur Esseni, testis est Iosephus Gorionides in ea historia, quam Hebraicè conscripsit de rebus Iudæorum, qui sic habet [a]: *Et etiam* הַשּׁוֹנִים *Hascionim, qui* לְהַסִידִים *Lehasidim, non adduxit Herodes ad Iuramentum, propter Menahem hascionech, qui* לְהַסִידִים *Lehasidim ad Hasidæos spectabat: quia ipse Menahem vir iustus & sapiens fuit in diebus istis.* Nimirum Rex Herodes non cœpit Hascionæos, qui ex Hasidæis erant, ad iuramentum, propter Manahem Hasidæum, cui credidit eo quod iustus esset, &c. Tantò libentiùs debes candide lector istam nostram de nomine Essenorum legitimo acceptare sententiam, quantò apertius videtur litem illam acerrimam dirimere, quæ de hoc iampridem mota est inter doctissimos viros Serrarium, Scaligerum, & Drusium: & præsertim cum eorum scripta priùs paulò ante hanc secundam editionem nunquam legerim.

a lib. 5. c. 25.

C

Cùm igitur Esseni, Hasidæi & Hascionim iidem sint; atque, vt dictum est, & mox declarabitur, sanctum Enoscis institutum, id est, arctior quædam filiorum Dei disciplina seruata sit à filio eius Cainam in suis discipulis, qui propterea Cinæi sunt appellati; & ab istis ad Cenezæos deducta sit; à Cenezæis ad Hebræos; ab Hebræis ad Nazarenos; à Nazaræis ad Rechabitas, quos subsequuti sunt Esseni: sponte deinceps cæcutiet, qui Essenorum & Hascionorum nomina fuisse corrupta, vel alios quàm Enoscæos, Patriarchæ Enoscis disciplinæ sectatores esse negauerit.

D

Alio id robustissimo probatur argumento, ab Essenorum antiquitate mirabili: quæ non ad alia quàm priora mundi sæcula referri posse videtur, iuxta quod de illa sic scribit Pli

Digitized by Google

A nius[a]: *Ab occidentali Asphalitæ littore Esseni, quos fugiant vsquequaque nocentes, Gens sola, & in toto orbe præter cæteras mira, sine vlla fœmina, omni Venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum per sæculorum millia (incredibile dictu) gens æterna est, in qua nemo nascitur*, &c. Solinus vero: *Interiora Iudææ*, inquit, *quæ occidentem contuentur Esseni tenent, qui præditi memorabili disciplina recesserunt à vita Gentium vniuersarum, maiestatis, vt reor, prouidentia ad hoc destinati. Nullæ ibi fœminæ, Venere se penitus abdicant, palmis victitant, nemo ibi nascitur: nec tamen defuit hominum multitudo. Locus ipse addictus pudicitiæ est, ad quem plurimi licet vndique*

B *que Gentium properant: nullus admittitur, nisi quem castitatis fides & innocentiæ meritum prosequatur. Nam qui reus est vel leuis culpæ quamuis summa ope adipisci ingressum velit, diuinitus submouetur. Itaque per immensum spatium sæculorum, incredibile dictu, æterna gens est.* Quæ vltima verba & alia Plinij similia nunc vrgeo, vt violentam inde coniecturam eliciam, iam à mundi principio vtpote, ab Enos Adami nepote & nomen & institutum Essenos accepisse. Quos sine dubio nomine *primitiuorum* intelligit Paulus[b], dicens, *accessistis ad Ecclesiam primitiuorũ, & iudicem omnium Deum & spiritus iustorum perfectorum.* Nomen enim Græcum

C πρωτοτόκοι propriè importat *primogenitos*, id est, illos patres & prophetas, qui fuerunt ex prioribus ac primò genitis hominibus, quales fuerunt Seth, Enos, Cainan, Malaleel, &c. Vnde cum Cinæis & Cenezæis iungi à Deo videntur Cedmonæi, cùm Abraham alloquitur[c], quo nomine prioritatem & insignem antiquitatem importante, Enoscæos cæterorum prophetarum antiquiores intelligere ac circumscribere putandum est, illamque familiam ac sodalitatem quæ posterioribus sæculis corruptis vocabulis tum *Assamoneorum*, tum Eniacim à Iosepho[d] vocata est: ex qua fuerunt Machabæi. Et de ista quidem

D sub nomine vnius tribus ita differit: *Itaque vna sacrarum tribuum accita quæ Eniacim appellatur, Pontificem sortiebatur, casuque exijt homini, per quem maximè eorum iniquitas demonstrata est, Phani cuidam filio Samuelis*, &c. Ex quibus ac sequentibus verbis manifestè constat illos seditiosos vrbisque turbatores qui zelotæ dicebantur, dictum Phanum in Pontificem elegisse inuitum rure (vbi Esseni manere solebant) abstractum, qui propter rusticitatem (qualis esse solet virorum à mundo semotorum)

a lib. 5 c. 17.

Essenorum antiquitas & austeritas admirabilis ex Plinio & Solino.

b Hebr. 12. 23.

c Gen. 15. 19

d Antiq lib. 14. c. vlt. & lib. 20. c. 18. De bel. Iudaic. lib. 4. cap. 5.


Digitized by Google

quid esset Pontificatus penitus ignorabat. Erat autem ex tribu Eniacim, id est, Enoscæorum quæ sacrata dicebatur.

Capvt XIIII.

Enosceorum nomen & institutum probatur ex scriptura, & quale istud fuerit ostenditur.

B


Ræter Essenorum antiquitatem, & nominis eorum cum Enoscæis similitudinem, vt eiusdem instituti fuisse credamus, credendumque præbeamus, suadet in primis, ac penitus vrget admirabilis in modo viuendi vtriusque sodalitatis identitas & acoluthia. Sed antequam distinctiùs illam ostendamus, Enoscæorum nomen enucleandum est, postquam ex sacri codicis originalibus illud legerimus: non tamen sine modica Masoreticorum punctorum alteratione. Quam tanti faciendam, adeoque reuerendam censeo, vt qui leuiter illa contemnunt, vel dicteriis lacerant tanquam parum prudentes, sed nimiùm sibi sapientes despici mereantur. Ast meæ in hac parte mutationis paruitas, cum argumenti grauitate rerumque verisimilitudine collata, nec non meæ simplex, humillima, & citra omnem fastuosæ assertionis tenacitatem, propositio sententiæ facilè mihi ab æquo rerum iudice, prudentique lectore conciliabit veniam. C

Masoretarũ apices nõ leniter cõtemnendi.

Enoscæorum igitur nomen inuenio in illis iuxta Hebr. verbis, prout illa transtulimus: *Isti sunt illi Heroes, qui à sæculo, Enoscæi nomine*[a], Quæ verba ferè ab omnibus de gigantibus intelliguntur, de quibus paulò ante dictum est, *Gigantes autem erant super terram in diebus illis*, &c. Quod gratis omnino fit. Siquidem, pronomen *isti*, & tota clausula ad illos vtique refertur, de quibus immediatè priùs dicitur; *Postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt.* Quibus verbis vna inter alias proponitur diuinæ erga mortales iracundiæ causa, magnúmque totius humanæ corruptionis argumentum: quod etiam illi, qui sanctissimum filiorum Dei institutum profitebantur, D

a Gen. 6. 4.

Esseni, *sed propriè* Enoscæi *ex Scriptura nomen habent.*

fitebantur,

Digitized by Google

A fitebantur, eò peruersitatis deuenerant, vt contra Dei placitum cum Cainitæ sectæ mulieribus matrimonia contraherent. Continent enim ista verba quandam energiam & hypotyposin, qua ex personarum dignitate facti turpitudo lectoribus indicatur. Ac si post maximum aliquod in Ecclesia scandalum, de iis qui illud perpetrarunt, diceretur: Isti sunt, qui tantam profitentur sanctitatem, qui diuinis continuò vacant laudibus, qui à mundo semoti illum penitus spreuisse videbantur, qui cùm per vrbem incedunt, omnes sua modestia, & grauitate in admirationem trahunt. Non aliam certè rationem, velut po-

B tissimam, Abraham protulit nepoti suo Loth, vt ostenderet, rixas inter viros religiosos in maximum sæcularibus vergere scandalum: quando, iuxta Hebræum, dixit ei: *Ne quaso sit contentio inter me & inter te, inter pastores meos, & inter pastores tuos, quia Enoscæni fratres sumus* [a]. Tria igitur præsertim indicare voluit Moyses in illis verbis, quæ notanda sunt. [a] Gen. 13.8.

Primum est nomen *Gibborim*, pro quo Latinus habet *potẽtes*: de quo nos iam egimus [b]. Hac autem vnica voce voluit Moyses tam exteriorem grauitatem & decentiam, quàm interiorem filiorũ Dei sanctimoniam & modestiam comprehendere. Quæ [b] Cap. 9.

C tanta olim erat, vt mirabiles omnibus essent. Vnde factum est, vt *mirificare Nazaræos* [c], & *mirificare* (al. segregare) *sanctum suum* [d] (Hebr. חָסִיד לוֹ *Hasid lo, Hasidæum sibi*) idem sit, ac Hasidæum & Nazaræum consecrare. Priscæ huius grauitatis specimen aliquod videre est apud Philonem [e], cùm ita loquitur de Religiosis Therapeutis, *septimo die conueniunt, inquit, in cœtum communem, & iuxta ætatis ordinem considunt decenti habitu, manus continentes sub pallio, dextram inter pectus barbamque, sinistram applicatam lateri: tum progressus in medium natu maximus, & dogmatum eius sectæ peritissimus disserit vultu ad gra-*

[c] Num. 16. 18. iuxta Hebr.
[d] Ps. 4.3.
[e] de vita contempl.

D *uitatem composito, voce moderata*, &c.

Secundum est illud, *à sæculo*, sed vt transtulimus, *qui à sæculo*. Ex priori autem versione multi, & ferè omnes existimant significari illos, qui dicuntur *Gibborim*, à mundi principio originem habuisse. Quod licet sit verissimum, vt sæpe iam vidimus: ex his tamen verbis hoc perperam elicitur. Tum quia hoc repetere superuacaneum esset, cùm paulo ante expositum sit tempus, quo erant isti Gibborim, illis nempe verbis: *Cùm*

Digitized by Google

a Gen. 6. 1. *cœpissent homines multiplicari super terram*[a]: tum quia si talis esset A sensus, satis fuisset in Hebræo absque pronomine, vt Vulgatus habet, dixisse, *Isti sunt strenui illi à sæculo.* At cùm habeat prototypus cum relatiuo pronomine *qui à sæculo*; vult significare, nomen *sæculi* non pro tempore hîc accipi: sed pro mundo & mundanis hominibus, à quorum contubernio viuendique modo isti Gibborim separati penitus erant. Et hoc non sine mysterio, sed sapientissimè: vt qui ad hoc instituti erant à Deo, vt Cainitas, qui erant *homines ad sæculum*, seu sæculo penitus addicti, quemadmodum illos in sacra Scriptura vocatos probauimus[b], confunderent ac funditus euerterent, vitam mun- B danis & sæcularibus prorsus oppositam ducerent in solitudine. Eo nempe modo, quo eorum sectatores, imitatores, & discipuli Cinæi, Cenezæi, Hebræi, Nazaræi, Rechabitæ, & rigidiores Essedi vixisse leguntur, vt videbimus. Imò Christus ipse in Euangelio eodem spiritu passim ait, se ad hoc in hunc mundum venisse, vt vinceret mundum, & de hoc mundo nec se nec suos esse declarat. Et præterea, cùm Deus his verbis intendat ex instituti horum Gibborim sanctitate: peccati eorum grauitatem ostendere, propter quod tantopere iratus est in genus humanum: si per hæc verba *qui à sæculo* aliquam vitæ eorum excellentiam, *vtpotè* antiquitatem, vellet ostendere, nihil C prorsus faceret, imò falsum diceret, & ei quod nuper dictum fuerat contrarium, nempe his verbis, *Cùm cœpissent homines multiplicari super terram,* &c. quibus manifestè ostenditur istam sodalitatem, vel istos Gibborim nouos tunc ac recentes extitisse, non antiquos.

Homines ad sæculū sunt Cainitæ.

b Cap. 8.

Tertiò sequitur in editione Latina, *viri famosi*: in aliis autem *viri nominis*, seu *viri nominati*, iuxta Septuaginta, qui transtulerunt, οἱ ἄνθρωποι οἱ ὀνόμαστοι. De quibus non dubito Sapientem loqui, cùm ait: *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum* D *conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit*[c]. Verumenimuero quod in prototypo Geneseos[d] legitur nunc אנשי השם *Anscie hasciem*, *viri nominis*, ante Masoretarum apices optimè legi poterat אנשי השם *Enoscie hasciem, Enoscæi nomine.*

Viri famosi sunt Enoscæi.

c Eccl 39.2.

d Cap. 6.4.

A Quod autem licita nobis sit ista lectio, ob id potissimum credo: quòd si Cainan Enoscis filius paternæ traditionis æmulator, & doctor, habuit discipulos, qui ab eo dicti sunt Cinæi; & si Ascenez pronepos Noë [a] eiusdem vel Enoscis vel Caináni inhærens vestigiis asseclas ab eo dictos Cenezæos habuit; & ab Heber eiusdem professionis discipulorum magistro nomen habuerunt Hebræi, vt videbimus [b]: quantò magis & iustiùs Enoscis sectatores vocabuntur Enoscæi, cùm ipse sit primus qui *cœpit inuocare nomen Domini*? Id est, diuini nominis inuocationem palam exercere, seu propitiatorium, vt exposuimus [c] B instituere, seu excellentiùs quàm vulgus soleret, Deum colere, certas ceremonias, & precum formulas adhibendo ex institutione patris sui Seth, vt ritè exponunt post Lyranum, Abulensem, Pererium, Lipomanum in Catena, Del Rio, Vatablus, Rupertus, Sa & Salianus. Quibus addo, hoc eo modo fecisse, quo postea ab eius discipulis Cinæis, Cenezæis, Hebræis, Nazaræis & Rechabitis obseruatum est. De quibus ita legimus [d]. *Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes. Canentes atque resonantes & in tabernaculis commorantes. Isti sunt Cinæi, qui venerunt ex calore patris domus Rechab.* Hoc exponitur postea [e]. C Ideoque optimè Vvaldensem puto dixisse, quod *Enos primus meruit origo fuisse in forma religiosorum perfectorum in statu naturæ.*

a Gen. 10. 3.

b Cap. 15. 16. & lib. 2. c. 8. 13.

c Cap. 11.

Enoscæorum qualis viuendi modus.

d 1. Paralip. c. 2. 55.

e lib. 3. c. 16.

Hoc autem Enoscæorum nomen in Scriptura perspexisse declarat his verbis Chrysostomus [f]: *Et quamuis* (Seth) *non natura, attamen ob voluntatis intentionem ac iudicium etiam qui ex eo nati sunt in genealogiis recensentur. Et sicut hic Enos vocatus est eo quod inuocauit nomen Domini Dei: sic & qui ex eo deinceps ducunt originem eandem sortiuntur appellationem.* Videtur enim sanctissimus & doctissimus pater eodem modo & sensu loqui de priscis D illis filiis Dei, quo Euangelista de iis, qui post Christum *filij Dei* per gratiam *nominari & esse* debebant [g], *Dedit eis*, inquit, *potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt* [h]. Nempe, vt quemadmodum Cainitæ seu *filij hominum* non ita vocati sunt ex eo, quòd à Cain progeniti sunt secundùm carnem, vt plurimi existimarunt, cùm etiam aliquos ex Sethi, Enoscisque filiis carnalibus ad Cainitarum

f Hom. 20. in Genes.

g 1. Ioan. 3. 1

h Ioan. 1.

Digitized by Google

sectam aduolasse credibile sit, qui hac ratione verè *filij hominum* & Cainitæ dici poterant: ita certè Enoscæi non ob carnalem originem tale nomen sortiti sunt: sed ob id solùm, quod sanctam præceptoris & institutoris amplexati sunt disciplinam.

Nomen Heb. Anascim quid importet, & vnde eius etymon.

Vnde colligo, & vt verisimilitudine plenum existimo, nomen quod passim legimus אנשים *Anascim*, cùm in suo singulari אנוש *Enos* non nisi miseriam, obliuionem & abiectionem importet; & tamen in suo plurali vix pro aliis vsurpatum occurrat, quàm pro illustribus & spectabilibus B viris, siue diuino ministerio mancipatis & consecratis, vt erant Leuitæ, Sacerdotes & Prophetæ: siue aliqua sæculari dignitate conspicuis, aut in bello strenuioribus, ab Enoscæorum tempore honoris & excellentiæ accepisse notionem: & fortasse potius אֶנֹשִׁים *Enoscim*, id est, *Enosceni*: quàm אֲנָשִׁים *Anascim* esse legendum: vel אֶנֹשֵׁי *Enoscie*, id est, *Enoscæi*, quàm אַנְשֵׁי *Anscie*, quod interpretatur *Viri*. Imò, crediderim, quod vbicunque hæc vltima vox reperitur, non sit in regimine, vt Mercerus & alij putant: sed verè nomen C patronymicum, nullos alios viros significans, quàm Enoscæos, & pro illis tantùm semper supponat, quorum institutum longè, latéque diffundebatur, & nomen erat illustre: sed præsertim apud Israelitas, inter quos magnus illorum erat numerus, tam inter sæculares, quàm inter Ecclesiasticos.

Enoscæorum duplex ordo, Ecclesiasticorum & sæcularium.

Duplex enim ordo illorum erat, nempe sæcularium & Ecclesiasticorum: sicut duplex obseruantia: vna rigidior, qualis nuper à Plinio & Solino breuiter descripta est sub nomine Essenorum, quorum instituti mox breuis descriptio fiet: altera liberior, ex qua posterioribus sæculis erant strenui illi nobiles & opulenti Duces Machabæi [a]. Vtramque obseruantiam D latè describit Iosephus [b]: & post illum Philo [c] sub nomine Essenorum.

De istis intelligo, quod legitur in libris Numerorum [d]: *Surrexerunt contra Moysen alij filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres Synagogæ, & qui tempore concilij per nomina vocabantur.* In qua sententia vtrumque nomen habetur in Hebræo: nempe simplex *Enoscim* (cui Latinum *Esseni* respondet) pro quo

a 1. Mach. 14. 6.
b 1. de bel. Iud. c. 7.
c lib. quod omnis probus liber.
d cap. 16. 2.

Digitized by Google

A Vulgatus transfert *viri proceres*, ad denotandum generaliter præſtantiam ac præ cæteris excellentiam, nobilitatem, aut dignitatem eorum qui rebellarunt; & patronymicum *Enoſcie* (cui quadrat Latinum Eſſæi ſine n.) quo ſpecialiter indicatur quoſdam ex illis inſuper extitiſſe ex illa ſanctiſſima ac piiſſima *Enoſcæorum* ſodalitate: vt peccati eorum grauitas magis appareat. Proinde, ita ad verbum legerem: *Et ſurrexerunt* (Core, Datan, &c.) *in faciem Moyſi, & Enoſcim ex filiis Iſraël quinquaginta ducenti prælati cœtus, qui vocatur cogregatio Enoſcæorum nomine*, id eſt, qui vocantur Enoſcæi. Cenſeo autem in hac ſen-

B tentia nomine filiorum Iſraël, non totum populum, ſed illos doctores & ſcribas intelligi, qui priſcam Iſraëlis, hoc eſt, Patriarchæ Iacob doctrinam ſectantes, ſtrictiúſque profitentes, dicebantur eius filij, id eſt, diſcipuli, ſub quibus vetuſtiſſimi Enoſcæi & Cinæi comprehendebantur tanquam legis naturæ doctores: qui omnes dicebantur domus, id eſt, familiæ Iſraël: ſicut domus Rechab[a], eſt familia Rechabitarum. Ita autem domus Iſraël paſſim in Pſalmis[b] præponitur domui Aaron, id eſt, familiæ Leuitarum. Dictæ primo ſententiæ ſenſus eſt, non ſolùm Leuitas in Core rebellaſſe, ſed etiam cum

C Datan & Abiron ex tribu Ruben doctores Iſraëlitas 250. viros illuſtres, qui regebant ac moderabantur congregationem Enoſcæorũ. Quod alibi ampliſſimè videas expoſitum[c]. Denique Enoſcæi ergo rebelles illi met ſunt, de quibus ſub nomine Angelorum dicit S. Iudas: *Væ illis qui in contradictione Core perierunt*. Eiuſdem Enoſcæorum inſtituti poſtea fuit Elcana pater Samuëlis, vel ſaltem Anna mater eius cupiebat, & vouit, vt filius eius ex illa ſancta eſſet progenie ac familia, cùm ſic orabat coram Domino: *Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, dederiſque ſeruæ tuæ ſexum virilem* (iuxta

D Hebr. *ſemen Enoſcim*) *dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius*[d]. Vbi etiam Pagninus fateri cogitur, agi de viris rectis & aptis, quorum ſemen rectum eſt, vt detur Domino. Confirmatur ex hoc quod Elcanæ patria vocabatur Ramathaim Sophim, quod eſt *excelſa ſpeculantium*, vt potè, prophetarum, qui diuinis rebus ſpeculandis intendebant; ibi enim erat collegium prophetarum, vbi Samuel prophetans, id eſt, pſallens cum aliis pro-

a Ierem. 35. 2.
b Pſ. 113. 10. 12. 117. 3. 134. 19.
c de Eccl. poſt leg. Epiſt. B. Iudæ verſ. 6.
d 1. Reg. 1. 11.

Digitized by Google

phetis inuentus postea est à Rege Saul[a]. Vide hîc assignata loca[b].

Alium pro sæcularibus Enoscæis hîc solùm adducam, tantò magis vero similem, quantò (vt postea[c] videbimus) Abraham institutum hoc acceptasse videtur, aut iam acceptum exercere iussus est coram Deo, antequam solenne cum eo pactum iniret de eius multiplicanda prole: vt patet ex eo quod ipse Abram & Lot vocabant se *fratres Enoscim*[d], siue Enoscenos: nec non ex eo, quòd iam tum in domo Abram, cum circa illam essent quidam viri sæculares, qui (sicut postea Machabæi[e]) iustè & sanctè viuentes dicebantur Enoscæi, vt constabit ex sequentibus[f]. De quibus illud, iuxta Hebr. intelligendum censeo: *Et omnes viri* (Hebr. Enoscie) *domus illius tam vernaculi* (propriè nouitij, vel initiati) *quàm emptitij & alienigenæ pariter circumcisi sunt*[g]. Et tunc videtur impletum fuisse in Abraham quod paulò ante promiserat ei Deus quasi constituens eum moderatorem & Archimandritam Cinæorum, Cenezæorum & Rephaim[h] qui omnes erant filij Dei & Enoscæi, vt de Raphaim iam vidimus[i], & de aliis postea[l] visuri sumus. Denique, in omnium sacrorum antiquissimo Iobi libro[m] inuenio nomen *Enoscim*, vel *Enoscie* decem vicibus vsurpatum, non pro aliis, quàm pro huiusmodi viris, qui vel Consultores erant, id est, Prophetæ, vel Ecclesiastici & diuino seruitio mancipati.

a 1. Reg. 19. 2. & seq.
b 1. Reg. 2. 33. & 17. 12.
c lib. 3. c. 2.
d Gen. 13. 8.
e 1. Mich. 14. 6.
f lib. 3. c. 2. & 3.
g Gen. 17. 17.
h Gen. 15. 19.
i cap. 10. & 11.
l lib. 2. c. 7. & 15.
m cap 4. 13. 32. 1. 33. 15. 19. 27. 34. 10. 34. 36. 34. 37. 7. & 24.

B

C

Ex quibus infero, eos qui postea dicti sunt Esseni, vel Essæi, non alios esse quàm eos, qui ab Enos filio Seth primis temporibus Enoscæi vocabantur; & ob tanti viri & sodalitatis eius admirabilem sanctitatem vbique diffusum nomen *Enos*, quod in suo singulari nihil nisi miseriam sonat, in suo plurali honoris & eminentiæ notionem accepisse: quemadmodum ab vno Cæsare omnes Imperatores deinceps Cæsares honorifice vocati sunt. Proinde, deinceps spero finem habiturum quod illustrissimus æque ac doctissimus Card. Baronius[n] ita quærebat: *Si tam nobile ac prope diuinum viuendi genus* (Essenorũ) *ante tot sæcula vigebat apud Essenos Iudæos, quæ ratio est, quod nec in veteri instrumento, nec nouo vlla de eo reperiatur, habita mentio?*

Viri illustres cuiuscumque conditionis ab Enos Enoscim dicebantur.

n Tom. 1. Annal. ann. Christi 64.

D

Restat Essenorum strictioris obseruantiæ institutum, quod ex Iosepho & Serario Becanus breuiter compegit in libro de

Digitized by Google

A Analogia veteris & noui testamenti[a], hîc transcribere. Præcipua illius capita fuerunt hæc: I. Abhorrebant à voluptate, & viuebant cœlibes. II. Habebant bona communia more Religiosorum. III. Non vtebantur famulis, sed sibi ipsi ministrabant. IV. In victu sectabantur austeritatem. V. Albis vtebantur vestibus. VI. In qualibet vrbe erant multi simul. VII. Maxima apud eos hospitalitas. VIII. Sine viatico faciebāt iter, quia vbique fere inueniebant suę sortis homines à quibus gratuitò habebant hospitium. IX. Peculiari ratione dediti erant pietati. X. Mane ante Solis ortum nihil profani loquebantur: B sed precibus & orationibus erant intenti. XI. Post preces quisque conferebat se ad suos labores. XII. Deinde iterum in vnum collecti, & lineis velaminibus præcincti, frigida aqua se lauabant & purificabant. XIII. Post hanc lotionem ibant modestè ad cęnaculum, vbi sacerdos ante & post cibum orabat reliquis astantibus. XIV. Finito prandio redibant ad consuetos labores. XV. Quibus finitis, eo ritu cænabant, quo antea pransi erant. XVI. Seruabant accuratè silentium. XVII. Nihil ferè agebant, nisi ex *Curatorum* (Heb. Rephain) suorum imperio. XVIII. Sine *Curatorum* facultate nihil consanguineis C poterant dare. XIX. Nouitios quadriennio probabant. XX. Accuratè seruabant Sabbatum. XXI. Credebant animarum immortalitatem. XXII. Aliqui inter eos futura prædicebant. Et nota obiter, semel & iterum vsurpari nomen *Curatorum* pro superioribus eorum.

a cap. 10. quæst. 10.

Enoscaorum strictioris obseruātia vita & institum quale fuerit.

Cùm autem ex prædictis constet illorum institutum longè ante legem Moysis, imò ante diluuium extitisse; Nihil mirum, si sine vllo tribuum discrimine habuerint Sacerdotes alios ab Aaronicis, qui ad distinctionem (vt videtur) passim[b] Sacerdotes Leuitici generis appellantur. Illos autem fuisse secun- D dùm ordinē Melchisedech, inde potest coniici, quod Pythagoras eorum sectator, non alias quàm exangues ex simila & vino victimas Deo offerri docuit: quæ, attestante Paulo[c], longè *melioris sunt ministerij*, quàm Aaronici. Sic intelligo Iosephum[d] dicentem, quod *Esseni in templo statuunt quidem anathemata, sacrificia tamen non faciunt, propter lustrationum quas præscripserunt, excellentiam, eamque ob causam à communi templo arcentur, & sacrificia* (præsertim incruenta) *seorsum peragunt viri cæteroqui,*

b Deut. 17. 9. 18. 24. 8. 27. 9.

c Heb. 8 6.

d Ant. l. 18. cap. 2.

Inter Enoscaos qui sacerdotes erāt Melchiseae chiani erāt.

Digitized by Google

quo ad mores optimi. Vnde, iuxta veterem Iosephi interpretem, ita legimus; *Sacra in templo non faciunt, quòd sanctioribus vtantur ceremonijs.* Vnde Christus eorum sectator de Psalmis ad legem scriptam pertinentibus ita loquitur, *vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. item. Nonne scriptum est in lege vestra, &c.*[a] Quid si ad iuramentum ei factum de sacerdotio æterno secundùm ordinem Melchisedech relationem haberet illud Rechabitis à Deo promissum[b], *quod non deficeret vir de stirpe eorum stans in conspectu eius* (ad sacrificandum) *cunctis diebus.* Munus autem eorum sacerdotale fuisse suadet, quod Iosephus vbi supra quosdam inter eos Sacerdotes fuisse dicit: deinde ex eo quòd prodit Eusebio teste Egesippus[d], cùm Iacobum lapidibus obterere Iudæi pergerent, *ex sacerdotibus vnum de filijs Rechab, filij Rechabin, qui sunt Ieremiæ[e] testimonio commendati, emissa voce contentiùs dixisse; Quid agitis? Iustus pro vobis Deum precatur.* Fauet Epiphanius[f] de eodem scribens sacerdotio functum fuisse iuxta vetus sacerdotium: & idcirco permissum ipsi semel in anno ingredi in Sancta Sanctorum: atque idipsum retulisse Eusebium, Clementem, & alios fide dignos. Cùm autem Rechabitas Essenos, id est, Enoscæos esse constet ex præcedentibus, qui ob insignem antiquitatem propriè Cedmonei[f] cognominati sint, & apud authores[g] corruptè Assamonei: nemini deinceps mirum videatur, Machabæos, & Sacerdotes[h], & Assamonæos dictos fuisse, cùm Enoscæi fuerint Assidæi nuncupati: quorum sacerdotium longè ante Aaronicum nulli tribui erat alligatum. Præterea ad frequentes purificationes eorum & lauacra pertinuisse, non solùm Pharisæorum minus frequentia ac superstitiosa baptismata[i], sed etiam illud Ioannis, quod Christus è cælo fuisse dicit[l], & ab ipso Christo susceptum fuit. Idque colligitur ex his Scribarum ad Ioannem verbis: *Quid ergo baptizas si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta*[m]? Satis apertè ostendentium, aut Christum solùm, aut ipsum Eliam, aut alium qui esset propheta, id est, ex ipsius Eliæ instituto, huiusmodi baptismo vti posse. Nam in illis verbis & ferè semper alibi, si res bene attendatur, nomen prophetæ propriè sumitur pro iis, qui, vt Elias, Isaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, & alij duodecim prophetæ vitâ a mũdo alienam agebant, quique propterea vocantur *prophetæ qui a sæculo sunt*, id est, à mundo semoti.

a Ps. 109. 4. & Hebr. 7. 17 21.
b Ierem. 35 19.
c lib. 2 hist. c. 22.
d lib. 5.
e Cap. 35.
f Hæres. 29.
f Gen. 15. 19
g Seder minor Rab. Camius Iosephus & alij.
h 1. Mach. 2. 1. 12.
i Marc. 7. 4.
l Math. 21. 30.
m Ioan. 1. 25.

Capvt

Digitized by Google

CAPVT XV.

De Cainan filio Enos, de secunda ante diluuium peculiari Prophetarum sodalitate, quę à Cainan Cinęorum, postea Angelorum dicta est; & de primis ante diluuium Regibus ac Dynastis.



B EX sacro Geneseos[a] textu discimus, vixisse Enos 90. annis, & genuisse Cainan: vnde, annos absolutos numerando, colligitur, Cainan natum fuisse anno mundi 326. Quem à patrefamilias puto missum ad vineam suam hora sexta, incalescente iam nimis filiorum hominum, qui caro sunt, libidinis æstu, atque supra modum flagrante illorum auaritiæ, ambitionis, crudelitatis, tyrannidisque flamma. Et quidem de illius temporis effrænata libidine intelligenda puto verba Methodij, licet mendosam Græcorum sequatur C Chronologiam: *Deinde*, inquit, *anno eiusdem Chiliadis* (id est, primi mundi millenarii) *sexcentesimo*, (qui est Enoscis 165 legitimè verò mundi 400) *mulieres in insaniam versæ supergradiebantur viris*, &c. Sed generalius sic scribit Iosephus[b]. *Cæterùm*; inquit, *superstite etiam tum Adamo Caini soboles sceleratissima euasit, dum posterior quisque fit deterior, nec solùm imitatur priorum vitia, sed ea superat, interim nec à bellis, nec à latrocinijs temperando. Et qui à cædibus abstinebant, alioqui auarè & superbè apud suos viuebant.* Quę verba consultè à Saliano referuntur ad annum mundi 461. Cainan verò 136.

a Cap. 5. 9.

b Antiq. lib. 1. c. 2.

D Sed quodnam aptius vel opportunius potuit Deus tantis malis dare remedium, quàm priori Carthusianorum, vt ita dicam, Enoscæorum religiosæ sodalitati aliam adiungere, aliudque Minoritarum Cinæorum nomine institutum suscitare, quod forsitan aliquid de priori solitudine remittens, & in publicum audacter prodiens suæ castitatis exemplo, Venereis sese furiis vndique bacchantibus opponeret: audaciam & crudelitatem sua humilitate ac benignitate confunderet; bellorúm-

Enoscai vitā contemplatiuā, Cinai mixtam profitebātur.

Digitized by Google

A

que turbines, & seditionum popularium fluctus diuini sermonis, qui *viuus est, & efficax, ac penetrabilior omni gladio ancipiti*[a], efficacia comprimeret, ac sedaret. Itaque videas in Enosçeis Essenos, quos Serrarius, & eius Antagonistæ post alios vocant Theoreticos, in Cinæis autem Essenos practicos, non solùm ante Christum, sed etiam ex prima eorum institutione. Sed vnde colligis, inquies, tale Cinæorum genus fuisse viuendi, & illos actionem Marthæ Mariæ silentio copulasse? Hoc & multa alia non puto malè deduci ex huiusmodi, iuxta Hebræum, à Balaam ad eos directis verbis: *Cinæe robustum est habitaculum tuum, & pone in petra nidum tuum. Quinimo, erit ad depascendum Cain*[b].

a Heb. 4. 12.

B

b Num. 24. 21.

Instituti ergo à Deo sunt Cinæi ad confundendum, perdendum, penitùsque conterendum filios Cain, filios hominum, homines ad sæculum. Sed, ô Balaan, nonne ad hoc etiam instituti sunt Enoscæi, vt nimirum homines sæculo addicti à viris separatis à sæculo confunderentur, & coram silentium seruantibus *omnis* tumultuãs *iniquitas oppilaret os suum*?[c] Imò, quomodo Cain mente & corpore in se & in sequacibus vagus sine quiete, ab iis qui reclusi degunt in solitudine, confunderetur? Imò, inquam, Cinæus aduersus Cainitas futurus est, sicut Israelitæ aduersus infideles, de quibus scriptum est; *Ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, quo modo solet bos herbas vsque ad radices carpere*[d]. Nempe, Cainan vel in sibi imposito nomine iugiter recordetur, ad hoc in hunc mundum venisse, vt præsertim per prædicationem quasi ore deuoret, depascat, ac penitus deglutiat Cain.

c Psal. 106. 41.

C

d Num. 22. 4.

Verisimile est, primum Cainan nomen accepisse propter Cain quem depasturus erat.

Robustum præterea valde est, diuque admodum duraturum, quod ab institutore non nisi grandæuo, annorum videlicet 136. post multas in solitudine, & silentio cum Patre effusas pro mundo pereunte lacrymas, institutum est. Sanè super firmissimam petram stabilitus est aquilinorum istorum prophetarum nidus & habitaculum: quod non nisi post longam rei discussionem, sanctissimique ac sapientissimi patris Enos sæpius repetitum, vel potius vltrò datum super hoc consilium, quod præsentibus grauissimis & vrgentibus malis optimum prepararet remedium. Consilium, inquam, non præceps aut temerarium: sed à longo tempore diuina inspiratione susceptum;

D

Digitized by Google

A qua eadem illum, qui Cain & sectam eius erat depasturus, penitúsque voraturus, in natiuitate Cainan (propriè Kenan) voluerit (vt arbitror) appellari.

Et vt hoc habitaculum tanquam Ecclesiæ Dei vtilissimum magis ac magis roboraretur, diutiúsque in suo splendore maneret: voluit Deus vt Princeps eius ac moderator ad multos admodum, hoc est, 910. annos maneret incolumis; & vt illud inter manus sanctissimi Patriarchæ totiusque mundi ac pietatis futuri reparatoris Noë eius discipuli tunc 179. annorum nati relinqueret moderandum, vt videbimus postea [a]. Paulo post a lib. 2. c. 1.
B quod institutum, vel saltem post diluuium & terræ diuisionem, isti Cinæi videntur habuisse collegium iuxta montem Hermon, non longè ab vrbe Astaroth Carnaim, nomenque dedisse vrbi ibidem sitæ, quæ dicitur Canath, seu Cana: de qua S. Hieronymus [b], & Iosephus [c]. Istorum schola, sicut Enoscæorum, ad Christum vsque durauit: quorum nomen erat tunc Græcè ζηλῶται: quorum zelus versus est in tyrannidem.

b de loc. Hebr.
c Ant. l. 15. c. 5. & de bel. Iud. l. 1. cap. 14.

Ex quibus licet optimè deducere rationem, Cur Enoscæorum, qui dicti sunt Esseni, alij in tam stricta solitudine, abstinentia, ac temperantia, vel etiam cœlibes viuebant: alij gi-
C gnendis vacantes filiis, bello & armis dediti negotiísque sæcularibus sub eodem nomine mediocritatis viam in mundo sectabantur: quales fuisse Machabæos [c] sæpe iam diximus sub Asidæorum nomine, & Abraham sub Hebræorum titulo cum suis nouitiis & Torquatis, quos ad bellum, cùm tempus esset deducebat, de quo postea [d]. In promptu causa est; quòd quamuis prioribus sæculis Enoscæos aut Cinæos cœlibem vitam egisse non sit credibile, quia hominum multiplicationi vacare debebant: verumtamen, tanta illorum pietas & solitudinis amor enituit, Cinæorum verò actiuorum tanta erga proxi-
D mos charitas: vt cùm humanum genus vltra modum creuisse visum est: ex duabus istis sodalitatibus ab eodem patre Enos originem trahentibus, illa quæ Cinæorum erat & actiua, cùm modesto & honesto vteretur habitu ad faciliùs cum cuiusuis conditionis hominibus conuersandum: facile tandem fuit, vt principes sæculares pro modulo suo illos imitarentur, retento etiam vel extento nomine Enoscæorum, propter reuerentiam præcipui institutoris Enos.

c lib. 1. Mach c. 7. 13. & 2. 14. 6.
d lib. 3. c. 3.
Essenorũ in duas partes diuisio vnde habet originem.

Digitized by Google

a Cap.4.18. & 19.

b Heb 11.37

Discrimen inter Enoscæos, & Cinæos apparet in scriptura.

Enoscæi & Cinæi in capitulis generalibus simul conueniebant.

Vtriusque autem societatis discrimen reperio in libro Iob[a] A sub communi nomine *seruorum Dei*: nempe, vt Enoscæi tanquam *separati à sæculo*, habitarent in tuguriolis argillosis, vel, iuxta Apostolum[b] *in solitudinibus errantes* sæpe loca mutarent in quibus locis puluerosis suos cogebant cœtus ad psallendum, vel aliquid decernendum. Cinæi verò actiui, & ad prædicandum vocati, dicebantur *Angeli Dei*: & isti in Ecclesiæ dignitatibus constituti, gloria quadam etiam ad extra, decentique habitu ornati procedebant. Et vtrique, nempe, tam Enoscæi pauperes solitarij, quàm Cinæi comptiores, ad vniuersale concilium nonnunquam conueniebant: in quo plerumque & isti à B gloria humiliati decidebant, & illi ad munia dignitatésque publicas euehebantur. Quæ omnia eleganter admodum & concisè exprimit vnus ex istis & Iobi sodalis Eliphaz, vt illum à Deo tantopere humiliatum tali sub his verbis exemplo consoletur: *Ecce in seruis suis Deus non confirmabit: nec in Angelis suis stabilem posuit gloriam. Etiam habitantes domos luti, quorum in puluere consilium eorum, contriuerunt eos ad facies concilij generalis.* Quorum verborum nostra paraphrasis est: Profectò, Deus non semper seruos suos in hac in qua eos, dignitate confirmat: neque qui inter eos etiam ad extra gloriosi sunt & dicuntur An- C geli eius, in eo statu immobiles ab eo constituti sunt. Siquidem, vel etiam serui illi Dei, qui in tuguriolis argillosis habitant, quique in locis puluerosis sua consilia congregare solent, sæpe contriuerunt eos in conspectu totius concilij generalis. Sed consule nostra commentaria: interim que perspice & nota ex scriptura discrimen inter Enoscæos & Cinæos: & istos dici Angelos seu legatos Dei, quia vt prædicarent instituti sunt. De quorum magno numero electus à Deo fuit ille orator seu interpres eximius, qui Iobo valde ægrotanti indicaret declararetque litis suæ cum amicis æquitatem, quique misertus eius pro eius perfecta sanitate Deum deprecaretur, offerendo pro D eo propitiationis sacrificium. Sic enim interpretor ista Eliu ad Iobum verba iuxta Hebræum siue de seipso, siue potiùs de altero suo socio Eliphaze loquatur hoc pacto, *Si fuerit apud eum* (hominem, nempe Iobum) *Angelus orator vnus ex mille ad indicandum homini rectitudinem eius: & misertus fuerit eius, & di-*

Digitized by Google

A *xerit* (Deo) *redime eum à descendendo foueam, inueni propitiationem.* Ampliorem ibi videas expositionem.

a Iob. 33. 23. 24.

Isti denique sunt *filij Dei* qui à Septuaginta vocantur Angeli in libro Genesis[b].

b Cap. 6. 4.

Isti apud me sunt Angeli, Deique nuntij, seu legati, missi per totum orbem terrarum, tam ab Adamo, quandiu vixit; quàm ab Enos & Cainan eorum patribus ac prælatis. De quibus intelligo illud Moysis ad filios Israel, iuxta Septuaginta. *Mementote diei sæculi* (Vulg. *Memento dierum antiquorum*, nempe, istorum) *intelligite iam annos generationis* (Noë) *generationum*
B (Adam) *interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. Quando diuidebat Altißimus gentes, quando dissemi-nauit filios Adam* (quemadmodum Noë post diluuium, ad instar Adami, filios suos & nepotes per totum mundum disseminauit non antequam multiplicati essent) *constituit terminos gentium iuxta numerum Angelorum Dei*, nempe Cinæorum, qui ad prædicandum missi per totum terrarum orbem præconium Iustitiæ, id est, legis naturalis ministerium, tunc exercere cœperunt, postquam eorum sicut & cæterorum hominum numerus valde creuit.

Cinæi fuerunt Angeli Dei, id est, nuntij, & quando id contigit.

C Et quia verisimile admodum est patrem Adam, & hos eius nepotes sapientissimos tunc cum Setho mundi rectores, illum (vt videbimus[c]) seruasse in hac missione ordinem, quem Noë cum tribus suis filijs Sem, Cham, & Iaphet post diluuium imitati sunt, vt simul cùm Chiliarchis & Dynastis, qui temporalibus præficerentur, Raphaim quoque, id est, animarum curatores, pro vnaquaque regione destinarent ac mitterent: propterea, cum tunc Deus per eos, *constituit terminos populorum*, ad quos & Angelos istos delegauit. Giborim quoque hoc est, Dynastas vnicuique regioni destinasse non dubito.

c lib. 2. c. 6.

D Proinde cum Eusebio[d] prorsus admitto Dynastias Ægyptiorum, vt & Chaldæorum: quorum primi Dynastæ cùm regnarint 1183. annos ante diluuium, dominationis eorum (idem autem censeo de aliarum regionum Dynastijs) principium cœpit anno mundi 473. & simul cum eis missi fuerunt Angeli, id est, nuntij Dei, nempe Cinæi: & tunc Cainan eorum pater erat annorum 148. Hoc autem colligo ex eo quod in Græcis fragmentis omnimodæ historiæ Eusebij, quæ edidit Scaliger, re-

d in Chronico.

Quo tempore tã prædicatores quam populorum rectores à Seth missi fuerũt in mundum.

Digitized by Google

fertur ab Abideno & Apollodoro, qui Berosum laudat au-
ctorem, decem Chaldæorum Reges, ante diluuium, quos
Gigantes (intellige Giborim, id est, Dynastas meliùs quàm
Gigantes) fuisse ait Chronicum Alexandrinum. Conueniunt
Abidenus & Apollodorus in numero Regum, & annorum
quibus regnarint. Sed in nomine non planè consentiunt. Apol-
lodorus hæc habet.

1. Alorus regnauit saros.		10.
2. Alasparus saros.		3.
3. Amelon.	*Abid.* Amilarus.	13. B
4. Amenon.		12.
5. Metalarus.	*Abid.* Megalanus.	18.
6. Daorus.	*Abid.* Daos.	10.
7. Ædorachos.	*Abid.* Anodaphos.	18.
8. Amphis.		10.
9. Otiartes siue Artus, ex Cyril. lib.1. cont. Iulia.		8.
10. Xixuthrus.	*Abid.* Sisuthrus.	18.
		120.

Sarus autem spatium est 3600. dierum. Dictorum autem om-
nium sarorum numerum Salianus[a] reducit ad numerum an-
norum 1183. ante diluuium: Cœperunt ergo regnare anno C
mundi 473. Idem sanè cogitandum de prima Angelorum no-
strorum missione, & de prima Ægyptiorum Dynastia. Interim
nota B. Cyrillum in dicto libro meminisse Xisuthri ex Alexan-
dro Polystore, & Abideno, qui fuerit Noë, nam illi diluuium
Xisuthro ponunt.

a an. m. 1042. in Schol.

Vt autem ad Cinæos nostros reuertamur, isti sunt, qui in
hac sua prima institutione per totum mundum missi vnius veri
Dei Creatoris cœli & terræ fidem, cultum & honorem prædi-
cantes, omnesque ad bonum virtutis stimulantes *Angeli pacis*[b],
verè dici poterant: quorum sanctitas diu emicuit sub modera- D
mine istorum suorum institutorum Enos & Cainan: atque, vt
postea[c] deducemus, vsque ad annum mundi circiter 1042. Et
deinceps, cùm ex nimia viuendi licentia vitiis & scandalis infi-
ci se permisissent, nomen duntaxat retinuerunt Angelorum,
quemadmodum Lucifer & asseclæ post peccatum, solam natu-
ram, & eius dona conseruarunt. Super quod omne tulit pun-
ctum Augustinus[d] his verbis: *Non illos credendum est ita fuisse
Angelos Dei, vt homines non essent, sicut quidam putant. Sed ho-*

b Esa.32.7.

c Cap.18.

d De ciuit. lib.15.c.23.

Digitized by Google

A *mines procul dubio fuisse scriptura ipsa sine vlla ambiguitate declarat. Cùm enim præmissum esset, quòd videntes Angeli Dei filias hominum, &c. sumpserunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant; mox adiunctum est, Et dixit Dominus Deus; non permanebit spiritus meus in hominibus his in æternum, propter quòd caro sunt. Spiritu quippe Dei fuerant facti Angeli Dei, & filij Dei; sed declinando ad inferiora homines dicuntur nomine naturæ, non gratiæ: dicuntur & caro desertores spiritus, & deserendo deserti.* Hactenus Augustinus.

B Isti sunt Angeli, qui contra Cainitas vltimum negantes iudicium Dei, Iustitiam vbique prædicare ex instituto tenebantur, ideoque ab Apostolo Petro[a], dicuntur præcones Iustitiæ, inter quorum principes Enoch septimus in ordine ibidem nominatur: quem sanè Mathusalem filius eius in eodem instituto sequutus est: docet enim Eupolemus apud Eusebium[b], Illum multa ab Angelis didicisse, cæterosque docuisse. Ad hos tandem reformandos tanquam Visitator generalis ac Minister sanctissimus Enoch, à Cainan missus est, vt scribit Irenæus[c]: *Enoch*, inquit, *placens Deo, cùm esset homo Dei, ex filiis Dei, legatione ad Angelos fungebatur.*

a Epist. 2. c. 2. 5.
b De præp. Euang l. 9. cap. 4.
c lib. 4. c. 30.

C Isti sunt Angeli, sed tunc peruersi ac deprauati, qui tum sub isto, tum sub gigantum, sed malè intellecto nomine, vt vidimus[d] ingressi ad filias hominum procrearunt ex illis Gigantes, cum quibus confunduntur Titanes, qui Iouem è cœlo præcipitare voluisse, & alia multa horrenda fecisse dicuntur, qui ob antiquitatem & sæuum in Deos & homines animum & aspectum ansam dederunt prouerbijs: *Titanibus & Chrono* (id est Saturno, quem Sem fuisse diximus) *antiquiores*, & *Titanicus aspectus*, pro tetrico. Propter istorum nuntiorum Dei bonum officium quidam nuntij Dei nomen adepti sunt, vt Aggæus:
D ita vt existimasse nonnullos referat Hieronymus[e], Aggæum, qui sic appellatus est[f], & Malachiam & Ioannem Baptistam, qui nomine Græco Angeli & Hebræo *Malach*, idem significante, reuera Angelos fuisse in humana natura assũpta, cùm tamen ab officio sic tantùm vocati sint, quemadmodum & Christus ipse *Magni consilij Angelus atque testamenti*[g]. Qua eadem ratione huius instituti homines deprauati à quibusdam dæmones æstimati fuerunt.

Quæ de Angelis vel dæmonibus cũ filiabus hominũ facta legũtur, cur meritò fabulosa habeantur.
d Cap. 9. & 10.
e in cap. 1. Aggæi.
f Aggæi 1. 13.
g Malach. 3. 1.

Digitized by Google

 A

a in Ps.132. Isti sunt Angeli, de quibus ita scribit S. Hilarius[a]: *Fertur autem*, id est, *de quo etiam nescio cuius liber extat* (puto fuisse librum
b Cap. 19. Enoch, de quo nos postea[b]) *quod Angeli concupiscentes filias hominum cùm de cœlo descenderent in hunc montem* (Hermon) *maxime conuenirent excelsum.* Sed vt loquamur de iis, qui eiusdem
c Act. 7.53. instituti & nomine longè posteriores fuerunt, quod legimus[c], Hebræos *accepisse legem in dispositione* (εἰς διαταγὰς *iuxta institutiones*, seu *præceptiones*) *Angelorum*, eò libentius de istis Cinæorum instituti religiosis viris, qui tempore legis datæ erant in deserto inter Israelitas, intelligerem; quò de similibus illa interpretatur Primasius, Chrysostomus, Ambrosius, S. Thomas, B
Angeli in quorũ dispositione data lex est, homines erant Enoscai. Ioannes Arboreus, Petrus Lombardus, Oecumenius, Theophylactus, Gagneius, & Innominatus, nempe, de Dei internuntiis Moyse, Aaron, & Iosue, cùm exponunt illa de eadem re verba, *Lex posita est, ordinata per Angelos in manu mediatoris*[d].
d Galat. 3. 19. Est enim vnde suspicari possim illos esse, qui sæpe *seniores Israel* appellantur[e], inter quos annumerandus est Hur filius
e Exod. 24. 1. 9. 14. Calebi maioris, & Mariæ sponsus, qui cum Aarone in mon-
f Exod. 17. 10. 12. tem ascendere solebat[f]. Item Core, Datan & Abiron, qui nondum rebellarant: insignis quoque vir ille verique Dei sacerdos
g Exod. 18. 1. 12. 18. Iethro[g], à quo *Iethræorum*[h], cognitio (quæ Cinæorum surculus C
h 1. Paral. 2. 54. est) denominata videtur: eius quoque filius Hobal, cuius discipuli erant Cinæi, vt in sequenti capite videbitur, & proinde Angeli, Deique internuntij. Ergo, *iuxta institutiones* istorum *Angelorum* sanctorumque doctorum & prophetarum, qui cum Moyse erant in deserto, quósque Balaam, etiam vnus ex Cinæis seu Hebræis de cacumine montis contemplabatur ac mi-
i Num. 24. 21. rabatur[i], lex posita, seu constituta est, populo Israelitico, & à Deo data per Moysen, qui inter Deum & ipsum mediator erat.

l an mundi 2547. n. 1. Quartò à lege data anno, vt vult Salianus[l], quidam ex D istis Angelis, *qui præerant congregationi, quæ dicebatur Enoscaorum*[m], rebellarunt contra Moysen adhærentes conspirationi
m Num. 16. 2. Core, Datan & Abiron, vt vidimus[n]. Ad quos alludit, sine
n Cap. 14.
o Vers. 11. dubio, S. Iudas[o] Apostolus, cùm de quibusdam huius perantiqui Angelorum instituti viris, qui à semel accepta Christi doctrina discesserant, ait: *Væ illis* (Angelis) *qui in contradictione Core perierunt*: quemadmodum alludit ad filios Dei, id est, Angelos

Digitized by Google

A Angelos, qui contra suum institutum, Deique mandatum nupserunt filiabus hominum [a], (nempe, sectæ Cainitarum) ante diluuium, cùm ait: *Væ illis, qui in via Cain abierunt*. Sed quia ista amplissimè declaramus postea in expositione Epistolæ B. Iudæ Apostoli, iam quæ de istis Angelis habemus in veteri testamento videamus. a Gen. 6. 4.

CAPVT XVI.

B

Origo & veritas instituti Cinæorum probatur ex Scriptura.

CIRCA annum mundi 2032. cum Abraham esset annorum circiter 84. paulò post insignem victoriam, quam de Codorlahomor sociisque regibus reportauit, decem & octo annos antequam solenne pactum iniret cum Deo de futura prole cum præcepto de circumcisione statim post celeberrimum illud
C quod ordinauerat Deus sacrificium vaccæ triennis, capræ trimæ, arietis annorum trium, turturis & columbæ: inter quorum omnium partes diuisas *cùm occubuisset Sol, & facta esset caligo tenebrosa, apparuit clibanus fumans & lampas ignis transiens*, pepigit Dominus fœdus cum Abraham dicens: *Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti vsque ad flumen magnum Euphratem Cinæos & Cinezæos, Cedmonæos & Hethæos & Pherezæos, Raphaim quoque & Amorrhæos, & Chananæos, & Gergesæos & Iebusæos* [b]. Vbi nullus expositorum omnia ista nomina tot ritibus; b Gen. 15. 18. & 19.
D locisque distincta distinctas gentes & nationes non interpretatur.

At iam constat ex dictis & apertius ex dicendis tria ex istis nominibus, vtpote Cinæorum, Cenezæorum & Raphaim, non aliquarum gentium aut populorum sæcularium, sed filiorum Dei, seu ex prophetis constantium congregationum esse vocabula. Sed cùm Deus sex duntaxat veras nationes totius terræ Chanaam incolas nominare vellet, atque illas in

Digitized by Google

duas classes distinxisset, in quarũ prima sunt Hethæi, & Pheresæi; in altera autẽ Amorrhæi, Chananæi, Gergesæi, & Iebusæi: vnicuique classi proprios prophetas, filiorumque Dei congregationes præmisit, iuxta nomina quibus illis temporibus apud illas nationes communiter appellabantur filij Dei, hoc est, viri Ecclesiastici, quique in illis regionibus curam agebant animarum: ab istis tanquam à capite, ad illos, tanquam ad alia ignobiliora corporis mystici membra suam dinumerationem inchoando. Quasi Deus diceret: Abraham, in posteris tuis constituam te non solùm caput & moderatorem in spiritualibus B super filios Dei qui sunt & habitant inter Hethæos & Pheresæos, & ab eis vocantur Cedmonæi, Cinæi & Cenezæi: sed etiam, quantum ad temporalia semen tuum possidebit omnes illarum gentium terras. Similiter præeris super omnes Ecclesiasticos, qui sunt apud Amorrhæos, Chananæos, Gergesæos & Iebusæos & ab eis dicuntur Raphaim: insuper illorum quatuor populorum regiones posteris tuis dabo possidendas & inhabitandas.

Cinæos, Cenezæos & Raphaim nõ fuisse populos, sed religiosos, & sodalitates filiorũ Dei.

Quod autem talis sit mens verborum Dei ad Abram ex multis probatur. Primò, quod licet ex Scriptura apertè videri C possit, passimque legatur, sex illas gentes Hethæos, Pherezæos, Amorrhæos, Chananæos, Gergesæos, & Iebusæos veros esse populos; & septima, nempe Cedmonæorum de Moabitis videatur intelligenda, apud quos erat vrbs Cedimoth [a], attamen: etiam Cedmonæos, Hebr. קַדְמֹנִים *Kadmonim*, id est, priores aut antiquiores solos Enoscæos, tanquam omnium prophetarum antiquissimos, minimè autem populum aliquem, esse patebit postea. Sicut nec est qui de Cinæis, Cenezæis, & Remphaim, ostendere possit ex Scriptura veras fuisse nationes sic appellatas.

a Iosf. 13.18.

Secundò, iam antea [b] vidimus nomen Raphaim illud esse, D quo Chananæi, id est, Galileæ Gentium incolæ & aliæ nonnullæ nationes & populi suos prophetas, filiosque Dei nominabant. Iidem autem nunc tribuuntur Amorrhæis, Gergesæis & Iebusæis; ponuntur quoque Raphaim apud Philistæos [c]: ergo non constituunt quendam aliquem populum aut gentem. Tertiò, de Cinæis probatur, quod apud, vel circa Hethæos habitauerint: nam multa cœnobia & sodalitia illos ha-

b cap. 9. & 10.

c 1. Par. 20. 4.

Digitized by Google

buisse in tribu Iuda, in quibus psallebant, & alia Prophetarum munera exercebant constat ex Paralipomenis [a]. [a] lib. 1. c. 2. 55.

Quod autem isti Cinæi non fuerint aliqua gens aut populus sæcularis: sed Prophetarum eandem cum Rechabitis vitæ formam seruantium sodalitas, probatur multipliciter. Et primò quidem, videbitur infra, duos viros cognominatos fuisse Cinæos, nempe Haber, cuius vxor occidit Sisaram [b], & Hobal [c], quem meritò Theodoretus, Paulus Burgensis, Oleaster, Caietanus, Cornelius à Lapide, Salianus & alij Iethronis filium esse dicunt. At Hobal erat natione Madianita. Aut ergo Madianitæ erant Cinæi, & è contra, aut si Madianitæ sunt populi, vt verè sunt, aliquid aliud erunt Cinæi. Quid ergo? An familia ex qua Hobal carnali oriundus sit propagatione? Nequaquam. Siquidem vidimus quosdam Cinæos fuisse Iudæos & ex tribu Iuda. Alij quoque Cinæi erant apud Amalechitas, vt mox videbitur. Cùm ergo Cinęus non sit nomen gentis, aut familię, & de pluribus natione longè distinctis prædicetur: erit nomen familiæ spiritualis & prophetarum, qui sub hoc nomine iidem esse dicuntur cum Rechabitis, in Paralipomenis [d]. Vbi etiam mentio fit de quadam cognatione Iethreorum, quos à Iethro magistro nomen accepisse: deinde à filio ac discipulo eius Hobal sub generali Cinæorum nomine moderatos, directosque fuisse putamus.

[b] Iudic. 4 11 & 18.
[c] ibidem.

Hobal Iethronis filius fuit & Cinæus.

[d] l. 1. c. 2. 55.

Secundum argumentum validissimum est: Quod cùm Rex Saül ad bellum procederet contra Amalecitas, iuxta præceptum quod à Deo per Samuëlem de hoc acceperat, misit ad Cinæos, dicens: *Abite, recedite, atque discedite ab Amalech*, &c. [e] Quibus verbis facilis de loco ad locum transmigratio denotatur, quæ prophetarum familię, qualis erat Rechabitarum, facillima est, præsertim si nihil possident; minimè autem vni ciuitati, vel populo, qui terras, possessiones & agros non ita facilè deserit, nec tam citò ac fecerunt Cinęi ad Saülis imperium. Statim namque dicitur: *Quod recessit Cinæus de medio Amalech.* Sicut longè postea Rechabitę eiusdem professionis viri, iubente Rege Iosia, ne aliquod detrimentum acciperent ab exercitu Chaldęorum, à loco extra Ierusalem, in quo solitarij degebant, reuocati sunt in vrbem, & datum eis est habitaculum iuxta templum [f]. Pręterea, si Cinæi essent aliqua na-

[e] 1. Reg. 15. 5.
[f] Hier. 35.

Digitized by Google

tio ex gentilibus, ſicut erant Amalechitæ, non monuiſſet eos A
Saül, vt cauerent ac recederent; ſed in eadem clade cum Amalechitis eos inuoluiſſet. At tanquam aliquos ex Dei populo illos ſeruare curat. Quòd ſi Saül grauiſſimè peccauit, & à Deo reprobatus eſt, eo quod non occidiſſet Amalechitas vſque ad internecionem: quid dictum ei fuiſſet à Deo per Samuëlem, ſi aliam inter eos habitantem ſeruaſſet nationem? At de iſta Cinæorum ſeruatione ne verbum quidem diuinæ reperitur reprehenſionis. Ergo erant ſaltem ex fidelibus & populo Dei: qui tanquam huiuſmodi *fecerant miſericordiam cum Iſraël, cùm*
a 1. Reg. 15. 6. *aſcenderent de Ægypto* [a]. Quod valde notandum. Si enim fuiſſet B
integra natio fidelium, non ſolùm benignè recepiſſet fratres ſuos Iſraëlitas liberum eis concedendo tranſitum, quod eſt (vt puto) miſericordiam cum eis facere: ſed illos in ſuam regionem admiſiſſent; cùm ſaltem eorum Sacerdotes & prophetæ (qui erant apud Idumæos, quales erant Amalechitæ ex
b Geneſ. 36. 12. Eſau oriundi [b]) non ignoraſſent promiſſiones factas Abrahæ.
Cinæi quam miſericordiã fecerunt Iſraëlitis venientibus ex Ægypto.
Et hæc eſt cauſa, cur Cinæi qui erant inter Amalechitas, cùm eſſent prophetæ & religioſi, tranſeuntibus Iſraëlitis pro modulo ſuo benignè eos excipiendo liberum permiſerunt tranſitum, quem Amalechitæ negarunt reſiſtendo eis, fortaſſe contra Cinæorum conſilium, vel illis inconſultis. C

Hæc & alia de Enoſcæis & Cinæis iam digeſſeram, cùm ecce occurrit mihi doctiſſimus ac diligentiſſimus ſacrorum ex Scripturis myſteriorum indagator Nicolaus Serrarius, qui in ſuis ſuper lib. Iudicum Commentariis exponens illa verba, *filij autem Cinæi cognati Moyſi aſcenderunt de ciuitate palmarum cum*
Laudatur Serrarius.
c Iudic. 1. 16.
filijs Iuda in deſertum ſortis eius, quod eſt ad meridiem Arad, & habitauerunt cum eo [c], mouet quæſtionem, Cur iſti Cinæi loco adeò fertili, amæno & ſuaueolenti, qualis erat vrbs palmarum, id eſt, Hiericho, relicto, ſolitudinem petunt? An leuitate quadam huc illuc vagabantur? An Beniamitæ ſua è tribu eos pellebant? Tandem poſt quæſtionis multiplicem, ſed minimè animum tranquillantem ſolutionem, profert huius tenoris ſententiam. Si animum, inquit, aduertere liceat, videbimus eos hoc ipſo iam tempore vitam illam quæ veteris teſtamenti monaſtica quædam & anachoretica fuit, quæque apud Iere- D
d c. 35. 1. 2. 3. miam [d] (vbi videlicet refert inſtitutum Rechabitarum) valde

A à Domino laudatur & stabilitur, inchoasse: ideoque locis frequentioribus & mollioribus desertis solitudines, è quibus in in vrbes, tanquam in carceres, vt ait Epist. 8. Hieronymus ad Paulinum, interdum venire coacti sunt, captasse: in solis tabernaculis habitasse, prout cap 4. (lib. Iudicum) de Habero dicitur vers. 11. Istud hîc olim pluribus monstrabam: sed quia me postea contigit de tribus Iudæorum sectis aliquid scribere, fuerunt necessariò transferenda illuc omnia. Quæ si ab vllo desiderantur, ea is inueniet lib. 3. Trihæresij cap. 9. lib. 5. Mi-
B nerual cap. 13. 19. & seq. Sed vbinam desertum in quod hi ascenderunt Cinæi? textus affirmat vers. 16. fuisse hoc *ad meridiem Arad*, seu Harad ab Hiericonte ac Ierosolymis procul ad extremos occidentales meridionalesque salsi maris partes, vt ex Numer. 21. vers. 1. & Topographorum omnium consensu patet. Vnde etiam in locis Hebraicis D. Hieronymus, *Arad, seu Arat, est ciuitas, in qua habitarunt filij Hobab soceri Moysi in medio Israëlis.* Habitasse siquidem in ea vrbe ipsos dicit, quemadmodum & supra in Hiericho habitasse dicebantur: *in agro*, scilicet, *Aradio*, seu in vicina solitudine. Ita vt tanta ista loci designatio & commonstratio prorsus innuat à Cinæis istis esse
C Essenos illos, quos Plinius [a] describit. a lib 4. c. 1.

Huc vsque Serrarius, qui postquam ipsa Plinij verba iam priùs [b] à nobis recitata laudauit, vt ostendat illum locum, quem Cinæi elegerunt, fuisse in *Occidentali Asphaltitæ littore*, educens à nomine Hebræo *Harod*, quod est *onager* etymon vrbis Harad, ad cuius meridiem positum erat illud desertum, ad quod Cinæi dicuntur descendisse, & quod in sorte Iudæ fuisse dicitur [c] suspicatur (& rectè) illudmet fuisse, in quo Christus & Ioannes Baptista versati sunt: præsertim, cùm apud Marcum [d] scriptum sit, *Et erat* Christus *in deserto quadraginta diebus,*
D *& quadraginta noctibus*, &c. *eratque cum bestijs.*

b Cap. 12.
c Iudic. 1. 16.
d cap. 1. 13.

Sed planè iuuat locum insignem ex Paralipomenis adducere, in quo & identitas Cinæorum cum Rechabitis, & eorum prima ciuitas, & habitatio in tabernaculis, & psalmodiæ vsus, & sodalitia conspiciuntur sub familiarum, seu cognationum nominibus & cœnobia quæ dicuntur residentiæ vel requietiones, & tandem prodit quasdam eorum classes quæ ab diuersis archimandritis diuersa & distincta sortiuntur nomina; vt potè,

Digitized by Google

Sematheorum à Sem; *Iethreorum* à Iethro; *Aphutheorum* (puto Iephtheorum) à Iapheth, erantque in quibuſdam ciuitatibus circa Ieruſalem & Hierico, vbi nunc Cinæi habitare dicuntur. Textus ad verbum huiuſmodi eſt: *fuerunt autem filij Sobal patri Cariathiarim videnti* (id eſt, prophetæ) *dimidium requietionum & familiarum Cariathiarim Iethreorum & Phutheorum & Sumatheorum & Miſraheorum. Ab iſtis egreſſi ſunt Sorhathæi & Eſthaulithæi. Filij Salma Bethlehem & Nethophati coronæ* (pluralis eſt) *domus Ioab, & dimidium requietionis Sorhi: & familiæ ſcribarum inhabitantium Iabes, aſſociatorum, reſonantiũ, in tabernaculis cõmorantium.* B *Iſti ſunt Cinæi qui venerunt de Hhamath* (ciuitate) *patris familiæ Rechab.*

Quorum verborum & præcedentium breuis elucidatio talis
a 1. Paral. 2. 8. eſt: Caleb filius Eſron [a] de tribu Iuda nupſit Ephratæ [b] ex qua
b Ibid. v. 24. & 50. genuit duos filios Sobal & Salma, quorum primus fuit paſtor & rector vrbis Cariathiarim, nec non dimidiæ partis cœnobiorum quæ in ea erant de familiis Iethræorum, Iephtheorum, Sematheorum & Miſraheorum: de quibus originem trahunt aliæ duæ quæ vocantur Sorathæorum & Eſtaulithæorum Secũdus autem Calebi filius nomine Salma paſtor fuit duarum ciuita- C
c Ibid. v. 16. tum quibus valde honoratur familia Ioab neptis Dauid [c] Regis: iſtæ autem ſunt Bethleem & Nethophati; ſub eius quoque moderamine fuit dimidium reſidentiarum, ſeu cœnobiorum vrbis Sorhi, familiæ quoque Cinæorum ſeu Re-
d lib. 3. c. 16. chabitarum, &c. quæ iterum exponentur in ſequentibus [d]. Vnde patet inſignis arrogantia ſimul & ignorantia Scalige-
e Cap. 23. ri, de ſe tantopere præſumentis, qui in ſuo aduerſus Serrarium Elencho [e], audet erroris Paraphraſtem Chal. arguere
f Gen. 15. 19. Iudic. 1. 16. & 4. 1. quod vbicunque nomen הקיני *Kinæi* reperit [f], ſemper illud transfert per שלמאה *Scialmæi*: nempe, D ignorans Cinæos eſſe diſcipulos Salma filij Caleb, & patris, ſeu moderatoris vrbis Bethlehem & vrbis Nethophati. Ab illo igitur Cinæi qui erant in tribu Iuda cognominati ſunt
g vbi ſupra cap. 23. Scialmæi. Neget iam Scaliger [g] de Cinæis aliquid ex ſcriptura certi dici poſſe.

Præterea quod diximus Eſſenos eoſdem eſſe cum Cinæis
h Hæreſ. 29 confirmatur ex eo quod habet S. Epiphanius [h] de illorum vbi

Digitized by Google

A upra, mansione iuxta Philonem [a] de eis differentem. *Monasteria ipsorum*, inquit Epiphanius, *in vicinia circa Mariam paludem recensens non de alijs narrauit* (loquens videlicet de Essenis) *quàm de Christianis*. Vnde confirmatur mea iam ante [b] posita suspicio, (quantumuis strideat Scaliger [c], aduersus eos qui dicerent Christum fuisse Essenum) quod Christus & Ioannes Baptista locorum desertorum amatores Essenorum vitam vtcumque tenuerint. Et cùm ista loca non longè distent à montibus Abarim [d], & à Bethabara [e], eademque sint, in quibus olim Patriarcha Heber cum suis discipulis habitabat, vt videbi-B mus [f]: profectò iidem erunt Esseni & Cinæi, ac ij qui post diluuium ab Heber Hebræi sunt appellati.

a lib. de vita contempl.

b Cap. 13.

c in Elench. contra Serar. c. 31.

d Deut. vlt.

e Ioan. 1. 28.

f Infra lib. 2. cap. 7.

Sed audiamus super hoc Rabbi Salomonem cùm exponit illa verba, *filij autem Cinæi cognati Moysi ascenderunt de ciuitate Palmarum cum filijs Iuda in desertum sortis eius quod est ad meridiem Arad* [g], &c. Expositio illius talis est: *Ab vrbe palmarum, ipsa est Iericho, quia illis*, Cinæis, *data est pinguedo siue vber, vt vescerentur ea, donec ædificarentur domus sanctuarij*, sanctuarium siue templum: *& quicumque ædificaturus esset domum electionis*, sanctuarium, *in partem suam*, nempe san-C ctuarij tanquam eius possessionem, *acciperet eam* (non Cinæorum familiam, vt vult Scaliger [h], sed vrbem Iericho) *vt omnis Israël*, antiqui prophetæ in Cinæis, qui ex omni tribu erant, & non sola tribus Leui, vt mox videbitur, *partem haberet in domo electionis*, ad Deo ministrandum ibi. *Quare*, Seniores Israël, *dederunt eam filijs Iethro* (qui erant Cinæi nomine Iethræi [i]) *quadringentos & quadraginta annos* nempe vsque ad ædificationem templi, quo tempore alios quam Iethræos ibi mansisse significat. *Discipuli verò qui ante eos*, Iethræos, *erant* in Iericho (ergo ante aduentum D Israëlitarum erant ibi Cinæi) *reliquerunt eam, & iuerunt ad Othoniel filium Kenez*, id est, Cenezeum, vt vidimus, *qui & Iabetz, in desertum Iudæ, quod est ad meridiem Erad, ad discendum legem* Mosaicam. Rursum Rab. Salomon: *Et habitauit populus* Israel *cum discipulis* Cinæis *qui habitant ante eum* in deserto Iudæ, *Ipse* Othoniel Cenezæus *postulauit à Deo benedicto, vt prepararet sibi* in dictis nouis Cinæis *discipulos*

g Iudic. 1. 16.

h Vbi supra cap. 13.

i 1. Paral. 2. 55.

Digitized by Google

commodos, qui eiusdem secum instituti sibi obtemperarent: *quia dictum est*, 1. Paral. 4. 10. *Et clamauit Iabetz ad Dominum*. &c. *& praparauit illi sanctos* Hebr. חסידים *Hhasidim illos, nimirum Kenaos, de quibus institutus est sermo*. Hæc Rab. Salomo.

Serrarij ergo sententiæ iam priùs à me exaratæ, quam apud eum tam distinctè positam comperi, cur non subscriberem? Nisi in hoc, quod dixit à Cinæis Essenos originem trahere: cùm potiùs ab istis illos deriuatos esse dicta conuincant: vt de Rechabitis (quos eosdem cum illis esse sæpe vi- B
dimus) sic habet Suidas Ἐσσαῖοι πρόγονοι Ιωναδὰβ υἱοῦ ῥηχὰβ τοῦ δικαίου, id est, *Essæi erant maiores, seu parentes, & auctores Ionadabi filij Rechab iusti illius*. Imò Cinæis, Cenezæis, Hebræis, Nazaræis & alijs prophetis cuiuscumque nominis fuerint antiquiores sunt Esseni. Vnde Rab. Abraham [a] scribit Nazaræos dictos fuisse Essenos.

[a] in lib. Iohasim.

Ob quam tantæ antiquitatis præstantiam ipsos קדמונים *Kadmonim*, seu Cedmonæos [b], indeque à Plinio & Solino *Gentem æternam* appellatos fuisse iam diximus. C

[b] Gen. 15. 19

Capvt

CAPVT XVII.

Cedmonaeos, de quibus Genes. 15. eos esse, quos posteritas in Machabaeis corruptè nominauit Assamoneos, qui fuerunt sacerdotes secundùm ordinem Melchisedech ex Enoscaeorum sodalitate. Declaratur etiam quo pacto & tempore
B *summi tam Leuitici, quam Melchisedechiani ordinis sacerdotes à diluuio vsque ad Christum rexerint Ecclesiam.*



ECCLESIASTICI, quos sub Cleri nomine nunc comprehendimus, quosque prioribus tam ante, quam post diluuium saeculis filios Dei nuncupatos fuisse probauimus, [a] posterioribus seruorum ac puerorum, hoc est, ministrorum Dei nomine donati sunt. De illis enim intelliguntur illa non semel in Psalmis [b] repetita verba, *Laudate*
C *pueri Dominum, laudate nomen Domini. Laudate nomen Domini, laudate serui Dominum. Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini. Qui statis* (al. militatis) *in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri.* Per vices enim militabant, ac ministrabant in domo Dei iuxta vniuscuiusque munus & officium. Horum post legem Moysi tres praesertim classes seu familiae erāt Aaroni summo Pontifici, eiusque successoribus subditae, quae sub istis Psalmistae [c] verbis comprehenduntur, *Domus Israel benedicite Domino: domus Aaron benedicite Domino: Domus Leui benedicite Domino: qui timetis Dominum benedicite Domino.* Per domum Aaron
D intelliguntur omnes sacerdotes, Leuitae, alijque Dei ministri, qui de tribu quidem Leui erant prognati, sed per Aaron, per domum Leui significantur omnes sacerdotes, ac cuiuscumque ordinis Dei ministri, qui ex Leui ducebant originem, sed per Caath filium ipsius Leui, quiquidem Caath longe ante Aaron primus fuit Pontifex summusque sacerdos Leuitici generis, vt posteà [d] videbitur. Et haec est vna ex causis rebellionis Core aduersus Moysen & Aaron. [e] *Cùm enim esset ex eadem tribu & co-*

a Cap. 5. & 6.
b Psal. 112. 1. 133. 1. 134. 1.
c Psal. 134. 19
Domus Israel pro Prophetis legis naturae.
d Lib. 3. cap. 11.
e Num. 16.

a Antiq.lib. 4.cap. 2.

gnatione, ait Iosephus, [a] *iniquum censebat se illi posthaberi.* Cùm præsertim (addo ego) summi Sacerdotis officium sorte deferri solitum non successione quidam asserant apud Iosephum, [b] nec diffiteatur: nec ita fuerit addictum domui Aaron quin aliquando aliquis de domo Caath illo functus fuerit: vt vir ille sanctissimus ac illustrissimus Samuel; quem ritè, optimè & sapienter asserunt ferè omnes antiqui Patres [c] non solùm supremi Iudicis, sed etiam Sacerdotis dignitatem habuisse. Notent hoc illi, qui contra tantam testium nubem contrarium audentes asserere, magnis præmuntur angustiis. Tertia domus vocatur Israël. (Nam qui quarto loco dicuntur *timentes*, id est, colentes *Dominum*, generaliter comprehendunt omnes in populo fideles) quod nomen specialiter denotat & amplectitur omnes illos antiquos Prophetas Deíque ministros, qui ab initio sæculi vsque ad sacerdotium Leuiticum extiterunt: eo quod Israël, id est, Iacob, vltimus in lege naturæ Prophetarum corypheus, & ministrorum Dei, totiusque Ecclesiæ supremus Pontifex fuit, vt etiam aliquando [d] videbimus. In quo quidem priori Ecclesiæ statu quosdam Dei ministros ac sacerdotes extitisse nemo sanus ibit inficias, & nos vsque nunc amplè demonstrauimus, & patet in Noë, Melchisedech, Iob & alijs. [e] De quorum familia erant illi duodecim pueri (id est ministri) de filiis Israël, qui statim post legem datam sacrificia obtulerint.

b De bel. Iud. lib. 4. cap. 5.

c Aug lib. 17. de Ciu. c. 4 lib. . Retract. cap. 43 & cont Faust. lib. 12. c 33 in Psal 98. Greg. in 1. lib Reg. Chrys. ser 1. de Anna versus finé, & ser. 2. & 3. in epist. ad Hebræos Ignatius epist. 3. ad Magnes. Clem in const. Apostol. lib 8. cap. 1. & 46.

d Lib 3. c. 11

e Exod 24. 5

B

C

Quæquidem Iraëlitarum, seu priscorum sacerdotum, seruorumque Dei familia, adueniente lege Mosaïca destructa penitus non est: sed in Enoscæis, Cinæis, Cenezæis, alijsque huiusmodi viris religiosis simul cum antiquo Melchisedechis sacerdotio, (quod etiam in hoc æternum, minimè deficere, sed à Christo perfici debebat) incolumis seruata est, vt antea [f] vidimus. De quibus Esdras loquebatur dicens: *Quæsiui in populo & in sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni.* [g] Satis apertè indicans tunc apud se multos fuisse sacerdotes quorum nullus erat de tribu Leui. Quid quod Nehemias, quem constat fuisse sacerdotem [h] fuit de tribu Iuda, vt apertè constat ex his ipsius verbis: *Venit Hanani vnus de fratribus meis, ipse & viri ex Iuda:* [i] Nam & 70. habentes *viri Iuda*, significant eos fuisse de tribu Iuda. Quòd autem ista verba aliter detorquentur ratio est: quod absurdum omnes existimant post Aaronem consecratum

Sacrific. Melchisedech quo sensu dicitur æternum.

f Cap. 13. & 14.

g 1. Esdr. 8. 15.

h 2. Mach. 1 Per.

i 2. Esdr. 1. 2.

D

alios quam Leuitici generis agnoscere sacerdotes. Quod ex prædictis moxque dicendis falsissimum comperitur: vigebat enim semper priscũ Melchisedechis sacerdotium. [a] Et istud est antiquum sacerdotium, quo Iacobus frater Domini, & Apostolus fungebatur, ideoque permissum tunc ei erat ingredi in Sancta sanctorum, vt vidimus. a Cap. 33.

Ista igitur familia sub nomine *domus Israël* excitatur à Psalmista cum aliis duabus; Leuitica nempe & Aaronica, ad ministrandum & benedicendum Domino: quemadmodum alibi [b] sub *Asidæorum*, id est, sanctorum nomine promouetur ad hoc B suum ministerium obeundum: *Congregate illi sanctos eius* (Asidæos eius) *qui ordinant testamentum eius super sacrificia.* Et notanda prorsus quæ subsequitur Aaronicorum sacrificiorum reprobatio his verbis, *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos,* &c. Deinde acceptatio sacrificij Melchisedechiani cum subiungit, *Immola Deo sacrificium laudis* Hebr. תודה *thodah*, quod vocatur ab Aquila εὐχαριστίας, & erat in gratiarum actionem, constabatque panibus duobus azymis, quorum alter cedebat in vsum sacerdotis, alter in offerentis. De quo præsertim intelligendum videtur quod prius sic C in vnius numero iuxta Hebr. dictum fuerat de Asidæis, *Congregate illi sanctos eius, qui feriunt pactum meum* (κατ' ἐξοχὴν, nouum testamentum) *in sacrificio.* De quo Psalmum terminans ait, *Sacrificium laudis honorificauit me: & illic iter quo ostendam illi salutare Dei.* Explicant apertè, constanterque de Eucharistia, Lyranus, Valentia, Aignanus, Hesychius, Dion. Carthusianus, Genebrardus, Agellius, Bredembachius, nec non Turrianus, [c] Zeno Veronensis, [d] & Francisc. Horantius, [e] &, quod pluris refert, Augustinus, [f] qui hoc sacrificium laudis immolari scribit ab Ecclesia, & vmbris sacrificiorum singulare istum siD gnificatum ab Israële secundùm spiritum, non secundùm ordinem Aaron, sed secundùm ordinem Melchisedech. Quod & מנחה *Minhhah*, id est, sacrificium farreum passim appellatur, etiam apud Malachiam [g] vbi & sacrificium Leuiticum destructum fore prædicitur per colationem, id est, cum consummatione factam purificationem sacerdotum à cruentis impurisque eorum victimis, & Deo placitum sacrificiũ Minh-

b Psal. 49.

Sacrificium laudis, est sacrificium Missæ.

c de dogm. charact. & 2 de Eucha. cap 10.
d Serm. 15. vel 17. in Ps 49 tom. 2. Bibl. PP. col 1208.
e Lib. 3. locorum Cathol cap. 14
f Lib. 11. cont. aduers. legis & Prophetarum cap. 20. & lib. 20 contra Faustũ c. 21.
g Cap. 3. 4.

 A
hah, *in iustitia sicut dies sæculi, & sicut dies antiqui*, legis naturalis. *Purgabit* Christus *filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum: & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium* (Minhhah) *Iuda & Ierusalem sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui.* Quasi dicat: placebit sacrificium Melchisedechianum Eucharistiæ, sicut mirificè placuit in sua figura oblatum antiquitus per Melchisedech, Isaac, Iacob & alios Patriarchas, vt habetur in Canone Missæ, *Supraque propitio ac sereno vultu respicere digneris, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, & quod ibi obtulit sacerdos tuus Melchisedech.* B

Istud est sacrificium sæpe dictum iustitiæ, id est legis naturalis: quod in deserto offerebant Issachariani & Zabulonitæ, quibus à Moyse[a] dicitur: *Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ.* Idem cogitandum de Helia patre Rechabitarum.[b] Quod enim legimus illum obtulisse sacrificium cruentum, id non ex instituto, sed ex peculiari Dei inspiratione, vel cum purioribus & longè simplicioribus antiquorum patrum ceremoniis fecisse credendum est ad confundendum Baalitas: quos ex Enoscæis oriundos fuisse visuri sumus.[c] Ad quod facilè respexit Rex Ieroboam, cùm sui schismatis tempore, *abiecit omnes sacerdotes Leuiticos ne sacerdotio Domini fungerentur.*[d] Nempe, vt ante legem sine delectu tribuum eligens sacerdotes domus Israel, facilius populum deciperet. Isti sunt sacerdotes inter Prophetas Cinæos, Cenezæos, Hebræos, Nazaræos, Rechabitas, aut cuiuscumque alterius nominis sub generali Essenorum, id est, Enoscæorum vocabulo comprehensi: qui ob insignem, in eorum capite & institutore Enos, antiquitatem, cæteris præferri videntur in nouo Testamento, cùm non semel vocantur *Prophetæ, qui à seculo sunt*[e], quia vel à mundi sunt principio, vel à mundo semoti, qui ab eandem causam vocantur *primitiui* ab Apostolo[f] Græcè πρωτοτόκοι, propriè *primogeniti*: id est, illi prophetæ & sancti, qui fuerunt ex prioribus & in principio mundi genitis hominibus: quales fuerunt Seth, Enos, Cainan, Malaleel, &c. Quibus tanquam priscæ Ecclesiæ nouam Christi per fidem adhærere dicit Paulus: *Accessistis* (inquit Hebræis) *ad Ecclesiam primitiuorum & iudicem omnium Deum, & Spiritus iustorum perfe-* C D

a Deut. 33. 19.
b 3. Reg. 18. 21.
c Cap. 17.
d 2. Paral. 11. 14.
Cedmonai id est antiqui, sunt Enoscai.
e Luc 1. 79. Act. 3. 21.
f Hebr. 12. 23.

Digitized by Google

ctorum. Linguæ Hebraicæ peritissimus Paulus Doctores Hebræos alloquens optimè nouerat, hoc nomen pro huiusmodi viris in Genesi[a] reperiri קַדְמֹנִי *Kadmoni*, quod priores, priscos, antiquos & antiquiores sonat. Quo sensu, S. Iob, qui Cinæus erat, vocatur magnus inter omnes filios antiquitatis, iuxta Hebr. filios Kodem, quod optimè circumloquitur prophetas qui dicebantur Kedmonæi. Isti sunt ad quos alludit Michæas[b] loquens de prophetis Eliæ sectatoribus: *Pasce populum tuum* (familiam prophetarum) *in virga tua, gregem hæreditatis tuæ habitantes solos* (in solitudinibus) *in saltu in medio Carmeli pascentes* (sua doctrina) *Basan* (regionem Hus, in qua prisci Raphaim habitabant[c]) & *Galaad iuxta dies antiquos*: hoc est, iuxta priscum olim ibi habitantium prophetarum institutum. Isti sunt, ex quorum sectatoribus Christum esse putantes, dicebant: *Quia propheta vnus de antiquis*[d] *& prioribus* (quasi dicerent ex Cedmonæis) *surrexit.* Institutum igitur Essenorum reperiet illustrissimus Cardinalis Baronius[e] etiam in Euangelio. Isti denique sunt, qui sicut post reditum ex Babylone, vbi lingua Hebræa tantopere corrupta est, corruptè nuncupabantur Esseni: ita malè pro Cedmonæis vocati sunt Hasmonæi vel Assamonæi: quo pacto Iosephus[f] & alij auctores passim appellant Machabæos: quos id nominis à quarto ducum istorum Matthathiæ, Iudæ, Ionathæ & Simeonis accepisse cum Iosepho Rabbini tradunt. Etsi ferè omnes Hebræi illud altius ordiuntur, nempe à patre Assamonæo. Iosephus[g] scribens Matthathiam filium esse Iohannis, Iohannem Simeonis, Simeonē Assamonæi hoc nomen ab auo tribuere videtur. Eadem est Zonaræ, Nicephori & interpretis Gorionidis[h] sententia. Iosippus auum Machabæorum, nempe patrem Matthathiæ Iohannem appellat *Hasmonai*, & eius filios, filios *Hasmonai*: similiter interdum Gorionides. Fieri tamen potest, ait Serarius,[i] vt in Græco Iosephi loco *Asamonæus* ipse Simeon ille vocetur.

Quod ego admitto, imò credo, non tanquam proprio nomine, sed appellatiuo ac velut cognomine; eo quod ipse Assamonæus, sed legitime Cedmonæus erat, eadem[l] planè de causa posterioribus circa Christi tempora sæculis tot fuerunt Simones: quamuis Hebraicè legantur Simeones, allusione vt-

a Cap. 15. 19.
b Iob. 1. 3.
c Cap. 7. 14.
d Gen. 14. 5. Deut. 2. 11.
e Luc. 9. 8. & 19.
f Annal. lib. 1 an. Christi 64.
g Antiquit. lib 14. cap. vlt. & lib. 20 cap. vlt. & alibi.
h Antiq. lib. 12. cap. 8.
i In cap. 7. in lib. 3. Ant.
l In cap. 2. lib 1 Mach. *Assamonai sunt illi qui dicūtur Cedmonai.*

Digitized by Google

cumque facta ad vocem Cedmonæi: sed melius in Paralipomenis [a] Hebraicè שימון *Scimon*, quod passim in nouo testamento [b] Syrus imitatur & Græcus in Ecclesiastico; [c] propiùs enim accedit ad originale Cedmon, saltem in sono, non in radicalibus. Vnde etiam patet cur dicti Simonis filij nepotesque eodem donati sint Assamonæorum cognomine: quippe qui ex Enoscæorum erant instituto, vt sæpe iam diximus, & mox iteram videbitur.

a lib. 1. c. 4. 20.
b Matt 10. 4 Marc 3. 18. Luc 6. 15.
c cap. 50. 1.

Habet etiam quod quærit Serarius, cur ipse, quisquis fuit, ita vocatus est? Nimirum, sicut ob sanctissimi & illustrissimi viri B
Enos excellentiam, insignes deinde viri Enosceni vocati sunt, vt aliquando [d] diximus: ita quoque Cedmonæi, quod est, prisci, vel seniores cognominati fuerunt: In illo autem Psalmistæ [e] loco. *Venient Legati ex Ægypto*, vox Hebræa שְמַנִים *Sciamănim*, pingues propriè significat, nempe diuitiis, quæ Enoscæis minimè quadrat, sed optimè nomen *Cedmonæus*, id est, prior, senior, priscus aut antiquus. Quo sensu secundus ac tertius ex decem Pontificibus, qui Matthathiam præcesserunt, *priscorum* (vtique Hebræo *Cedmonæorum*) cognomine donati sunt; quorum vnus, sicut Machabæorum abauus, dicebatur C
Simon, an ex eorum naturali stirpe fuerit, sicut ex Cedmonæorum, id est, Enoscæorum societate fuisse crediderim, lector ipse videat.

d Cap. 14.
e Psal. 67.

Assamonai longè ante Machabaeos fuerunt.

Pontifices ab Alexandro magno vsque ad Machabæos.

1. IADDVS al. iuxta Esdram lib. 2. cap. 12. *Ieddoa*. Iosephus Ant. lib. 13. cap. vlt.
2. ONIAS filius eius, cognomento *priscus*. Hebr. Cedmonæus.) Ioseph. contra Apionem. D
3. SIMON cognomento *priscus* (Heb. Cedmonæus) dicti Oniæ filius, dictus etiam *Iustus*. Ioseph. lib. 12. cap. 3.
4. ELEAZARVS dicti Simonis frater, Ioseph. lib 12. cap. 2.
5. MANASSES Iaddi filius Oniæ primi frater. Ioseph. lib. 12. cap. 3.
6. ONIAS secundus Simonis Iusti filius, Ioseph. lib. 12 c. 3.

Digitized by Google

A 7. SIMON secundus Oniæ secundi frater, de quo Eccli. cap. 50. & Ioseph. lib. 12. cap. 4. Iustus cognominatus est.

8. ONIAS tertius huius Simonis filius, de quo lib. 2. Machab. cap 3. 4. & lib. 1. cap. 12.

9. IASON impius frater huius Oniæ.

10. MENELAVS, Benjamita impius. Machab. lib. 2. cap. 4. vers. 24.

11. ALCIMVS impius. Ioseph Antiq. lib. vlt. cap. 19.

12. MATTHATHIAS pater Machabæorum, 1. Mach. cap. 2.

B

Cui successit Iudas, Iudæ, Ionathas; Ionathæ, Simon; Simoni, Hircanus; Hircano, Iudas, seu Aristobulus: Aristobulo, Alexander: Alexandro Hircanus: omnes ex Asamonæorum, id est, Cedmonæorum genere: quibus successit Herodes Ascalonita: *Qui accepto à Romanis Regno, non amplius ex Asamonæo genere creauit Pontifices*, ait Iosephus.[a] Et paulò post: *Neque postea vlli ex Asamonæorum posteritate hoc sacerdotium committere voluit.* Vnde colligitur Cedmonæorum genus suos habuisse sacerdotes.

[a] Antiq lib. 20 cap. 8. *Inter Assamonaeos fuerunt sacerdotes.*

C Et certè *Zorobabel, & qui post eum Iudæos gubernarunt*, ait S. Cyrillus[b] *ex tribu Iuda ex stirpe Dauid omnes vsque ad Herodem Idumæum fuerunt.* Quod & Hieronymus[c] testatur, & mox confirmabitur. Iosephus[d] autem ait, quod à reditu Esdræ ex Babylonia, *penes Pontifices fuit summa auctoritas, donec Assamonæorum gens mutato rerum statu regnum obtinuit.* Vnde colligitur illos Pontifices ex tribu Iuda fuisse, præterea, si tempore Zorobabelis, institutum Essenorum ob singularem sanctitatem & antiquitatẽ, plus solito reuereri cœpit ac honorari; item quia *sacris libris & variis sanctificationibus Prophetarumque dictis à primis ætatibus adhærebant*;[e] vel si sub nomine Asamonæorum & Essenorum etiam Pharisæorum secta tunc comprehenderetur, (quæ antiquorum Enosæorum, sicut Rechabitæ surculus est, vt videbimus)[f] admirabili sanè Dei prouidentia factum fuerit, vt circa Messiæ tempora (qui Aaronicum sacerdotium sua morte implere simul ac destruere debebat, vt Melchisedechianum reflorescerct, & vt loquitur Paulus,[g] reuiuisceret ac

[b] Lib. 8 cõtra Iulianũ.
[c] In Sopho. cap. 1. & in Ezech. c. 21.
[d] Antiq. lib. 11. cap. 4.
[e] Ioseph. de bel. Iud. lib. 2 c. 7.
[f] Lib. 3. c. 16
Sacerdotiũ Aaronicum destrui debebat, Melchisedechianũ reflorescere.
[g] Heb. 7. 8.

perficeretur ad finem vſque ſæculi duraturum ſacerdotes Eſſeni, id eſt, Melchiſedechiani ſupremum iam inciperent in Eccleſia tenere ſacerdotium ſimul & regnum.

Multa ſanè id nobis intrudunt: & primò quidem quod Machabæi, quos Eſſenos fuiſſe conſtat, viri Iuda, id eſt, de ſtirpe Iuda(vt patet ex trito ſcripturæ loquendi modo) appellantur, cùm agitur de ijs qui infeliciter pugnarunt, his verbis: *Ipſi non erant de ſemine illorum per quos ſalus facta eſt in Iſrael: & viri Iuda magnificati ſunt valde.* [a] Secundò, ſicut per multa ſæcula etiam poſt legē datam Eſſenorum ſocietas ſub Iephthæorum & Cenezæorum nominibus viguit in familia Caleb de tribu Iuda, vt videbimus: ſic à tempore captiuitatis Babylonicæ vſque ad Herodem Aſcalonitem ſupremum ſacerdotium & ſumma rerum videtur ad Aſamonæos deuoluta; ita vt, non à Machabæorum abauo, nempe Simone Aſamonæi præeſſe cœperint: ſed ſaltem ab anno mundi 3540. & trigeſimo quarto poſt reditum Iudæorum ex Babylonia, Ioiada tunc ſummo Pontifice: quem ſuſpicor eſſe Ioiarib, à quo deſcendunt Aſſamonæi. Onias enim abnepos eius primus eſt, qui cognominatus eſt priſcus Hebleomanæus. Quod nomen filius & ſucceſſor eius Simon retinuit, vt(credo) notum omnibus eſſet eos quoque ſacerdotes eſſe, licet non Leuitici generis, ſed ex priſcis, qui ex omni tribu eſſe poterant.

a 1 Macha. 5. 63.

Tertiò, id colligitur ex mirabili eorum iuſtitia & ſanctitate, qua Enoſcæorum more viuebant: vt de ipſo Iaddo apud Ioſephum [b] colligere eſt: Item de Onia huius nominis primo, & de Simone eius filio, qui pro ſua probitate cognominatus eſt Iuſtus. de Eleazaro cuius encomium habetur in Eccleſiaſtico [c]: de Eleazaro huius Simonis fratre, ad quem ſcripſit Philadelphus pro Bibliis & Interpretibus: de Simone huius nominis ſecundo [d]: qui Iuſtus quoque cognominatus eſt, teſte Philone: eius etiam tempore floruit Ieſus Sirac auctor Eccleſiaſtici: de Onia III. cuius mira integritas valde commendatur in ſacra Scriptura [e]. Idem eſt de Matthathia aliiſque eius ſtirpis ſucceſſoribus, quorum multi pietate ac pro domo Dei zelo, necnon bellica fortitudine fuerunt inſignes.

b Ant lib. 11 cap. 8.

c Cap. 50.

d Ibidem.

e 3. Macha. Ioſephus cont. Apio. lib. 2 & Ant. 12. cap. 4.

f 1. Mach. 3. & 4. Eccli. cap. 50.

Quartò

A Quartò quod sicut (teste Iosepho[a]) Nazaræi voto obligati nominabant seipsos *Corban*, hoc est, *donum Dei*, quod seipsos Deo dicassent: ita multi ex Assamonæis Elnathan, Nathanael, Matthathiæ, Dorothæi, & similibus quæ *donum Dei* sonant, eosque Deo dicatos fuisse significant, nominibus appellabantur, & sæpe iusti cognominabantur, vt de tribus Pontificibus nuper notauimus: qui mos ab Essenis deriuatus esse videtur, qui sicut pro communis eorum sodalitatis sanctitate passim Asidæi vocabantur: ita qui inter eos Iustitia & virtute insignes erant, *Iusti* dicebantur: vt de Iacobo minore legimus: quem B Essæum, id est, Enoscæum fuisse ferè omnes cum Egesippo fatentur. Idemque puto tenendum de Simeone qui Christum infantem inter vlnas tenuit, de Ioseph fortibus Matthiæ in Apostolatu postposito & eiusdem (puto) societatis quibusdam viris qui in nouo testamento ita cognominati sunt.

a Antiq. lib. 4. c. 4.

Iusti nomen affectatum ab Enoscæis.

Quintò, quia Deus per Ieremiam[a] magnificauerat admodum Enoscæorum institutum in Rechabitis paulò ante Babylonis captiuitatem, maximè in hoc quod, iuxta priscum de Melchisedecis sacerdotio iuramentum[b], dixerat: *Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis* C *diebus.*

a Cap. 35. 19

b Ps. 109.

Sextò, quia Lucianus[c] Eucharistiæ sacrificium intelligens, testatur Christum crucifixum ea quoque de causa quod *nouum sacrificij ritum induxisset*. Exponit traditio, apud Theophilactum, quæ habet Iudam panem consecratum non comedisse, sed occultasse, vt monstraret Iudæis, quod panem Christus vocaret corpus suum: poculum inuitum bibisse, quod non poterat occultare. Sic ergo in Enoscæis seu Asmonæis impleri iam cœperit illud, *Dabo eunuchis in domo mea, & in muris meis locum & nomen melius à filiis & filiabus*[d]. Item[e], *Et restituam Iu-* D *dices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus.* Nam quemadmodum lex Moysis non habuit vim irritam faciendi promissionem Dei datam Abrahæ de benedictione gentium[f], quæ lex 430. annis illa promissione posterior est, vt ait Apostolus, ita lex naturalis per legem gratiæ perfici debebat, lex autem Moysis abrogari: ideo dicta Esaiæ verba non de Moyse, Iosue, Gedeon, & aliis in libro Iudicum, sed de iis qui erant ante legem prorsus intelligenda censeo. Iudices enim & con-

c de morte Pereg. & Philop. in Matth. cap. 26.

d Esa. 59. 5.
e Esa. 1. 26.

f Gal. 3. 17.
Lex naturalis per legem gratiæ perficienda.

Digitized by Google

perficeretur ad finem vsque sæculi duraturum sacerdotes Esseni, id est, Melchisedechiani supremum iam inciperent in Ecclesia tenere sacerdotium simul & regnum. A

Multa sanè id nobis intrudunt: & primò quidem quod Machabæi, quos Essenos fuisse constat, viri Iuda, id est, de stirpe Iuda (vt patet ex trito scripturæ loquendi modo) appellantur, cùm agitur de ijs qui infeliciter pugnarunt, his verbis: *Ipsi non erant de semine illorum per quos salus facta est in Israel: & viri Iuda magnificati sunt valde.* [a] Secundò, sicut per multa sæcula etiam post legē datam Essenorum societas sub Iephthæorum & Cenezæorum nominibus viguit in familia Caleb de tribu Iuda, vt videbimus: sic à tempore captiuitatis Babylonicæ vsque ad Herodem Ascalonitem supremum sacerdotium & summa rerum videtur ad Asamonæos deuoluta; ita vt, non à Machabæorum abauo, nempe Simone Asamonæi præesse cœperint: sed saltem ab anno mundi 3540. & trigesimo quarto post reditum Iudæorum ex Babylonia, Ioiada tunc summo Pontifice: quem suspicor esse Ioiarib, à quo descendunt Assamonæi. Onias enim abnepos eius primus est, qui cognominatus est priscus Hebleomanæus. Quod nomen filius & successor eius Simon retinuit, vt (credo) notum omnibus esset eos quoque sacerdotes esse, licet non Leuitici generis, sed ex priscis, qui ex omni tribu esse poterant. B C

a 1 Macha. 5. 63.

Tertiò, id colligitur ex mirabili eorum iustitia & sanctitate, qua Enoscæorum more viuebant: vt de ipso Iaddo apud Iosephum [b] colligere est: Item de Onia huius nominis primo, & de Simone eius filio, qui pro sua probitate cognominatus est Iustus. de Eleazaro cuius encomium habetur in Ecclesiastico [c]: de Eleazaro huius Simonis fratre, ad quem scripsit Philadelphus pro Bibliis & Interpretibus: de Simone huius nominis secundo [d]: qui Iustus quoque cognominatus est, teste Philone: eius etiam tempore floruit Iesus Sirac auctor Ecclesiastici: de Onia III. cuius mira integritas valde commendatur in sacra Scriptura [e]. Idem est de Matthathia alijsque eius stirpis successoribus, quorum multi pietate ac pro domo Dei zelo, necnon bellica fortitudine fuerunt insignes. D

b Ant lib. 11 cap. 8.
c Cap. 50.
d Ibidem.
e 3. Macha. Iosephus cont. Apio. lib. 2 & Ant. 12 cap. 4.
f 2. Mach. 3. & 4. Eccli. cap. 50.

Quartò

A Quartò quod sicut (teste Iosepho[a]) Nazaræi voto obligati nominabant seipsos *Corban*, hoc est, *donum Dei*, quod seipsos Deo dicassent: ita multi ex Assamonæis Elnathan, Nathanael, Matthathiæ, Dorothæi, & similibus quæ *donum Dei* sonant, eosque Deo dicatos fuisse significant, nominibus appellabantur, & sæpe iusti cognominabantur, vt de tribus Pontificibus nuper notauimus: qui mos ab Essenis deriuatus esse videtur, qui sicut pro communis eorum sodalitatis sanctitate passim Asidæi vocabantur: ita qui inter eos Iustitia & virtute insignes erant, *Iusti* dicebantur: vt de Iacobo minore legimus: quem B Essæum, id est, Enoscæum fuisse ferè omnes cum Egesippo fatentur. Idemque puto tenendum de Simeone qui Christum infantem inter vlnas tenuit, de Ioseph fortibus Matthiæ in Apostolatu postposito & eiusdem (puto) societatis quibusdam viris qui in nouo testamento ita cognominati sunt.

a Antiq. lib. 4. c. 4.

Iusti *nomen affectatum ab Enoscæis.*

Quintò, quia Deus per Ieremiam[a] magnificauerat admodum Enoscæorum institutum in Rechabitis paulò ante Babylonis captiuitatem, maximè in hoc quod, iuxta priscum de Melchisedecis sacerdotio iuramentum[b], dixerat: *Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis* C *diebus.*

a Cap. 35. 19

b Ps. 109.

Sextò, quia Lucianus[c] Eucharistiæ sacrificium intelligens, testatur Christum crucifixum ea quoque de causa quod *nouum sacrificij ritum induxisset.* Exponit traditio, apud Theophilactum, quæ habet Iudam panem consecratum non comedisse, sed occultasse, vt monstraret Iudæis, quod panem Christus vocaret corpus suum: poculum inuitum bibisse, quod non poterat occultare. Sic ergo in Enoscæis seu Asmonæis impleri iam cœperit illud, *Dabo eunuchis in domo mea, & in muris meis locum & nomen melius à filiis & filiabus*[d]. Item[e], *Et restituam Iu-* D *dices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus.* Nam quemadmodum lex Moysis non habuit vim irritam faciendi promissionem Dei datam Abrahæ de benedictione gentium[f], quæ lex 430. annis illa promissione posterior est, vt ait Apostolus, ita lex naturalis per legem gratiæ perfici debebat, lex autem Moysis abrogari: ideo dicta Esaiæ verba non de Moyse, Iosue, Gedeon, & aliis in libro Iudicum, sed de iis qui erant ante legem prorsus intelligenda censeo. Iudices enim & con-

c de morte Pereg. & Philop. in Matth. cap. 26.

d Esa. 59. 5

e Esa. 1. 26.

f Gal. 3. 17.

Lex naturalis per legem gratiæ perficienda.

Q

A siliarij fuerint Machabæi & postea Apostoli, qui vel Enoscæi erant, vel Enoscæorum vitam ducebant, vt de Iacobo, Minore, Simone Cinæo (non Chananæo) Nathanaële (qui est Bartholomæus) verò Israelita Iuda Thadæo, & ex primorum Christianorum modo viuendi facilè posset ostendi. Imò & de ipso Christo; eiusque Baptista, vt iam vidimus.

At, inquies, Assamonæus ille à quo Machabæi cognomen & originem traxerunt *erat Sacerdos ex vice Ioaribi*, vt docet Iosephus [a], vno verbo respondeo; Iosephum decipi in nomine Ioiarib cum de suo addit, *ex vice Iojarib*. Alius enim est Iojarib longè posterior Assamonæorum caput: quem tantum abest vt B scriptura vocet eis de vice Iojarib Sacerdotis Leuitici: quin potius indicat fuisse sacerdotem, sed non Leuiticum, cuius filij erant ex Ierusalem quæ erat in tribu Iuda: ex quibus Matthathias & filij eius trahunt genus. *Surrexit*, inquit, *Matthathias filius Ioannis, filij Simeonis, sacerdos ex filijs Ioarib ab Ierusalem* [b]. De quo Ioarib longè priùs Esdras [c] ita locutus fuerat, *Quæsiui in populo & in sacerdotibus, de filiis Leui, & non inueni ibi. Itaque misi Eliezer, & Ariel, & Semeiam & Elnathan & Iarib, & alterum Elnathan, & Nathan & Zachariam, & Mosallam principes: & Iojarib & Elnathan sapientes.* Quæ verba valde notanda sunt. C Esdras enim anno mundi 3506. primo mense Nisan cum de licentia Regis Artaxerxis Longimani iam cum magna Iudæorum multitudine ex Persarum metropoli egressus esset vt reduceret eos in Ierusalem, comperit multos quidem ibi esse Sacerdotes, sed nullos ex tribu Leui, statuit mittere ad locum Casiphiah (quod nomen significat *liminare Dei*, & credo esse collegium quod Iudæi vocant magnam doctorum suorum Synagogam quam in Chaldæa fuisse dicunt) vnde habere posset quosdam sacerdotes Leuitici generis, nec non aliquot Nathinæos. Ad hoc autem mittit vndecim viros, quorum nouem D erant principes (id est, *principes patrum* [d], quo nomine videntur in Scriptura vocari eos qui proceris erant magnæ quam dicunt Synagogæ) duo verò sapientes appellantur nempe Iojarib & Elnathan, quasi omnium doctissimi. Isti autem vndecim viri obtinuerunt ab Iddo magistro, seu cœnobiarcha loci Casiphiah 38. sacerdotes Leuiticos; & ab eius fratre eiusdem

[a] Antiq. 12.

[b] 1. Mach. 2. 1.

[c] lib. 1. c. 8. 15.

[d] Esdr. lib. 1. cap. 1. 5. cap. 2. 68.

Digitized by Google

nominis Iddo ibi Nathinæorum præfecto 220. Nathinæos, qui omnes templo Ierosolymitano deseruirent.

Quibus pręmissis: cur ab vno Iosepho angustiabimur? Nequaquam Machabæi genus suum ducunt ab vno sacerdote Leuitico de vice Iojarib: sed vtique ab illo Iojarib inter principes patrum magnæ Synagogę sapientissimo & sacerdote quidem, sed non Leuitico. At, inquies, Machabæi vocant Phineem patrem suum: Matthathias enim ait: *Phinees pater noster zelando zelum*, &c. [a] erat autem Phinees sacerdos Leuiticus, ergo & Machabęi. Et hic quoque paucis satisfaciam. Etiam post in- B stitutum pontificium Aaronicum semper viguit sacerdotium legis naturalis seu Melchisedechianum, cuius supremus minister vocabatur Achimelech, id est, frater Melech: & iste subordinatur supremo Pontifici Aaronico (quorum vnus dictus fuit Achitob) qui ideo pater, id est, superior dicebatur Achimelechis & iste, filius, id est, subditus Achitobi. Quo sensu Rex Saul per contemptum vocauit *Achimelech filium Achitob* [b]. Eodem quoque sensu Matthathias sacerdos Melchisedechianus vocat Phinees patrem suum. Cùm ergo Machabæi dicuntur Esseni, tam sub Asidæorum, quam sub Cedmonæorum C sed corrupte Assamonçorum nominibus & *sacerdotes extitisse ex filijs Iojarib ab Ierusalem* [c], de isto vltimo intelligendum est, qui cum Esdra erat quando reædificatum est templum. Et cùm ex tribu Iuda fuerint [d]: multos alios Pontifices qui eos præcesserunt eiusdem tribus ac sacerdotij fuisse verisimile est, pręsertim à tempore quo Zorobabel è Babylonia regressus est, inter quos Nehemiam, & alios multos fuisse ex Scriptura vidimus. Tunc enim illa Iudæ familia ita præ cæteris magnificata est, & ab Hebræis sic honorata: vt ob id deinceps Hebræi Iudæ sint appellati, pręter aliam causam quam Iosephus [e], D exprimit his verbis: *Iudæi Nehemiæ auctoritate permoti ad opus se expediebant* (reædificandi Ierusalem) *quæ appellatio tum primum illis & regioni est indita, quando à Babylonia sunt reuersi: quia Iudæ tribus iam olim ea loca occupauerat.*

a 1. Mach. 2. 54.

b Reg. 22. 12. & 20.

c 1. Macha. 2. 1. & 1. Paral. 24. 7.

d 1. Mach. 5. 63.

a Antiq. lib. 11. c. 5.

Talis igitur summiorum Pontificum Ecclesiæ series fuisse videtur ab anno mundi 1757. quo post diluuium gentium diuisio contigit, vsque ad Christum ita vt ab illo tempore vsque ad

Digitized by Google


annum 2158. quo mortuus est Patriarcha summusque sacerdos Melchisedech, viguerit in Chananæa sacerdotium Melchisedechianum: exinde paulatim simul cum vero Dei cultu elanguisse videtur, licet in familiis Isaac & Iacob conseruatum vsque ad annum 2255. quo Caath filius Leui ab auo Iacobo primus Leuitici ordinis factus est Pontifex [a]. Quodquidem sacerdotium simul cum Melchisedechiano post ingressum in terram Chanaan ibi seruatum est cum subordinatione summi sacerdotis Melchisedechiani summo Ecclesiæ Pontifici ordinis Leuitici, & hoc vsque ad captiuitatem Babylonicam, postquam vsque ad Christum summum Ecclesiæ Pontificium nunc subobscurè, nunc apertè penes Melchisedechianos extitisse videtur & præsertim Assamonæorum temporibus. Quodquidem nomen licet primo datum legamus Oniæ filio Iaddi, longè tamen prius Iojarib, ex quo descendit Mattathias dictus sapiens inter principes patrum magnæ Synagogæ Ierosolymitanæ, qui certè cùm ex Essenis essent Assamonæi, vel potius Cedmonæi dici poterant. Sub hoc tamen nomine sedem tenuisse videntur saltem anno mundi 3640. vsque ad Herodem Ascalonitem qui regnare cœpit anno circiter 3929. & trigesimo quarto ante natiuitatem Christi.

a Infra lib. 3. cap. 11.

Digitized by Google

CAPVT XVIII.

De morte Patriarchæ Seth primi post Adam Ecclesiæ moderatoris: de Henoch pronepote Cainan, qui ab abauo in Cinæorum societatem admissus legatione fungitur ad deprauatos filios Dei: & de raptu seu
B *translatione eius.*



AM bene fundata erat vtraque Enoscæorum & Cinæorũ societas, vt ad multa sæcula in sua puritate permanserit. Illa enim plusquam sex sæculorum spatio, nempe, ab anno mundi 395. Enoscis autem 160. ista verò ab anno mundi 461. institutoris autem sui Cainan 136. vsque ad mortem Sethi, in sua perseuerauit obseruantia. Hoc est, illa plusquam 600. annis, ista verò paulò minus stetit incor-
C rupta. Quamuis enim ad mundanos & sæculares homines spectare videantur ista Methodij verba; *Quingentesimo autem secundæ chiliadis anno* (qui iuxta mendosam Græcorum chronologiam quam sequitur, cadit in annum Lamechi 46. qui legitimè est mundi 920.) *qui erat ab vrbe condita millesimus quingentesimus, exarserũt masculi in alterutrum coëuntes.* Videtur tamen filiorum Seth, qui sunt filij Dei, deprauationem ante Sethi mortem non contigisse: sed eum pro sua prudentia & auctoritate, virtutumque exemplis ac salutaribus monitis totum clerum in officio, quoad vixit, retinuisse, annitentibus in primis filio eius
D Enos & nepote Cainan. Quod innuit Iosephus [a] his verbis: *Filij Sethi per septem generationes perseuerarunt vnum Deum colentes omnium rerum Dominum, & certatim virtutem exercebant: procedente deinde tempore, octaua, nempe,* generatione, & deinceps, *à patrijs institutis degenerarunt.* Septima autem generatio terminum capit in morte Sethi, *quo mortuo*, ait Methodius, *separauit se cognatio eius à sobole Caini, redieruntque ad natale solum. Nam & pater eorum viuens prohibuerat ne miscerentur; Et habita-*

Enoscæorum ac Cinæorum instituta quandiu in suo vigore permanserunt ante diluuium.

a Ant. lib. 1. cap. 4.

Digitized by Google

nit cognatio Seth in Cordan monte (videntur esse.) Gordiæorum siue Cordicorum montes amomi feracissimi, in quibus arca Noë post diluuium quieuit eiusque reliquiæ ad Berosi [a] & Iosephi [b] vsque tempora ostensa ibidem fuisse memerantur) *Paradiso terrestri proximo*: Cain verò, in campo, in quo fratrem suum interemerat. Hæc Methodius. Porro mors Sethi contigit anno mundi 1042. vitæ autem eius 912. postquam ab Adami morte rexit Ecclesiam centum duodecim annorum spatio. Cui in Pontificatu successit Iared filius Malaleel cùm esset annorum 582. B

a lib. 1. de temp. ante dilu.
b lib. 1. ant. c. 5. & 20.
Seth moritur & Iared ei successit in Pontificatu.

Vt autem istius successionis probabilitas vires accipiat, præsupponendum est quod ex insigni Iobi loco ostendimus [c], patres Ecclesiæ tempore legis naturæ, quales erant Enoscæi & Cinæi prophetæ, solitos fuisse celebrare synodos & concilia, tum vt prælatos eligerent, tum vt aliis Ecclesiæ negotiis prouiderent: paulò post autem ex libro Enoch visuri sumus Egregoros seu vigiles (Episcopos appellaremus) celeberrimam coëgisse synodum in monte Hermon, *in diebus Iared*. Quæ locutio supremam Iaredi in Ecclesia potestatem circumloquitur, ac si diceretur facta sedente tunc Iared summo Pontifice. C
Quod stabiliri videtur ex eo quod vetustissimus æque ac sanctissimus author Methodius [d] similiter de eo loquitur, notans quosdam malæ artis inuentores surrexisse anno 400. Iaredi. Idem facit Epiphanius [e], dum scribit, *in diebus Iared dispersum fuisse in terra veneficium, incantationes*, &c. Commendatur etiam vir iste ex diuturnitate vitæ: quasi pro bono Ecclesiæ ad multo annos relictus à Deo sit incolumis. Ipsum enim primum omnium parentem (quod nemini adhuc contigerat) triginta duobus annis viuendo superauit, ad 962. vsque perueniens. Item commendatur à nominis sui mysterio, quod significat *Roborans*: quasi natus esset ad hoc, vt sua sapientia consilio, D
exemplis Ab auctoritate filiorum Dei deficiẽtes animos roboraret aduersus Cainitas ac deprauatos filios Dei. Quodquidem nouum robur idque maximum: contulit Ecclesiæ, quando tam secundum carnem genuit Henoch: non in florenti ætate: sed cum iam 162. esset annorum, eum ex tot aliis filios, quos priùs genuisse nemo sanus dubitat, ad magna pro bono Ecclesiæ destinans, Iamque diuino mancipans obsequio, dedit ei

c Cap. 15.
d Apud Raderum in animaduer. in Chron. Alex. n. 7.
e Init. Panarij.
Iaredi patriarchæ præconia, & nominis mysterium.

Digitized by Google

A nomen Enoch, quod significat dedicatum: ideoque eum à iuuentute instruendum dedisse Cainano cogitare non est incongruum, cuius institutum, nempe Cinæorum, arrepturus erat aliquando: quamuis non nisi post genitum filium suum Mathusalem, & cum esset 65. annorum vt mox videbitur. Tantum tamen Henoch in illa congregatione profecit spatio 300. annorum, quos in illa transegisse videbimus: vt illo tempore sæpissimè per multos annos ad diuersas regiones, per quas filiorum Dei cœnobia & sodalitia erant dispersa, tanquam præco Iustitiæ & Dei Angelus (quo nomine tunc Cinæos vocari
B solitos vidimus [a]) id est nuntius vel à patre Iared summo Pontifice, vel ab Enos, qui Dei nomen, vicesque gerebat, necnon ab abauo Cainan missus sit ad vtriusque Enoscæorum & Cinæorum congregationis fratres, vt feruentissimis suis prædicationibus & exemplis dissolutos eorum mores & à prisca viuendi forma alienissimam vitam reprehenderet: atque pro auctoritate sibi concessa corrigeret & castigaret: tandem, cum diu *vixisset inter peccatores, translatus raptus est &* (quemadmodū de illo Scriptura [b] loquitur, sic exponente Ambrosio [c], quem citat, sequiturque Iansenius [d]) *ne* videlicet *malitia* sceleratorum
C rum prophetarum *mutaret intellectum eius, aut ne fictio* tam hypocritarum *deciperet animam eius.* Noluit ergo Dominus eum deprauari ab improbis, aut ab impostoribus circumueniri.

a Cap. 15.

Enoch missus ad Angelos, id est, ad filios Dei deprauatos.

b Sap. 4. 10.
c in Ps. 45. & 2. de apolog. Dauid cap. 4. & orat. de obitu Satyri fratris.
d in Sap. c. 4 & in c. 44 Eccli.

Ex quo intelligitur, vt notauit Pererius [e], tunc corruptelam humanæ naturæ ex Adami peccato natam tantas vires accepisse: vt non solùm *filij hominum*, seu Cainitæ: sed etiam *filij Dei* vndique dispersi impunitate vitæ, morum improbitate, omnique genere nequitiæ infecti essent. Quod fortasse (vt optimè indicat Salianus [f]) respexit S. Irenæus dum scripsit: *Enoch pla-*
D *cens Deo cum esset homo Dei, legatione ad Angelos fungebatur.* Angelorum enim nomine (prosequitur Salianus) videtur intelligere eos, quos Moyses [g] appellat *filios Dei*, & à quibusdam Angeli Dei dicti sunt apud Augustinum [h], & Philonem Iudæum [i]: qui cùm improbam vitam degerent, & Enochi virtus insignis, Deique erga illum beneuolentia nota omnibus esset: consensu maiorem natu (atque adeo præcepto sibi dato à patre Iared ab Enosce & Cainan suis superioribus; vel auctoritate

e lib. 7. in Gen. n 137.
f Anu. mūdi 987. n. 11.
g Gen. 6. 4.
h 15. de Ciuit. c. 23.
i lib. de gigantib.

sibi per electionem data, qualis est auctoritas nostrorum Prouincialium) electus est non semel, vt ad eos legationem obiret, à flagitiis auocaret, ad studium virtutis accenderet: quo modo rectè eum locum interpretatus est Feuardentius: idque consentaneum est iis, quæ habet Theodoretus [a]. Vocatur autem Dei legatio, quia Dei nutu, & Dei causa agebatur (aliam nos priùs rationem dedimus) nisi malis Enochum appellatum ab Irenæo hominem Dei, sicut Timotheum à Paulo. A

a quæst 47. in Genes.

Huc vsque tot verbis, exceptis quatuor parenthesibus, transcripsi Salianum: vt iudicet Lector, quantùm ad illa omnia quæ de filijs Dei Enoscæis & Cinæis vsque modò deduximus, boni propendeant Enarratores: nec non vt videat, quantum nostræ expositiones habeant verisimilitudinis & probabilitatis. Cæterum, multiplices quæ passim fiunt de translatione Enoch quæstiones, quæ ad rem meam non faciunt, sponte relinquo: vt ostendam quod ab initio proposui, quodque ex nuper dictis ferè deducitur, Enoch fuisse prophetam religiosum, maximè ex ordine Cinæorum. Tum quia tunc vigebat, multiplicatusque fuerat admodum: tum quia Apostoli, præconis Iustitiæ, vel visitatoris fungebatur officio, nec non prædicatoris: quod ad actiuam potius Cinæorum vitam spectat, quàm ad Enoscæorum silentium & solitudinem. B C

Enoch fuit ex sodalitate Cinæorũ, non autem Enoscæorũ.

In primis igitur exponendum est quod de illo legimus [b]: *Porrò Henoch vixit sexaginta quinque annis, & genuit Mathusalam. Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit postquam genuit Mathusalam trecentis annis; & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni. Ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus.* Cuius sententiæ vera intelligentia præsupponit ea quæ vsque modo de Enoscæis, Cinæisque religiosis diximus, vt facilè intelligatur ista Hebræa & prorsus antiqua phrasis *ambulare coram Deo*, sine cuius cognitione tota reliqua sententia perobscura remanet, & in tenebris iacere necesse est. De illa nonnulla tetigimus [c], & postea [d] dicturi sumus. D

b Gen. 5. 21. & seq.

Ambulare coram Deo *prisca phrasis cuius vis scitu valde necessaria.*

c Cap. 7.
d lib. 3. c. 4.

Priscis illis ergo temporibus ista locutio idem valebat, ac adhibitis quibusdam ceremoniis totum se diuino seruitio solemniter

Digitized by Google

A lemniter & perpetuò deuouere. Quid enim sic deuotus aliud facit, quàm, ad instar serui fidelis & solliciti, nunc stare coram Domino suo, oculis ad eum fixis, vt nutus illius obseruet, quo voluntatem eius agnoscat & exequatur: nunc huc, nunc illuc transeat coram eo, nunc cum eo, de domesticis tractet negotiis, nunc foras euntem sequatur & redeuntem? Quod Scriptura [a], paucis & aptissimè vocat *placere Deo.* Hitpael enim verbi הָלַךְ quod hic habetur sicut & in illo Psalmistæ [b], *Placebo Domino in regione viuorum*, cùm ad-

B ditur ei nomen Dei, vel Domini, importat impensum Deo ministerium, ac Deo vacare per sacrum ministerium, vt volunt omnes linguæ sacræ peritiores. Alludit autem Dauid ad terram Chanaan quæ & *terra* seu regio *sancta* seu *mystatia* [c], *& terra viuentium*, vel potiùs viuificantium appellatur, propter innumerabilem sanctorum Dei mystarum, id est, prophetarum in ea Deo ministrantium, qui & Houæi, id est, viuificatores, & Rephaim, id est, curatores animarum dicebantur, cum quibus gaudet Dauid & lætatur, vel statuit eorum exempla placere Domino, & iuxta Hebræum, per

C idem verbum, quod hic habetur, *ambulare coram Domino.*

Denique, eodem prorsus sensu de filiis Dei in terra, nempe prophetis, & in Ecclesia ministris dicitur: *Quadam autem die cum venissent filij Dei vt assisterent* (seu starent) *coram Domino*, &c. [d] quo de filiis Dei in cœlo & spiritibus Angelicis vnus ex illis dicebat Tobiæ [e]. *Ego sum Raphaël Angelus, vnus ex septem, qui astamus ante Dominum.* vbi S. Cyprianus [f] legit, *Assistimus & conuersamur ante faciem Dei.* Et idem alibi [g]: *Ego sum Raphaël vnus ex septem Angelis iustis, qui assistimus & conuersamur ante claritatem Dei. Apud Tobiam autem in Græcis Romanis correctis habetur* εἰσπορεύεσθαι ἐνώπιον τῆς δόξης τοῦ ἁγίου,

D id est, *& ambulant ante maiestatem Sancti.* Itaque idem est ambulare coram Deo, & astare coram Deo; & vtrumque frequens filiorum Dei importat ministerium, cum continua conuersatione, quæ illos decet: iuxta illud Christi [h]: *seruus non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum.* Et bonus ille pater filio suo seniori dicebat: *fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt*, &c. [i]

a Sap. 4. 10 Eccli. 44. 16. & hic iuxta 70.
b Ps. 114. 9.
c Sap. 12. 3. & 5. iuxta Græc.
d Iob 1. 6. & 2. 1.
e cap. 12. 15.
f lib. de exhortat. ad martyr.
g lib. de orat. Dominica.
Ambulare coram Deo quid sit.
h Ioan. 8. 35
i Luc. 15. 30.

Digitized by Google

 A

Hæc autem phrasis aliquando diuino se seruitio totum deuouere significat: aliquando verò illius deuotionis & professionis actum emittere. In primo sensu sumendum est cùm dicitur: *Et ambulauit Henoch cum Deo, postquam genuit ipse Methuselahh, trecentos annos*: Hoc est, erat quidem Henoch probus homo & iustus: sed cùm esset sexaginta quinque annorum, postquam genuit Mathusalem, totum sese Deo consecrauit, Cinæorum sodalitatem ingressus. In altero vero sensu eadem locutio accipienda est cum additur: *Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni: ambulauitque* B *cum Deo, & non apparuit quia tulit eum Deus*: vt sit sensus: postquam Henoch vixit 365. annos, quorum 65. vixerat antequam genuisset Mathusalam, seque totum Deo deuouisset: cùm semel ambulare coram Deo, id est, pro suo instituto ministraret (siue id fuerit psallendo, siue sacrificando aut quid aliud agendo) *non apparuit*, iuxta Hebr. & *non ipse* q. d. statim disparuit: *quia tulit eum Deus*: in nube, vt arbitror, in qua, de more, apparebat ministranti; sicut postea, *ascendit Helias per turbinem* (seu nubem) *in cœlum* [a].

Henoch quãdo & quomodo raptus est.

[a] 4. Reg. 2.

Scio alias ac multiplices istis verbis dari expositiones, quas omnes reuereor. Et quàmuis displicerent, non vacat nunc C discutere, ne à scopo longius discedam: sufficit meam simpliciter super hoc proponere sententiam, quæ etiam est Genebrardi.

Digitized by Google

CAPVT XIX.

De scriptis seu libro Henoch, in quo nihil falsum aut absurdum fuisse ostenditur.

POstquam de vitæ instituto, de legatione, & de translatione S. Patriarchæ Henoch disseruimus, B restat nunc, eius traditionem, vel (quod malim) librum ab antiquissimis, doctissimis, & grauissimis Ecclesiæ Patribus olim in pretio habitum, sæpeque laudatum, nec non ab Apostolo Iuda in rebus Catholicæ fidei testem adductum, sed à posterioribus, nescio qua sorte, sub modio positum, penitúsque suppressum, super candelabrum reponere, vt luceat omnibus qui in domo Ecclesiæ sunt: vel potius, vt omnes interitum eius, ac tam rutilantis lampadis extinctionem sine fine defleant. Suffragantur mihi in hac causa iustissima Irenæus, Iustinus Martyr, Cle- C mens Alexandrinus, Athenagoras, & Tertullianus: qui illum tanti fecerunt, vt inde dogma suum de Angelis, seu Dæmonibus ex filiabus hominum gigantes generantibus, aliene ab auctoris mente, hauserint. Auxilium ferat S. Methodius Martyr, vir vtique sanctitate celeberrimus: accedat Sanctus Cyprianus Africanum illud ac totius Ecclesiæ lumen fulgentissimum: veniat Lactantius Firmianus, Seuerus Sulpitius, Proclus denique, & Psellus philosophi Christiani. Quibus sapienter & consulte subscribit vir in sacris litteris peritissimus Serarius in Prolegomenis Bibliacis [a] asserens olim canonicum fuis- D se, sed perisse. Sicut Beda [b] tenet inter canonicos extitisse tempore Apostoli Iudæ.

Libri Enoch deperitic magna fuit Ecclesiæ iactura.

Ab antiquis patribus merito ostenditur.

a Cap. 8. quæst. 14.
b in Epist. Iudæ.

Parcant interim S. Hieronymus, Augustinus, & alij, qui in tanto dubio, & in mediis prodigiorum, horribiliũque mõstrorum, quæ cũ illis Angelis desertoribus ac Dęmoniis apparebant phantasmatibus, tutiorem viam ne mẽdaciis, aut fabulis tantillum locũ concederẽt, prudenter eligentes, aut supposititiũ, aut corruptum, aut prę nimia vetustate nullius auctoritatis esse iudi-

Digitized by Google

carũt. A quibus vt faciliùs ac breuiùs illum expurgem maculis, A
suppositis quæ iam diximus, operæpretium ac sufficiens duxi, Tertulliani verbis quædam breuiter inserere, quæ mentem Enochi facilè aperient.

a lib. de habitu mulier. cap 3. *Et Tertullianus eum propugnans exponitur.*

Igitur Tertullianus [a] ita loquitur de fucis & ornamentis mulierum: *Nam & illi qui ea constituerunt damnati in pœnã mortis deputantur: illi scilicet Angeli, qui ad filias hominum de cœlo ruerunt, id est, de statu perfectionis* (nota locutionem, quæ viris conuenit religiosis potiùs, quàm Angelis apostatis) *vt hæc quoque ignominia fœminæ accedat. Nam cùm & materias quasdam bene occultas, & artes plerásque, non bene reuelatas sæculo multo magis imperito prodidissent, propriè, & quasi peculiariter fœminis instrumentum istud muliebris gloriæ contulerunt.* Nimirum viri in rerum occultarum, arcanorumque naturæ scientia doctissimi, pessimè vtebantur sua scientia, vt mulierculas facilius ad suam allicerent voluptatem, vt, proh dolor! non desint ex nostris qui idem faciunt. Deinde subiungit Tertullianus: *Scio scripturam Enoch quæ hunc ordinem,* de decipiendis mulierculis, *Angelis dedit, non recipi à quibusdam: quia nec in armarium Iudaicum admittitur. Opinor non putauerunt illam ante cataclysmum editam,* sicut verè fuit, ad instar scripturæ vel sculpturæ Seth, cuius filij, id est, discipuli quæ de naturæ, aliarúmque rerum arcanis nouerant, sculpserant in duabus columnis, vt antea [b] ex Iosepho vidimus, *post eum casum orbis omnium rerum abolitorem, saluam esse potuisse,* sicut saluatam fuisse à zelantissimo Noë; qui eiusdem erat professionis, mox videbimus. *Si ista ratio est, recordentur pronepotem ipsius Enoch fuisse superstitem cataclysmi Noë: qui vtique domestico nomine & hæreditaria traditione audierat & meminerat de proaui sui penes Deum gratia, & de omnibus prædicatis eius,* id est, de omnibus quæ prædicauerat, *cùm Enoch filio suo Mathusalæ nihil aliud mandauerit, quàm vt notitiam eorum posteris suis traderet. Igitur sine dubio potuit Noë in prædicationis delegatione* (al. officio) *successisse, vel quia & aliàs non tacuisset, tam de Dei conseruatoris sui dispositione, quàm de ipsa domus suæ,* nempe instituti & sodalitatis suæ, *gloria. Hoc si non tam expeditè haberet, illud quoque assertionem scripturæ illius tueretur. Proinde potuit abolefactam eam violentia cataclysmi in spiritu rursus reformare: quemadmodum & Hierosolymis Babylonica expugnatione deletis omne instrumentum Iudaicum litte-*

b Cap. 4.

Digitized by Google

raturæ per Esdram constat restauratum. Hæc & alia Tertullianus habet pro defensione repudiati libri Enoch. In quibus nihil prorsus absurdi perspicio: sed multum verisimilitudinis in sensu i.m dicto. Sed neque quod habet Origenes: [a] *Qui fecit*, inquit, *multitudinem stellarum, vt ait Propheta*, [b] *& omnibus eis nomina vocat: De quibus quidem nominibus plurima in libellis, qui appellantur Enoch, secreta continentur & arcana*, &c. Nullum, dico, perspicio in his inconueniens præsuppositis iis, quæ nuper dixit Tertullianus. Siquidem Henoch illa discere potuit ex illis columnis quas Sethi nepotes erexerunt in Syria, [c] & S. Iob ex B illis, necnon ex libro Enoch illa nomina accepisse videtur, quæ sigillatim exprimit *Ghas, Chesil & Khimah*; de quibus infra [d] paucula.

a Hom. 18. in lib. Num

b Psalm.

c Supra ca. 4.

d lib. 2. cap. 18.

Restat nunc repugnanti S. Augustino [e] respondere, quod erit facillimum. *Scripsisse nonnulla*, inquit, *diuina Enoch illum septimum ab Adam negare non possumus, cùm hoc in Epistola Canonica Iudas Apostolus dicat: Sed non frustra non sunt in eo canone Scripturarum qui seruabatur in templo Hebræi populi succedentium diligentia sacerdotum. Cur autem hoc, nisi quia ob antiquitatem suspectæ fidei iudicatæ sunt?* bene quidem à cæcis, aut cæcutientibus Iu- C dæis, qui nedum sibi proxima rectè perspiciunt: sed non à sanctis benéque oculatis doctoribus & Martyribus Christianis, *nec vtrum hæc essent, quæ ille scripsisset poterat inueniri, non talibus proferentibus, qui ea per seriem successionis reperirentur ritè seruasse. Vnde illa quæ sub eius nomine proferuntur & continent istas de gigantibus fabulas*, at iam cessent pro fabulis haberi, quòd filij Dei, qui bono sensu passim in scriptura dicuntur virtute gigantes, postquam à status sui puritate recesserunt, solo gigantum nomine retento acceperunt filias hominum, &c. hoc etenim scripsit Moyses [f]. Pergit Augustinus rationem dare, cur quæ habet D Enoch de gigantibus pro fabulis habeantur, *quod*, inquit, *non habuerunt homines patres, rectè à prudentibus Iudicantur non ipsius* (Enoch) *esse credenda.* At sanctissime & doctissime Pater, si per te, vt antea [g] vidimus, illi qui & filij Dei & Angeli vocantur in Genesi non spiritus Angelici, sed puri homines sunt, & illius sunt qui ex filiabus hominum illos genuerunt qui Hebr. Giborim à 70. verò, quos sequeris, gigantes appellati sunt sensu sæpe iam à nobis exposito: rectè à multis antiquis pruden-

e lib 15. de Ciu. c. 23.

f Gen. 6. 4.

g cap. 15.

Digitized by Google

tissimis Prioribus liber Enoch pro canonico habitus est, qui in eo non dæmones, sed puros homines hominum gigantum progenitores esse intellexerant. Hæc tantæ in cœlis animæ triumphanti, in terris autem vndique coruscanti lumini toto corde prostratus cum bona pace dixerim ego vermiculus.

Henoch quo sensu Dei legatione functus dicitur.

Ex isto autem, & priori capite tria lector dignetur colligere. Primum, quod Henoch Dei legatione, id est, legati functus est officio apud eos, qui professione Angeli, Deique in terra nuntij, præconésque dicebantur, quia erant prædicatores, sed moribus, ac vita, Dæmones. Non solùm quia Dei nutu & causa B id faciebat, sed etiam quia mittebatur ab Enos, qui dicebatur Deus, vt antea [a] vidimus. Secundum est, quod tali legatione non est functus, priusquam Cinæorum vitam religiosam profiteretur, quod fecit postquam genuit Mathusalam anno vitæ suæ sexagesimo sexto, mundi verò atque Adami adhuc viuentis 688. Sethi 558. Enos 453. Cainam 363. In quo religioso statu perseuerauit vsque ad raptum suum, spatio trium sæculorum. Tertium est, librum, quem ab ipso scriptum multi antiqui Patres ex Epistola S. Iudæ optimè collegerunt, nullam in se fabulam, vel absurditatem continere, quantùm ex quibusdam illius fragmentis colligere possumus: si quæ priùs probauimus, præ- C supponantur.

a cap 6.

Prius profitetur statum religionis quā legatione fungatur.

Liber eius nullam continebat absurditatem.

Sed nec quidem obstabit, imò multùm conferet ad hanc nostram priscorum temporum seriem cōcinnandam, nec non ad eorum quæ diximus elucidationem ingens quoddam fragmentum ex primo libro Enoch quod descripsit Scaliger [b] in notis in Eusebium, huius tenoris: *Et factum est cum multiplicati essent filij hominum, natæ sunt eis filiæ speciosæ, quas adamarunt Egregori,* id est, vigiles, seu custodes, quales ex officio erant filij Dei, vt sæpe vidimus, & similes erant Angelis, qui apud Danielem vocantur vigiles, vel potius ijs, quos vocare solemus D Episcopos, id est, superintendentes aut superuigilantes. Quo sensu gubernator alicuius ciuitatis appellatur Hebraicè שקד *Scioked*, id est, *vigil*, apud Ieremiam [d], *lupus desertorum vastabit eos, pardus* (id est, tanquam pardus erit eis) *vigil* super ciuitates eorum. Et de huiusmodi vigilibus pessimis Deus ait per Esaiam [e]: *Et succidentur omnes vigiles iniquitatis.* Item per aliud nomen Hebr. עֵר *Gher* vigil appellatur magi-

b pag. 244. & 245.

c cap 4. 7. 10.

d cap 5. 6. Iob. 21. 32.

e Cap. 29. 20.

A ſter vel doctor, qui diſcipulos habet, vt apud Malachiam [a], *Succidit Dominus virum qui fecit hoc, vigilem & reſpondentem* (Hieronymus habet, magiſtrum & diſcipulum) *in tabernaculis Iacob*, &c. Et de huiuſmodi doctoribus ſermonem fieri probant antecedentia: ſicut & nunc, tales enim erant Egregori qui adamarunt filias hominum, *& circa ipſas aberrarunt. Dixeruntque inter ſe: eligamus nobis vxores de filiabus hominum terræ*, id eſt, ex ſecta Cainitarum qui erant γηγενέες, id eſt, terrigenæ, quia terræ addicti: vnde deductum eſt nomen γίγας quo poſtea donati ſunt, vt vidimus [b]. Cautum autem erat filiis Dei

a cap.2 11.

Egregori illi erant quos vocant Epiſcopos.

b cap.8.

B accipere in vxores illorum filias. *Dixitque Semixas* (hunc puto fuiſſe vel Malaleel, vel Mathuſalam) *princeps ipſorum ad ipſos.* Nam cùm multa eſſent Cinæorum cœnobia, facile creditu eſt, vnum ex duobus dictis nonnullis huiuſmodi præfuiſſe cœnobiis, in quibus multi eſſent, vel etiam omnes deprauati, & effrenati, qui conſpiratione facta, ſic impudenter loquerentur: *quibus ita reſpondit Semixas: vereor ne velitis hoc facinus patrare, & ego ſolus debitor ero magni peccati. Cui reſpondentes omnes dixerunt: Iureiurando nos obſtringemus omnes, & inuicem anathemate damnabimus non auerſum iri ab hac ſententia, donec eam perfe-*

C *cerimus. Tunc ſimul omnes iurarunt.* Quis, quæſo, ſanus hæc verba de ſpiritibus Angelicis velit intelligere? vel quis illa à deprauatis religioſis, quibus inter cæteros mortales non inuenit peiores Auguſtinus, proferri poſſe negauerit? *Tunc ſimul omnes iurarunt, & anathematiſmo ſeſe obligarunt. Erant autem numero ducenti* (in quadam fortaſſis facta ex ſuperioribus congregatione) *qui cùm deſcendiſſent in diebus Iared in verticem montis Hermonim, abierunt, & vocauerunt nomen Hermon* (id eſt, deſtructio) *eo quod in ipſo iurauerant, & ſeipſos anathemate obſtrinxerant.* De iſto impiorum & malignantium concilio libenter

D intelligerem iſta verba, *Hæc* (diuina ſapientia) *& in conſenſu nequitiæ, cùm ſe nationes* (ſocietates filiorum Dei) *contuliſſent* (congregaſſent) *ſciuit Iuſtum* (ad Iuſtum Noë tunc annorum 114. intendit) *& conſeruauit* (ab iſtorum nequiſſimorum contubernio) *ſine querela Dei: & in filij* (Sem) qui ex eo naſciturus erat) *miſericordia* (al. pietate) *fortem cuſtodiuit* [c] quia prioris fortitudinem imitatus eſt. Porrò Hermon eſt mons in terra Hus, vel prope illam: cuius primus poſt diluuium incola fuit

c Sap.10.5.

Digitized by Google

 A

Hus nepos Sem: cuius regionis Metropolis fuit ciuitas *Astaroth carnaim*, in qua habitabant *Raphaim*, id est, primi mundi restauratores & filij Dei ac prophetæ, nec non in ciuitate Ham quæ erat montis Hermon proxima, sicut & vrbs quæ Ioseph, Ptolomæi, & Hieronymi temporibus dicebatur Canatha, Chana, & Cana, ita, vt puto, dicta à Kineis, seu Cinæis ibi olim habitantibus, nec lōgè distabant ab vrbe Cariathim, in qua habitabant huiusmodi viri sancti & prophetæ; qui omnes percussi sunt à Codorlahomor aliisque regibus temporibus Abrahæ [a].

Mons Hermon est in terra Hus in qua filij Dei congregati sunt ad concludendũ matrimoniũ cum filiabus hominum.

a Gen 14.5.

B

Vnde coniicitur, etiam longè ante diluuium in illis circa montem Hermō regionibus multa fuisse filiorum Dei, & præsertim Cinæorum gymnasia: Imò à frequenti illorum ibi conuenientium vndique prophetarum congregatione, putamus nomen Astaroth (quod significat greges) datum illi ciuitati. Quid si vel etiam ab illo tempore? Certè inde coniicio: quia videtur, quòd illa ciuitas totius terræ Hus nomen habere debuisset, à suo, vt credibile est, fundatore Hus. Et cùm in dicto monte Hermon tam frequentes fierent Cinæorum congregationes; nihil mirum, si postea celeberrimum in illo templum sit constructum, vel iam tunc ædificatum ad multa sæcula post C
cataclysmum remanserit.

Astaroth nomen ciuitatis vnde deriuatur.

Pergit Auctor proferre nomina principum illius conspirationis; deinde subdit: *Hi & reliqui omnes anno mundi* 1170. (qui erat Iaredi 710. Noëmi verò 114.) quo, vt postea videbimus, suscitauit Deus sanctum Noë, per quem illorum comprimeret superbiam, *acceperunt sibi vxores, & cœperunt cum ipsis contaminari vsque ad diluuium. Et genuerunt ipsis tria genera. Primum gigantes magnos, qui genuerunt Naphelim.* Iam vidimus [b] quid istis duobus denotetur nominibus: primo, nempe, Prophetæ, altero populi fideles indicantur. D

b Cap. 3. & 8.

Magni ergo professione gigantes ex illis mulieribus genuerunt homines, qui postea facti gigantes, id est, eiusdem Cinæorum instituti velut patres genuerunt Nephilim: id est, abduxerunt quoque sibi discipulos de populo: *Ex quibus exorti sunt Eliud*: nouam quandam sodalitatem filiorum Dei hoc nomine intelligo: qui ex medio fidelium populorum, filiorum quoque Dei, seu Cinæorum, institutum professi *iuxta magnitudinem*

Digitized by Google

A *nem parentum suorum exercuerunt, & docuerunt eos, & vxores eorum veneficia & incantationes. Primus Exaël decimus Principum docuit gladios, & thoraces fabricari, & omne bellicum instrumentum, & metalla terræ, & aurificinam ad mundum muliebrem, & argentum splendidum reddere, faciem ornare, & pretiosos lapides*, &c. Huc vsque textus ex libro Henoch. Attamen, ne quid quod ab Enoche scriptum, vel solùm suspicatur, nostram depurationem effugiat, nihil prorsus absurdi reperio in eo, quod insuper Scaliger recitat in Notis in Eusebium pag. 244. vbi habetur Gigantes cœpisse carnes humanas deuorare, cùm etiam nunc
B hoc fiat à multis vtriusque Indiæ incolis: sed neque quod ibi dicitur, in tantum afflixisse homines, vt hi clamauerint in cœlum & deuocauerunt quatuor Angelos, Michaëlem, Gabrielem, Raphaëlem & Vrielem; qui viderent mala, quæ à Gigantibus perpetrata essent, & querelas hominum ad Deum deferrent, &c. Imò forsitan inde ratio duci potest, cur Michaël *vnus de principibus primis* vocetur à Daniele[a]: essetque vnus ex septem quos Clemens Alex.[b] vocat *primogenitos Angelorum principes, per quos Deus omnibus hominibus prouidet*. Inde quoque sicut prima, ita & vera istorum nominum etymologia sumpserit ini-

a cap.10.13.

b Lib. 6. Strom.

C tium. Cùm enim hominum tres, velut nunc, status distinguerentur, nempe in Giborim, id est, Dynastas, Raphaim, id est, Curatores, & Michaim, id est, pauperes, primis Deus assignauit vnum ex Archangelorum principibus, qui eos in rebus agendis instrueret ac dirigeret, & aduersus sceleratissimos ac perditissimos Cainitas protegeret: qui ideo vocaretur Gabriel, quasi dicas, *El Giborim*, Deus dynastarum. Prælatis autem & animarum Curatoribus, qui dicebantur Rephaim vnum ex eodem ordine dedit, qui idcirco vocatus est Raphaël, id est, Deus Rephaim. Super populum autem, quem vulgò tertium
D statum appellamus, facile ex eodem Archangelorum ordine elegit ac præfecit alium, quem idcirco appellant Michaël, id est, Deus pauperum, vel oppressorum. Quod si quis dicat S. Michaëlem duobus alijs passim in scriptura præferri, ac totius Ecclesiæ militantis velut protectorem agnosci. Respondeo: quod si res benè attendatur, vix in scriptura de Michaële fit mentio alibi, quàm vbi populus Dei, vel adhuc per desertum miser & pauper diuagatur[c]: vel in misera Babylonis captiuitate de-

Vera etymologia nominũ Michael, Gabriel & Raphael.

c Iudæ v.9.

S

a Daniel 10 13. 21. tinetur[a]. Et quia dum dicitur Ecclesia in via est, à malis & impijs affligitur & opprimitur, *pauper & tempestate conuulsa* vocatur[b]: ideo Michaël, vel Deus pauperum optimè ei à Deo præficitur. Quantùm ad Vrielem, quē interpretamur Deũ ignis, non multùm curæ nobis esse debet; cùm in libris Scripturæ canonicis tale nomen non inueniatur; sed tantùm in apocrypho Esdræ[c]. Sed si aliquid de illo licet nobis diuinare, possimus cogitare à Deo ordinatum fuisse tunc, vt generaliter in omnibus mortalibus ignem libidinis, quo tot animæ pessimè deflagrabant, studeret extinguere, vel quia præesset Prophetis, quibus *ignitum eloquium Dei*[d] stillaret: vt Esaiæ[e] factum legimus B simul cum labiorum eius exteriùs facta mundatione per calculum ignitum & altari sumptum.


b Esa. 54. 11.
c lib 4. cap. 4 & 6.
d Psal. 118.
e Cap. 6.

Porro Henoch cùm iam translatus esset, ista forsitan non scripsit, sed aliquis post eum illa & alia multa potuit addere, præsertim Noë: qui scripta Henoch diligenter conseruabat, & illa reposuit in arca tempore diluuij, non minori sollicitudine quàm patris Adami, & quorumdam aliorum Patriarcharum ossa[f]. Vt qui eius, quem Deus rapuerat, ossa, quæ seruarentur habere non posset, scripta tanquam sacratissimum pignus ac depositum sibi & posteritati custodiret. Quorum lectione, vel C etiam solo intuitu ad tanti Auctoris merita diuino iugiter conspectui præsentanda moueretur: quibus iustè irati numinis in mortales misericordiam faciliùs impetraret. Hoc namque pacto intelligenda censeo quæ sic de sanctissimo Patriarcha Noë profert Ecclesiasticus[g]: *Testamenta sæculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluuio omnis caro.*

Liber Henoch à Noe diligēter repositus seruatusque fuit in arca cum ossibus Adam.
f Infra lib. 8 cap. 8.
g cap. 44. 19

CAPVT XX.

In quo terrarum loco seu regione habitarunt sancti Patriarchæ, & filij Dei, tam ante, quàm post diluuium.



D maiorem eorum quæ diximus, moxque dicturi sumus, intelligentiam, operæpretium duxi aliqua proferre de loco, in quo primi parentes, aliique Patriarchæ, quos memoraui- B mus, habitarunt ante diluuium. Ad hoc præsertim vt sciamus, vbi per tot sæculorum spatiũ fuerit supremi totius Ecclesiæ moderatoris sedes, quicumque ille fuerit; & ex qua mundi potissimùm parte ad alias mitterentur filij Dei, vt aduersus diaboli technas, & filiorum hominum malitiam pro viribus sese opponerent, atque de iis, quæ pro hominum salute fecerant, illis à quibus missi fuerant, C rationem redderent. Cuius rei notitia tota pendet ex solutione illius toties agitatæ, & operosæ quæstionis, vbinam terrarum extiterit ille Paradisus, de quo ita Moyses: *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio* [a]. Ideo sepositis multarum aliarum circa hoc ipsum dubitationum ambagibus, vt ad rem breuiori compendio veniamus, statui doctissimi & sagacissimi viri P. Saliani [b] propriis eius terminis in medium proferre sententiam: quia appositè ab illo refertur, tamque meo sapit palato, & doctiorum iudicio tam arridet, tantaque stabilitur verisimilitudine: vt cùm me nihil meliùs, quod dicam habere fatear (quamuis in vno punctulo paulò post adducen- D do minimè ei consentiam) non sum arbitratus meliori me modo illius verbis, quàm eorum recitatione, posse subscribere. Omissis, inquit, opinionibus partim obsoletis, partim apertè falsis, duas tantùm quæ plus habent probabilitatis recensebo.

Probabiliores de paradiso terrestri sententiæ duæ.

Prior est, fuisse à Deo conditum paradisum hunc circa Mesopotamiæ fines, in iis regionibus, quas Tygris & Euphrates præterlabuntur. Ita Pererius in Genesim [c], Cornelius

a Gen. 2. 8.

b an. mũdi 1. die 3. 11. 34. 35. & 36.

c lib. 3. n. 122.

A

a n. 8. conclus. 2. n. 23.

in cap. 2. eiusdem, Torniellus in tertium hunc diem [a] Genebrardus in sua Chronologia non semel, Oleaster in cap. 2. Eugubinus in Cosmopœia vult esse prope Charan iuxta Euphratem, cuius opinionis inuentionem Hebræis, Græcis, Latinisque ignoratam sibi gratulatur. Eadem habet in annotat. in Genesim, quæ etiam reperias apud Vatablum, Oleastrum, & Scaligerum. Ad quam etiam referas licet Beroaldum sectarium, qui vt aliquid noui dicere videretur, maluit in Syria collocare, quanquam illi mox adiungit Arabiam & Mesopotamiam.

Altera opinio est, Ad Orientem quidem conditum Paradisum, id enim negari non potest in tanto vel Scripturæ, vel Patrum consensu; sed loco mortalibus planè incognito. Ita sentit Bellarminus cum D. Augustino, Tertulliano, aliisque Patribus. Quibus accedunt D. Thomas, Gregor. de Valentia, Del Rio, & si qui alij, qui videntur mole difficultatum superati dedisse manus, & ad hoc, quod vocant, asylum ignorantiæ confugisse. B

Recipitur prior sententia Paradisum ad Mesopotamiam pertinere.

Et sanè mihi nonnihil vtramque in partem fluctuanti visum denique est, priorem amplecti sententiam, vt paucioribus incommodis obnoxiam, & statuere Paradisum ad Orientem Palæstinæ, siue Chanaanitidis, non longè à Tygri & Euphrate. Cùm enim Scriptura dicat, fluuium, qui egrediebatur è Paradiso, inde diuisum in quatuor flumina siue capita, quorum duo sine controuersia sunt Tygris & Euphrates: certè satis docet illos non multum à Paradiso abfuisse. Nam ad hanc Mosis topographiam nihil pertineret longè distantium fluminum meminisse: & ita hunc locum intellexerunt Interpretes Vatablus & Eugubinus, in primisque Hugo à S. Victore [b]. *Qui inde diuiditur*, inquit, *videlicet, vel in ipso Paradiso, postquam aliquandiu, vt vnus manauit, vel postquam à Paradiso egressus est, in quatuor capita.* Ego sane crediderim, vt mittam alias interpretationes, quas suggerit Cornel. in medio circiter Paradisi magnum quendam fontem, siue gurgitem ascendisse de terra, de aquarum, scilicet abysso in terræ cauernas retrusarum, eundemque se mox quadripertito ad quatuor mundi partes diuisisse, effecisséque quatuor illa flumina, quæ à Moyse memorantur. Cui expositioni Hebræum אד *Ed* quod Hierony- C D

b in annotat. in Gen.

Digitized by Google

A mus *fontem*, Oleaster *inundationem*, Cornelius *gurgitem* vertit; plurimùm fauet: est enim gurges profundus in aquis locus, in quo circumuoluitur ac versatur vnda, siue erumpens, siue effluens atque absorbens. Adde Rupertum, qui hunc fontem de abyssis promanare ait, esséque quasi terræ mammam, in qua salsa abyssi aqua lacteam assumat dulcedinem.

Præterea, vt rectè argumentatur Eugubinus[a], Pererius[b], & Cornelius[c], in eo loco putandum est fuisse Paradisum, iuxta quem tam Adam, quàm eius filij, familiáque habitauit, & multo deinceps tempore posteri, ante & post diluuium. Eo enim B trahebat amor natalis soli humani generis, & eximia terræ Paradiso proximæ fertilitas, aërisque gratissima saluberimáque temperies, suppar ipsi Paradiso. Quæ causa fuit antiquis illis Patriarchis tam longinquæ ac diuturnæ vitæ. Satis autem constat, Adamum iuxta Paradisum habitasse cum suis. Nam Scriptura, *Emisit*, inquit, *eum Dominus Deus de Paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est*[d]. *Terram illam ipsam de qua sumptus est*, ait D. Chrysostomus[e]. Quis autem dubitet Adamum iuxta Paradisum formatum, vt inde mox in ipsum hortum induceretur? Idque affirmat Aben Ezra apud Eugub.[f] C *Nam eiectione*, inquit Chrysost.[g] *& propinqua habitatione castigatiorem, & in posterum securiorem faciens, re ipsa docuit, quantus impostor fuerit dæmon.* Atqui satis constat ex cap. 4. 10. & 11. Genes. primos illos Patriarchas Mesopotamiæ, Assyriæ, & Babyloniæ, siue Chaldææ regiones incoluisse. Certè Cain habitauit ad Orientalem plagam Eden, & ibi condidit ciuitatem. Et ex Babylonia factam esse diuisionem in omnes terras argumento est, turris Babel, & Scriptura, quæ ait profectos ex Oriente, id est, Armenia, in qua substiterat arca, & habitasse in terra Sennaar. Fauet eidem sententiæ celebrata scriptoribus D Chaldæorum antiquitas, quam ipsi, liberali sanè mendacio, ita auxerunt, vt ab origine sua, si superis placet, quadringenta & septuaginta annorum millia numerentur. Verùm hæc obscuriora esse necesse est, cùm Scriptura multa breuiter perstringat, multa vix innuat, cùm tamen ab ea vna doceri possimus. Adde tum nondum conditas ciuitates, nondum diuisas nominatasque regiones, vt nihil ipsis de rebus præter probabilitatem afferri possit. Cùm ergo ad ipsa

a in Cosm. & c. 2. Gen.
b lib. 3. nu. 40. & 112.
c in cap 2. vers 8. conclus. 2.
d Gen. 3. 23.
e Hom. 18. in Genes.
f in annot. in Gen. c. 2.
g Hom. 26. in Genes.

Digitized by Google

penè pomœria Paradisi inquirendo peruenerimus, quis dubitet in proximo esse Ciuitatem? Hactenus Salianus.

Cui in his omnibus libentissimè subscribo: excepto eo, quod ait de voce אד *Ed* significare illum fontem, seu gurgitem magnum, quem in medio circiter Paradisi ascendisse putat, eundemque de terra mox quadripartitò ad quatuor mundi partes se diuisisse. Dicta enim vox Hebræa non propriè fontem significat, aut gurgitem, sed vaporem, qualiter à Pagnino, Montano, & aliis constanter redditur in libro Iob [a], vbi reuera de imbribus sermo est. Ille autem vapor in mundi principio, postquam terra aquis discooperta fuit, vndique efflabat, non ex sola parte Paradisi. De quo iuxta Hebr. dicitur: *Vapor ascendebat è terra* adhuc madida & lutosa ex nuper separatis aquis, quæ illam priùs operiebant; quæ ideo suo calore intrinseco talem crassum vaporem efflabat, qui solutus in imbres erat *irrigans* (suo nempe humore torido) *Vniuersam superficiem terræ* [b]. Quatuor autem flumina non de vniuersa terra, sed tantùm de loco voluptatis manifestè dicuntur egredi, vt paulò post dicitur. Itaque re & loco tantum est discriminis, quantum inter vaporem & flumina, inter totam terram discoopertam aquis, & modicam eius partem, nempe, locum voluptatis. Consule quæ alibi [c] diximus.

a cap. 36. 27. B

b Gen. 2. 6.

C

c Commēt. in Iob c. 9. 8. & 38. 9.

Isti in cæteris probabilissimæ, ac suffragiis tot aliorum grauissimorum Auctorum benè nixæ sententiæ, vires non modicas subministrat simplex & genuina verbis mihi factis, atque manuscripto tradita narratio V. Patris Pacifici Scala Pruuiniensis, & mei Ordinis eximij Prædicatoris, meique amantissimi, qui à tribus hinc annis, ex Ierosolymitana peregrinatione, quam ex votis Reginæ Christianissimæ anno 1621. susceperat reuersus, quod mihi non semel narrauerat; cùm amicorum importunitate de sua peregrinatione scripto digesserat, mihi exhibuit. In quo tenet Damascenam regionem esse locum Paradisi voluptatis. Verba illius sunt.

P. Pacifici de loco Paradisi sententia.

D

Nolo asserere vidisse Paradisum voluptatis, sed benè vidisse locum, qui facilè posset esse Paradisus voluptatis, in

Digitized by Google

A quo Adam positus à Deo fuerat. Ille autem locus est regio Damascena, & præsertim amplissima illius planities quantùm oculus haurire potest. Quod si duabus id rationibus fieri non posse mihi dixeritis, primò quia cùm Adam inde expulsus esset, *posuit ibi Deus Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ* [a], & proinde nunc à nemine habitari posse, sicut illa regio habitatur: secundò, quia creditur, Henoch & Eliam esse nunc in illo Paradiso; quod si hoc esset, ipsi passim viderentur ab illius regionis incolis, & tamen non videntur. Respondeo ad primam, quod ille Cherub à Deo ibi B positus est, ne ipse Adam, qui locum illum suo peccato primus profanauerat, illuc ampliùs regrederetur in sui peccati pœnam: sed non ostendit Scriptura illius loci aditum aliis fuisse prohibitum. Quantum ad secundum, dico, nos ex Scriptura non cogi credere *Paradisum* [b], ad quem Henoch translatus dicitur, esse præcisè illum, in quo fuit Adam. Adde quod isti duo Prophetæ reddi possunt inuisibiles ex speciali Dei priuilegio: vel esse quidem visibiles, sed incognitos.

Regio Damascena est paradisus voluptatis.

a Gen. 3. 24.

b Eccli. 44. 15.

Multis autem non parui momenti ducor rationibus, vt prædictæ de Paradiso sententiæ meæ adhæream. Prima sit, quòd C cùm multi teneant Adam creatum fuisse in Hebron, verisimile non est, Deum voluisse illum ibi creare, deinde transtulisse in locum voluptatis tam longè dissitum. At nec in tota Palestina, Iudæa, Samaria, Galilæa, neque circa illas regiones locum inueniri similem regioni Damascenæ: cùm aliæ illæ omnes ferè continuis constent montibus & collibus, excepto campo Esdrelon vsque Damascum, quæ sex vel septem dierum itinere distat ab Hebron.

Secundò, probo ex fonte & fluuiis, quos Scriptura dicit fuisse in medio Paradisi. Nam in omnibus prædictis regionibus D excepto mari Tiberiadis, mari mortuo, & mari rubro, quæ nemo sanus dixerit esse flumina, vix vnum, vel duos quæ fluminis nomen mereantur, præter Iordanem, quis reperire poterit. In Damasco autem, non vnus tantum, sed plurimi admodum sunt fontes, multique illam abluunt fluuij, qui pro sua varietate & pulchritudine omnes incolas incredibili recreant voluptate, præsertim ob diuersi generis fructiferarum arborum multitudinem, quæ ripas illorum ornant, sicut & totam regionem.

Digitized by Google

Moschchea nomē tēplorum apud Turcas. Tertia quæ me mouet traditioni innititur. In fine vrbis Damasci prope paruam Moscheam (hoc nomine Turcæ vocant sua templa) habetur nosocomium à Sultano Solymano fundatum, in quo est paruum pratum semper virens, in cuius medio est parua columna: antiqua autem traditio est, ibi Adam peccatum suum agnouisse ac defleuisse, quando abscondit se à facie Dei, qui illum quærens clamabat: *Adam vbi es?* Quòd si ita est: iam habemus paradisum voluptatis.

Quarta ratio præcedentem confirmat, estque tantò validior, quantò in Scriptura fundamentum habere videtur per consequentiam, si non necessariam, saltem vero simillimam. Textus Geneseos a talis est, quòd Deus cum quæreret Adam, *ambulabat in Paradiso ad auram post meridiem.* Atqui ego bona curiositate motus perrexi ad locum, in quo fertur Adam & Euam mansisse statim postquam expulsi sunt ex Paradiso. A Damasco autem vsque ad eum locum, vnius præcisè semidiei itineris spatium est. In illo autem, quem dico, loco Adam habitasse, ex multis deducitur. Et primò, ibi est altissimus mons, totus constans ex albo marmore, ascensu tam difficilis, ac periculosus præ sua glabricie, & eo quod cùm minimè sit frequentatus, vix reperitur vbi ascendens figat pedem; item eius altitudo, & sine ambagibus via tam facilè mouet vertiginem, vt multi præcipitio ruant ac pereant: sicut ab vno anno, perierat quidam sacerdos peregrinus, sicut nobis tunc relatum est, de medio montis præceps factus passus cordis deliquium, qui ibidem sepultus fuit. Vnde minimè mirum est, si ex iis qui scripserunt de peregrinatione Ierosolymitana vel Terræ sanctæ pauci huius sancti montis fecerint mentionem. Nos tandem illum superauimus, non sine ingenti labore & periculo in diei æstatisque medio. B C

a cap. 38.

Mons in quo Adā & Eua manserunt expulsi de paradiso.

In eius cacumine vidimus pulcherrimam planiciem speciosis ornatam arboribus, & speluncam, in qua traditione tenetur Abelem & Cainum venire solitos ad sacrificandum Deo. Quæ traditio vim accipit primo ex insignibus antiquæ pietatis & Christianitatis monimentis. Ibi enim prope dictam speluncam, est ingens sepultura, quam Turcæ in maxima habent deuotione, ac reuerentia, certò tenentes in illa vtriusque, nempe, Caini & Abelis corpora contineri. Quantùm autem ad Christianos, idem semper crediderunt; ideoque perpulchram ibi D

Abelis & Caini sepultura locus.

ædi-

Digitized by Google

ædiculam ædificari curarunt ex natiuo marmore. Constat autem ex scriptura, quæ ibi in vna columna dictæ duorum fratrum sepulturæ partim clausuram conficiente legitur, anno post Christum natum 200. ædificatam fuisse.

Notandum præterea, illum montem pluribus aliis minoribus vndique circumdari & ornari mirificè. Cùm autem in illo duo fratres sacrificare vellent, ex illis minoribus ad illum venientes ibi sua offerebant Deo sacrificia, ponentes sua munera super struem lignorum, quæ ibi nascebantur, & Deus ignem de cælo mittebat qui Abelis sacrificium consumeret. Cùm autem
B sæpe hoc signo Abelis oblata sibi esse grata monstrasset: hoc indignatus Cain fratri aliquando dixit: *Egrediamur foras*, hoc est, extra illius montis cacumen, ad aliquem aliorum vicinorum, minorumque montium, vbi illum interemit. Ostenderunt autem mihi huius fratricidij locum: in cuius perpetuam memoriam, quatuor ibi sunt ædificatæ columnæ Cum autem à parentibus Adam & Eua occisum corpus inuentum fuisset, illud deferri curarunt super illum altissimum montem, vt vbi innocens filius purissimas solebat offerre victimas, ipse sacra Deo victima poneretur. Aliquot autem post annos, cùm Cain à La-
C mech casu occisus fuisset, existimãte illum aliquam esse feram, quam venabatur, facti pœnitens Lamech illius corpus cum fratre Abele sepeliuit.

Sed prorsus notandum venit continuum ibi adhuc vigens, iugeque miraculum: quod licet non viderim, quia die quo fit, me ibi esse non contigit: nihilominus à tot, tantísque testibus illius regionis incolis, non solum Turcis ac Mahumetanæ regionis viris; sed etiam à multis Christianis asseueratum mihi est, vt vix de hoc mihi liceat dubitare. Et bonus quidam senex illius loci æditiuus cum iuramento protestatus nobis est, quod
D mox sum narraturus. Ipse ostendit mihi crassissimam oliuæ arborem, super illum montem iuxta speluncã sacrificij Abel (quæ videlicet postea sacra haberi cœpit propter vicinum locum sacrificij Abel) ex cujus oliuæ radicum crassitie & luxurie mirabili facilè erat eius antiquitatem elicere, & dixit mihi: Nos traditione tenemus istam esse vnam ex primis arboribus, quas vnquam terra produxit: & Abelem ex illa ramos præscindere solitum, quibus struem sacrificij sui componeret, quique de cœ-

Iuge miraculum etiam nunc fit in loco vbi sepultus est Abel.

Digitized by Google

lo ignem susciperent: in cuius rei memoriam, oleum ex illo procedens diligenter seruamus, ac reuerenter: cui aliud oleum admiscentes, lampadem huius sancti loci iugiter ardentem fouemus: singulis autem hebdomadibus stupendum renouatur miraculum. Nam qualibet feria quinta, serotino tempore, ex prædicto oleo in hanc, quam videtis, lampadem infundo, quantum sufficit eius capacitati aptato lychno, sed minimè accenso: crastina verò die, quæ est Veneris, certissimè & infallibiliter illam accensam reperio, igne de cœlo singulis sextæ feriæ noctibus in illam constantissimè descendente, sicut B olim super Abelis sacrificia descendebat: & omnes huius oppidi incolæ tam Christiani quàm alij, idem mecum parati sunt iureiurando testari. Sic nobis ille senex æditıuus.

Ista autem, quæ cum omni sinceritate & simplicitate retuli, nihil aliud exigunt à lectore quàm plenam credendi, quæ voluerit libertatem, fidemque suam qua parte voluerit inclinandi, cùm nihil omnino de fide contineant. Hanc tamen narrationem sic placuit dilatare, mihi persuadens multis curiosis me rem gratam facturum, nec istorum lectionem fore tædiosam ob id maximè, quod illa sicut vidi ingenuè narraui. Et quilibet concionator illa publicè populo potest C annunciare pro certitudine, quam obtestor de mea in hac parte fidelitate. Huc vsque V. Pater Pacificus.

Qui à tempore, quo regressus inde est, semper mansit in primario nostri Ordinis, in hac ciuitate Parisiensi, cœnobio, mox hoc ipso mense Martio anni ab Incarnatione Verbi 1625. de Sanctissimi Papæ Vrbani VIII. mandato Constantinopolim coloniam instituti nostri fundandi gratia regressurus cum eodem quem prima vice habuit totius itineris socium, V. Patre Hippolito prædicatore, qui in secundo huius ciuitatis monasterio ab eorum reditu iugiter manens & nobiscum con- D uersatus, in familiaribus plerumque colloquiis eadem & alia multa mihi narrauit, & non sine pia, dulcissimaque dicti loci sanctitatis recordatione confirmauit.

Quæ sanè testimonia non censeo parui pendenda: & ob id maximè, quod præter tot grauissimorum in huius capitis principio laudatorum expositorum auctoritatem, non parùm stabiliunt illam sententiam, quæ tenet Paradisum volupta-

Digitized by Google

A tis, in quo primus homo positus à Deo est, etiam nunc esse circa Mesopotamiam: & prope illum, primò Adam cum sua piissima familia, deinde Seth, Enos, Cainam, Enoch, Noë, aliosque filiorum Dei Principes ante & post diluuium habitasse: & inde suos per vniuersum mundum misisse discipulos. Vim quoque præstant maximam, tam iis quæ in præcedenti capite ex libro Enoch citauimus de congregatione Cinæorum sub nomine Angelorum fieri solita supra vel circa montem Hermon, qui Damascenæ regioni proximus est: quàm iis quæ de Raphaim, Zuzim, & Emim, id est, Pro-
B phetis in Astaroth-carnaim, Emath, & Cariathaim habitantibus antea [a] deduximus.

a cap. 10.

Digitized by Google

Synopsis Chronologiæ primæ ætatis mundi.

	Anni Adæ & mundi.	Seth.	Enos.	Cainan.	Malaleel.	Iared.	Henoch.	Mathusalem.	Lamech.	Noe.
a	1		Primus præco Iustitiæ.	Secundus præco Iustitiæ.	Tertius præco Iustitiæ.	Quartus præco Iustitiæ.	Quintus præco Iustitiæ.	Sextus præco Iustitiæ.	Septimus præco Iustitiæ.	Octauus præco Iustitiæ. 2. Petri. cap. 2. 5.
b	2									
c	37									
d	130									
e	170	40								
f	225	105								
g	250	120	15							
h	300	170	65							
i	325	195	90							
k	395	265	160	70						
l	396	266	161	71	1					
m	460	330	225	135	65					
n	461	331	226	136	66					
o	473	343	238	148	78					
p	622	492	387	297	227	162				
q	687	557	452	362	292	227	65			
r	688	558	453	363	293	228	66	1		
ſ	874	744	639	549	479	414	252	187		
t	920	790	605	595	525	460	2 8	233	46	
v	930	800	695	605	535	470	308	243	56	
x	987	857	752	662	592	527	365	300	113	
y	1042	912	807	717	647	582	∴	355	168	
z	1056	∴	821	732	661	596		369	182	
†	1170			845	775	7·0		483	296	114

A a Adam à Deo creatur. Genes. 1.
b Cain primus deinde Abel nascitur. Genes. 4.
c Cain primum mundi templum ædificat. Cap. 2.
d Seth nascitur. Genes. 5.
e Sethi facies fit splendida & durat vsque ad mortem. Cap. 4.
f Enos nascitur. Genes. 5.
g Seth filios Dei, id est, Clerum instituit. Cap. 7.
h Cainitæ abutuntur vxoribus fratrum suorum. Cap. 11.
i Cainan nascitur: & propter Cain tale nomen accepit. Cap. 14.
B k Malaleel nascitur. Genes. 5.
l Enos incipit inuocare in nomine Domini locum adorationis latriæ, id est, propitiatorium instituens. Cap. 11.
m Iared nascitur. Genes. 5.
n Cainan ordinem Cinæorum seu Angelorum instituit. Cap. 14.
o Ab Adam, eiusque filiis Cinæi mittuntur ad prædicandum, & Dynastæ ad regendum populos per totum mundum. Cap. 14.
p Henoch nascitur. Genes. 5.
C q Mathusalem nascitur. Genes. 5.
r Henoch Anibalat coram Deo Cinæorum societatem ingressus. Cap. 14.
s Lamech nascitur. Genes. 5.
t Iam masculi in masculos turpitudinem exercere incipiunt. Cap. 17.
v Adam moritur: & Seth ei succedit in supremo Pontificatu. Cap. 5. & 7.
x Henoch à Deo rapitur. Cap. 17.
y Seth moritur: & tam Enoscæi, quàm Cinæi, à suo perfectionis statu admodum deficiunt. Cap. 5. & 14.
D z Noë octauus præco Iustitiæ & mundi reparator nascitur. Genes. 5.
† Celebratur pessima Synodus Vigilum deprauatorum, vt nubant filiabus hominum. Cap. 17.

Digitized by Google



IACOBI BOVLDVC ORDINIS CAPVCINORVM PRÆDICATORIS, B

DE ECCLESIA ANTE LEGEM

LIBER SECVNDVS.

C

CAPVT PRIMVM.

Quam opportunè missus à Deo sit Patriarcha Noë in secunda mundi ætate: quàm magnificè Scriptura de illo loquatur. Constituitur à Deo caput omnium perfectorum: spatio fere 500. annorum cælibem vitam egit.



ERSEVERANT impij agere fanda, infandaque relatu. Vt de ijs qui Iaredi potissimùm erant temporibus canit auctor Sibyllinorum. De quibus & Epiphanius[a] ita loquitur: *Quemadmodum autem traditio habet, quæ ad nos deuenit, hinc incœpit fraus in mundo fieri. Et ab initio quidem per inobedientiam ipsius Adam: deinde per ipsius Cain parricidium. Nunc autem in temporibus Iared, & vltra, veneficium, in-* D

a Initio Panarij.

Digitized by Google

A *cantatio, petulantia, adulterium, & iniustitia: non opinio aliqua alia, non doctrina immutata: sed vna lingua, vnum genus in terra illo tempore dispersum.* Quod ita videtur intelligendum. Quamdiu Adam & Seth vixerunt, pro sua auctoritate, præsentia & prudentia, virtutúmque exemplis ac monitis nepotes suos in officio ad mortem vsque continuisse: ad hoc in primis Enos & Cainan, qui pietatis ac zeli laude florebant, valde concurrentibus. Verùm defuncto Adamo, translato Enocho, mortuo item Setho, tam Cainitæ, quàm qui ex Sethi discipulis, filiisque Dei erant deprauati, torrentis inundantis instar,
B vltra retineri non potuerunt.

Itaque insignem istorum eluuionem ante Patris ac Magistri sui mortem, quæ fuit anno mundi 1042. contigisse non est verisimile, fauente nobis in hac parte Iosepho [a], vt vidimus [b] cùm ait: *Filios Sethi*, de illis enim agit, *per septem generationes perseuerasse vnum Deum colentes omnium rerum Dominum: semperque respectum virtutis habuisse. Procedente deinde tempore,* octaua scilicet generatione, *& deinceps à patriis institutis degenerasse.* Octaua autem generatio à Setho cadit in Lamechi ætatem, circa dictum mundi annum. Sub qua ætate Hebræi generalem hanc
C morum euersionem agnoscunt, vt notauit Genebrardus: quæ post quindecim à morte Sethi annos contigit, vt mox videbimus. Nam de Cainitis, & filiis hominum alia est ratio. Eos quippe idem Iosephus [c] ait: *Superstite etiam tum Adamo sceleratissimos euasisse.* De quibus etiam nuper locutus est S. Epiphanius.

Filiorum Dei deprauatio quando contigit.

a Antiq. lib. 1. c. 3.
b lib. 1 c. 17.
c Antiq. lib. 1. c. 3.

Septuaginta igitur anni à translatione Henoch, quindecim autem à morte Sethi transierant, quando secundæ mundi ætatis lucidissimum illum Solem Noë omnibus fausta mortalibus præuenit suæ natiuitatis aurora. Qua quidem apparente, pater
D eius Lamech tenebrosam nimis, ac iustis omnibus inquietam noctem pertæsus mysteriosum recens nato cum ingenti gaudio nomen indidit Noë, dicens: *Iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum, in terra cui maledixit Dominus* [d]. Nimirum, vir ex filiis Dei, (Quippe qui à Enos, *qui cœpit inuocare nomen Domini*, septimus erat *præco Iustitiæ* [e]) & vt diximus, prædictis verbis *in natiuitate filij sui Noë prophetauit, quemadmodum Zacharias*, ait Theodorus apud Lipomanum: Cui

Noe natiuitas quando contigit.

d Gen. 5. 29.
e 2. Petr. 2. 5.

Digitized by Google

multi consentiunt. Ergo pro sua professione Cinæus, pro sua vocatione pacis amantissimus, ad bellum plerumque cum suis aduersus tumultuosos, inquietos, & humani generis perturbatores Cainitas procedere & manus conserere coactus, deplorans etiam totius orbis terrarum ingentem calamitatem, cuius maledictionem semel à Deo datam maledicti Caini (qui in humani generis natus videbatur exitium) supra modum aggrauauerat iniquitas & assectarum suorum longa nimis omnium vitiorum depopulata erat ingluuies, vaticinando *quietis*

a Hom. 21. in Genes.

nomen dedit filio. *Quoniam enim*, ait Chrysostomus [a], *præscientia sua præuidebat futura, vt vidit malitiam hominum in dies magis ac magis increscere, prædicit per appellationem pueri mala quæ totum humanum genus inuasura erant: vt vel timore castigati abducerentur à vitiis, & amplexarentur virtutem.* B

Caini cognomen infandum & detestandum.

Vtinam inuenissem, qui mecum sentiret, quod sicut Lamech spiritu prophetico obscurè loquitur, ita nomine Hebr. האדמה *haadamah* cum ה Hahediah non terram intelligeret, sed Cain Adæ primogenitum, quem per contemptum, tanquam aliquid indignum nomine vocaret *haadamah*; quasi diceret, rem illam Adami, quam maledixit Dominus; vt totius sententiæ sit sensus: Consolabitur nos ab operibus arduis, C & tribulationibus, quas tanto tempore passi sumus ab illo miserrimo primo Adæ fœtu, cui maledixit Dominus. Nec discrepat textus Hebr. *Iste consolabitur nos ab opere nostro, & à dolore manuum nostrarum de Adamah, cui maledixit Dominus.* Certè sic multæ soluerentur expositiones absurdæ, quæ dari solent istis verbis.

Tot igitur ac tantis Ecclesiæ ingruentibus malis Deus prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cœlo in *terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum* [b]. Et postea congruo tempore, velut ad tantum opus ido- D neum ministrum perquirens diceret, *Quem mittam? & quis ibit nobis?* [c] *Noe verò*, inquit Scriptura, *inuenit gratiam coram Domino* [d]: qui nimirum, mitti dignum illum iudicauit. Anno igitur mundi circiter 1140. quo mortuus est Enos quasi in eius locum suffectus surrexit Noë Cinæus, & tunc annorum 84. Cainano adhuc superstiti (qui insuper postea 95. vixit annos) non modicum in his tempestatum procellis allaturus auxilium. Et tunc

b Ps. 101.20
c Esa. 6.8.
d Gen. 6.8.

Digitized by Google

A tunc videtur Noë *praconis Iustitia*[a] officium exercere cœpisse: non, vt multi putant, quia appropinquantem, per futurum diluuium, Dei iustitiam prædicaret, quia cùm octauus huius officij ab Apostolo nominetur: Enos fuit primus & Cainan secundus præco Iustitiæ, longè antequam Deus irasceretur in genus humanum, & per Noë aliosque prophetas minaretur diluuium: Sed vocatus est præco Iustitiæ, hoc est, prædicator legis naturalis, quæ dicitur Iustitia, vt vidimus[b]. Nihil tamen prohibet, quin & Noë, & alij huius tempestatis prophetæ Dei Iustitiæ

B seueritatem per diluuium in proximo manifestandam prædicauerint populis. Cùm, teste Iosepho, eius minas etiam Adamus intentarit. Sed & ad huius S. Patriarchæ annum circiter 158. iuxta mendosam Græcorum supputationem, mundi autem legitimè 1214. arbitror pertinere, quod Græcos sectatus sit ait Methodius: *Et septingentesimo eiusdem secundæ chiliadis anno, filij Seth concupierunt filias Caini, atque inde orti sunt gigantes.*

a 2. Petr. 2. 5.

b lib. 1. c. 1.

Sed quo stylo de viro isto sanctissimo loquatur Scriptura prorsus est notandum. Longè enim alio modo loquitur de generationibus Noë, quàm de aliis generationibus. Et nunc, si vnquàm, apertè constabit Moysen concisè admodum loqui

C in toto libro Genesis de rebus Patriarcharum, & de iis quæ ad tempus suum, legemque non pertinent: tum quia videbat Deum suo ministerio legem naturæ ad nouam quodammodo formam reduxisse, cui Israëlitæ tunc potissimùm debebant intendere: tum quia res, quæ ab initio mundi vsque ad suum tempus contigerant, diligens traditio, ac frequentata narratio patrũm ad filios populo Israëlitico tritas & familiares omnino reddiderat. Proinde vtitur etiam laconicis dicẽdi formulis; sed propriissimis, significantissimis, atque populo suo notissimis terminis. Quos qui nesciunt ponderare, suam in hoc maximè

D libro Genesis exponendo insufficientiam, ne dicam inscitiam, vt fateantur necesse est.

De Noë nouo & mirabili modo Scriptura loquitur.

Moyses concisè admodũ loquitur in libro Genesis & cur.

Ecce in primis, vbi de generationibus carnalibus sermo fit, semper vtitur voce תולדות *tholedoth*, *generationes*, quas propriè significat ista vox: quæ ideo non nisi pluralis inuenitur: quia vix vsurpatur nisi vbi de pluribus rebus vel hominibus naturaliter generatis mentio fit. Exempli gratia: *Istæ sunt generationes cœli & terræ*[c]. *Hæ sunt generationes Phares, Phares genuit*

c Gen. 2. 4.

a Ruth. 4. 18. Esron, &c.[a] *Hæ sunt generationes Esau*[b]. Vbi verò sermo est de
b Genes. 36. 1. 9. generatione spirituali, seu mystica, iuxta quam magister dicitur pater discipuli, vtitur nomine דורות *Doroth*, vt infra[c].
c Gen. 17. 7. *Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno.* Et hoc suo loco videbimus.

Secundò notandum, quod in citatis de generatione carnali, locis, & in aliis similibus, mox & immediatè postquam dictum
d Gen. 37. 2. est, *Hæ sunt generationes Iacob*[d] semper ponitur generatorum series, vel quæ ad illam pertinent, vt facilè constat ex istis locis: hîc verò postquam Moyses dixit; *Hæ sunt generationes* (Heb. *tholedoth*) *Noë*, statim digreditur ad commendationem iustitiæ Noë, & per parenthesim, quæ hîc aptissimè poneretur, & per nomen דורות *doroth*, de generationibus spiritualibus intelligens, prosequitur, *Noë vir iustus atque perfectus* B
Nomen generationis pro sobole mystica.
e Gen 6. 9. *fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit*[e]. Post quam parenthesim, rediens ad generationem carnalem, addit: *Et genuit tres filios Sem, Cham, & Iapheth.* Quorum generationes non prosequitur, vt iuxta morem Scripturæ faciendum esse videbatur: sed regreditur ad ea, de quibus Deus cum eo tractaturus est C circa rem diluuij, quæ postea prosequitur, narrationem de generatione filiorum Noë post historiam de diluuio resumpturus.

Ratio huius est: quia Deus, coram quo Noë inuenit gratiam, incipit tractare cum illo de rebus diluuij, non quatenus pater est Semi, Chami & Iapheti secundùm carnem: sed inquantum est *iustus perfecti in genealogiis suis* (vt volunt Hebræa) spiritualibus, hoc est, Rex aut consultor Iustitiæ (quod nomen habuit postea filius ac successor eius Melchisedech tanquam
f infra c. 10. summus Ecclesiæ Pontifex, vt videbimus[f]) sic etiam appellatur tanquam iustus ac rectus eorum qui perfectionem profitentur supremus moderator & Archimandrita, seu omnium sodalitatum filiorum Dei, quæ tunc, eius nempe temporibus, erant tam Enoscæorum quam Cinæorum; & fortasse iam longè antea præpositus illis à Deo fuerat, eo modo, quo postea Abraham præpositus fuit super omnes Cinæos, Cene- D
g Gen. 15. 19. zæos, Cedmonæos & Raphaim, qui erant in terra Chanaan[g].

Digitized by Google

A Quod non obſcurè comprehendi videtur in his verbis, quæ immediatè præcedunt, *Noë verò inuenit gratiam coram Domino.* Et iſtæ ſunt genealogiæ, ſeu perfectorum ſcholæ, ſine quibus fuiſſe Melchiſedech (quem eſſe Sem poſtea [a] docebimus) Paulus [b] intelligere videtur: eo quod patris Noë in hac ſuprema dignitate ſucceſſor neque patrem habet, neque matrem, quia nullum habet virum aut fœminam pro ſuperiori vel magiſtro, & ſimiliter nullius particularis genealogiæ, hoc eſt, ſcholæ, vel ſodalitatis pater eſt, cum ſit omnium genealogiarum ſupremus Pontifex, vt latiùs probamus vbi B ſupra.

a Cap. 10.
b Heb. 7. 3.
Noë quo ſenſu dicitur perfectus in generationibus ſuis.

Pro cuius expoſitione notandum eſt, vocem דורות *doroth*, qua Moyſes vtitur in hoc loco, venire à verbo דור *dour*, quod importat ordinatam vitam, quando eſt neutrum: cùm verò eſt actiuum, ordinare, diſponere, ſeu digerere. Proinde nomen, importat propriè ſeriem hominum, certam ſucceſſionem & reuolutionem, quæ in morem ſphæræ fit. Vt cùm dicitur, *Generatio vadit, & generatio aduenit* [c]. Item, *generationem eius quis enarrabit* [d]? quænam autem ſit C illa generatio Chriſti apertè ſequentia multipliciter oſtendunt, vt cum dicitur: *Si poſuerit animam ſuam pro peccato, videbit ſemen longæuum.* Ita quod poſſet aliquo modo verti, *Iuſtus perfecti fuit in ordinibus ſuis*: quo, per myſticam ſeriem nunc etiam vocamus ordinem S. Benedicti, ordinem S. Auguſtini, ordinem S. Franciſci.

c Eccli. 1. 4.
d Eſa. 53. 8.

Præterea notanda eſt Hiſterologia, cùm dicitur; *Iuſtus perfecti fuit in genealogiis ſuis*, ſeu ordinibus, *cum Deo ambulauit.* Ita enim conſtrui debet: *Cum Deo ambulauit, iuſtus perfecti fuit in genealogijs ſuis*: vt ſit ſenſus. Diſcipulos ſeu ſectatores Noë perfectorum nomine fuiſſe cognominatos, vt velle videntur D S. Methodij verba, cùm poſtea [e] loquetur de regione quam Thauma, id eſt, perfectionem, vocatam dicit, *Iuxta nuncupationem filiorum Noë*: ſatis apertè indicans filios Noë vulgò cognominatos fuiſſe perfectos. Vel etiam in hoc ſenſu. Cùm diu, & iuſtè ambulaſſet cum Deo, conſtitutus eſt iuſtus moderator atque director ſuper omnes ſui temporis ordines. Vbi nomen צדיק *tſadik* non habitum iuſtitiæ ſimpliciter impor-

e Cap. ſeq.
Noë quo ſenſu dicitur Iuſtus in generationibus ſuis.

tat: sed actualiter iustum in regendo moderatorem, vt pluribus alibi [a] probamus. Vnicum de hoc exemplum sufficiat: quo Deus in hoc sensu iustus Rex aut moderator appellatur: *Quomodo tu eum qui iustus est, in tantum condemnas?* [b] Ad verbum, *An iustum insignem impium facies?* Sed loca consulenda sunt. A

a in Iob. c. 12. 4.
b Iob 34. 17

Postquam igitur Noë *ambulauit cum Deo* (sicut Henoch ante eum ambulauerat, vt vidimus [c]) diuino se vouens obsequio, & cùm *inuenisset gratiam coram eo* (diu, ac frequenter ante faciem eius ministrando) constitutus ab illo est supremus omnium fidelium ac perfectorum moderator & rector. Vnde colligitur etiam Noë ex Cinæorum ordine fuisse sicut Henoch, priusquam ad supremi eueheretur Pontificatus dignitatem. Quod contigisse iam diximus [d], anno vitæ eius 366. mundi vero 1422. ducentesimo trigesimo quarto ante diluuium. B

c lib. 1. c. 7. & 18.
d lib. 1. c. 5.

Præterea Moyses, vt breuiter & eleganter huius admirabilis viri exprimat sanctitatem, quasi ludens in nomine eius Noah, quod quietem importat, quater illud in paucis verbis repetit, hoc pacto; *Istæ generationes Noah: Noah vir iustus perfectè fuit in genealogijs suis: Cum Deo ambulauit Noah: & genuit Noah tres filios*, &c. Quasi per nomen abstractum stylo Hebraico quietissimum eius animum indicans, diceret. Sequuntur insignia facinora viri illius, qui quietissimus in omnibus meritò vocatus est quies. Nam cùm perfectè Iustus esset, quietissimè sodalitates suas moderatus est: quietissimus quoque fuit quandiu in statu religioso Deo ministrauit: Imò quietissimus fuit in statu matrimonij ab omni salacitate alienissimus, dum sicut ante, ita & post trium filiorum generationem vitam egit in quiete cœlibatus. Quod statim amplius exponetur. Proinde non malè me suspicari putarem, illum extitisse virginem ac cœlibem spatio fere 500. annorum: ante quod tempus non habuisse filios verior nonnullorum opinio cum Chrysostomo [e] colligit ex istis verbis: *Noe verò cùm quingentorum esset annorum genuit Sem, Cham, & Iaphet* [f]. *Vt dicamus*, inquit, *quo pacto ijs omnibus tantam insaniam ac rabiem in se ferentibus, Iustus ille manserit solus, continentiæ virtutem cum alijs strenuè seruans, donec ad quingentesimum annum peruenit.* Nec prius genuit, ait Genebrardus [g], quia instituerat viuere in perpetuo cœlibatu, vel C D

Noe cœlebs vixit spatio 500. annorum.
e Hom 24. in Gen.
f Gen. 5. 31.
g in Chronol.

Digitized by Google

A coniugali continentia & contemplationis studio & tædio sæculi sui corrupti, & metu habendi prolem, quæ diluuio ipsi iam ante annos 20. reuelato periret. Quare non nisi excitatus oraculo dicitur ad procreationem processisse, quo humanum genus seruaret. Fuisse enim continentissimum inde apparet, quia Genes. 5. cùm de præcedentibus Patriarchis, ipso etiam Henoch sanctissimo dicatur; *Genuitque filios & filias*, de solo Noë vsurpatur alia formula, *Genuit Sem, Cham & Iapheth*. Qualia multa obseruant Hebræi. Huc vsque Genebrardus.

B Sic Deus puritatis amantissimus illis temporibus, quibus fœda libido tantùm inualuerat, iustitiæ præconem elegit castissimum in eius sibi complacens virginitate, per quem genus humanum & Ecclesiæ statum reparare volebat. Quemadmodum postea ex Abraham *habente corpus emortuum, & emortua vulua Sara* [a] semen quod stellas cœli & arenam maris numero superaret, eduxit. Iam igitur cesset anxietas, quid his 500. annis magnus iste Patriarcha didicerit, aut fecerit: quomodo puerilem ætatem, adolescentiam, & iuuentutem transegerit. Omne studium adhibuit vt toto illo tempore & præsertim à diebus

C quibus in sodalitate Cinæorum ambulare cœpit cum Deo & familiariter conuersari, vt placeret ei, & placuit & inuentus est iustus; *Solus in omnibus iustissimus, fidelissimus, verax bonisque operibus deditus*: quo pacto de illo Sybilla loquitur. Anno verò vitæ suæ 481. mundi 1537. circa decimum nonum, antequam gigneret filios, dixit ad eum Deus: *Non permanebit spiritus meus in homine, erunt dies illius centum viginti annorum*. Quibus denuntiat Dominus diluuium terram cum hominibus intra centum & viginti annos dissipaturum, vt cum alijs multis exponit B. Augustinus.

a Rom. 4. 19.

D

Digitized by Google

CAPVT II.

De natiuitate Arphaxad. De triplici eius nomine Ionathi (malè Ionithus) Cainan, & Arphaxad. De loco & tempore plantationis vineæ: de inebriatione patris Noë, postquam vsque ad mortem, sicut ante diluuium 500. annis, seruauit cælibatum. B



Nno mundi 1556. Noëmi verò 500. iuxta expressa scripturæ verba [a] primus trium filiorum eius genitus est. Cùm autem Sem biennio post diluuium centum annorum fuerit, & proinde octo & nonaginta annis ante diluuium, id est, anno patris 503. natus sit: inde multi patres & expositores ritè colligunt Iaphethum (quo minor Cham fuisse videtur [b]) primogenitum fuisse, Sem verò ætate trium minimum licet dignitate maximum, vt paulò post videbimus. Id post multos Hebræos tenent nunc Septuaginta; Genebrardus, Temporarius, & alij. Omissa autem tota de diluuio historia & aliis quæ tam ante quàm post illud contigerunt, & ad rem nostram minimè conferunt: operæpretium duximus agere in primis de illustrissimo illo Patriarcha Arphaxad filio Sem, qui biennio post diluuium in lucem prodijt [c]. C

a Gen 11.10

b Gen.9.24

c Gen.11.10

Quem si ostenderimus eundem esse ac illum qui dicitur secundus Cainan, mox soluta euadet grauissima illa quæstio, quæ vsque nunc inter tot doctissimos priscos & neotericos auctores agitata est, vtrùm ille Cainam, vnquam extiterit in rerum natura? Cùm verò eum quoque esse qui à S. Methodio nominatur Ionithus, & alia multa præclara maximíque momenti ostensuri simus, corúmque probationem partim ex Scriptura, partim ex eodem Venerando Patre dicturi: boni, quæso, Lector consulat si dixero; iniustè minimè vsque modo tanti viri scripta non benè à multis intellecta inter aniles fabulas nugasque relata fuisse. Quæ si à contractis mẽdis, præsertim in chro- D

S. Methodij scripta ritè à mendis purgata multa Scripturæ mysteria declarant.

Digitized by Google

A nologia purgentur, debitóque ordine digerantur: tantò magis pro sua vetustate admittenda ac veneranda sunt, quantò ad perfectam historiæ à diluuio vsque ad Abraham, & præsertim de secundo Cainan veritatis notitiam admodum conferunt: atque etiam arcana multa vsque nunc ignota nobis indigetant. Ideo deinceps ita textum eius adducere pro nostra tenuitate conabimur, vt simul ea quæ putamus errata contraxisse propalemus.

Sic igitur de tempore diluuij loquitur: *Et iratus Dominus Deus in expletione secundi millenarij* (hoc est, cùm expleretur secundus annorum mundi millenarius, & iuxta genuinam Hebræorum & Latinorũ chronologiam, anno mundi 1556. Quod idem Pater (secundum errorem quæ ab omnibus notatur esse in Græcis codicibus.) iam antea dixerat, *tertia incipiente chiliade, expletis duobus ab orbe condito annorum millibus*) *& omnis creatura prima* (hoc est, omnes qui tunc erant primæ ætatis homines, exceptis octo animabus quæ saluatæ sunt in arca[a]) *deleta est, vel absorpta, & deperijt generatio primi hominis figmenti.* De tempore autem natiuitatis Arphaxad sic habet: a 1. Petr 3.

B C *Centesimo autem nono* (lege, anno) *de tertia chiliade*) lege, de tertio chiliarcho quod nomẽ Hebraicè אלוף *aluph* sæpe in scriptura vsurpatur pro duce populique moderator, vt videbitur postea[b]) *natus est filius quartus Noë.* Vocat Sem tertium chiliarchum quia duobus aliis suis fratribus mundi principibus ætate minor erat. Sem ergo anno centesimo & ex ipso *natus est quartus filius Noë* nempe Arphaxad: quia cùm Noë non nisi tres filios Iapheth, Cham & Sem genuerit; primus qui per eos & post eos à Noë originem duxisse legitur, est primogenitus Semi nempe Arphaxad: atque ideo quartus Noë filius appellatur, eo sensu quo commissum apud plurimas gentes appellatione filij nomen pro nepote vsurpatur: vt apud Esdram[c] Zacharias dicitur filius Addo. Sic Iehu rex Isráël vno in loco[d] filius Nausi: alio[e] filius Iosaphat filij Namsi: Item, Sara filia Ara, filij Thare, dicitur filia patris Abrahæ[f], quo etiam Hus, Hul Gether & Mosoch Semi nepotes inter eius filios numerantur, [g] ideo addit Methodius, *secundum ipsius similitudinem*, id est, per Sem, qui est similitudo Noë hunc Ionathum postea[h] apertè

b lib. 3. cap. 14.
D c lib. 1. cap 5
d 3. Reg. 19. 16.
e 4. Reg. 9. 2.
f Gen. 20 n
g Paral. 1. 17.
h Cap. 14.

Digitized by Google

vocauit filium Sem, *& vocauit nomen eius Ionathum*: sic corruptè, vt passim in textu Græco Iosephi necnon quorundam Patrum videre est, dum Hebraicorum nominum asperitatem lenire volunt: sed legitime יונתי *Ionathi*, id est, *columba mea*: quo ipso nomine sponsa in Canticis [a] appellatur, facilè igitur est Arphaxad natum paulò post diluuium ab auo Noë nominatum fuisse כיונה *Cajonah*, vel כינן *Cainan*, id est, *sicut columba*, in memoriam columbæ quæ ramum oliuæ ore suo detulerat in signum quod cessassent aquæ diluuij: sed postea & præsertim à tempore maledictionis filij Cham, ne B vel quidem in sono aliqua esset sympathia aut similitudo inter tam dissimilium nepotum nomina Cainan & Chanaan: sapientissimus Noë fecit, vt eadem notione remanente voces ipsæ differrent, & qui priùs Cainan [b], id est, sicut columba dictus fuerat, deinceps hoc dulcissimo, peculiaremque dilectionem præ se ferente nuncuparetur *Ionathi*, id est columba mea, vocabulo.

a cap. 2. 4.

b Gen 35. 18

Quartus igitur Noë filius in sensu iam exposito ipse est Arphaxad, qui in natiuitate nominatus *Cainan*, postea Ionathi vocabulo donatus est. Vnde constat, non ritè à me antea post C alios scriptum fuisse, istum, qui apud Septuaginta Cainan & filius Arphaxad nuncupatur, dici debere alterum vel secundum Cainan: cùm primi nempe filij Enos nomen sic scribatur in Hebræo קינן *Kenan*, quod *nidus* aut *possessor* interpretatur, istius verò vt paulo ante scriptum expositúmque est. Proinde Noë, dum hoc nomen imposuit nullam videtur habuisse rationem aut respectum ad filium Enos, tanquam Cinæorum institutorem, cuius memoria in isto remoueretur; vt aliquando putauimus: sed potiùs ad columbam arcæ, quæ proximum diluuij finem ac terminum nunciauerat.

Nomen Kenan & Cainan differunt.

D

Ex quibus deducitur, istum Semi filium fuisse binomium. Et tandem ex eo, quod ab eodem Noë primus omnium regionis Cased, id est, Chaldææ Rapha, id est, curator & antistes destinatus est, tunc Arphaxad, id est, Rupha Cased, appellatus est quod est nomen dignitatis, vt mox videbimus. Quemadmodum frater eius Elam, eo quod primus Persarum regionis (quæ ab eo Elam nominata est) Rapha electus à Noë est: per Meta-

Nominis Arphaxad etymologia.

A metathesim nomine quoque dignitatis Amraphel, id est, Rapha Elam donatus est. Et illum esse crediderim, quo Persidem moderante contigit illud bellum, de quo legimus in Genesi[a]: *In diebus Amraphel, Rex Sennaar, Arioch Rex Elasur*, &c. Tunc enim non nisi 416. annorum esse poterat, cuius frater Arphaxad 438. vixit annos.

Si ita est: Cur, inquies, Moyses non Cainan, sed Arphaxad eum semper vocat? Respondeo. Quia Moyses tam Elam quàm fratris eius Cainan res optimè nouerat, vtrúmque non proprio, sed solo dignitatis nomine compellat: quemadmo-
B dum Dauid[b] & Paulus[c] summum Ecclesiæ Pontificem non proprio Semi, sed dignitatis Hebræísque notissimo vocat nomine Melchisedech. Proinde Moyses de isto Cainan loqui intendit, cùm scripsit, *Arphaxad genuit Sale*[d]. Sed cum ab eius tempore multi postea fuissent Arphaxades, vt patet ex Scriptura[e]: (qui propter similitudinem literarum ב & כ & Arphaces & adhuc corruptiùs Arsaces[f], vt & eorum populi Arsacidæ quasi Arphacidæ, dici potuerunt) consultè Septuaginta ad distinctionem tum primi Cainan, tum aliorum Rephaim, qui postea Chaldææ præfuerunt, dignitatis nomen per proprium
C restringendo sic simpliciter, ac sine copula legitimè scripserunt[g] υἱοὶ σημ· αἰλάμ, καὶ ἀσσοὺρ, καὶ ἀρφαξὰδ καινὰν, καὶ λοὺδ, καὶ ἀρὰμ, *filij Sem, Elam, & Asur & Arphaxad, Cainan & Lud & Aram*: non vt nunc (credo mendosè) legitur *filij Sem, Elam, & Asur, & Arphaxad & Luth & Aram & Cainan*: tum quia iste Cainan frater Arphaxadis esset, non filius, qualis esse perhibetur in sequenti versiculo; & sic non duo, sed tres essent Cainan: tum quia 70. non sex, sed quinque tantùm Semi filios esse non ignorabant, vt in omnibus Hebraicis & Latinis habetur exemplaribus: *filij Sem, Alam & Assur & Arphaxad &*
D *Lud & Aram*. Similiter eandem ob causam in sequenti versiculo[h] rectè posuerant καὶ ἀρφαξὰδ καιναν ἐγέννησε τὸν σαλά. σαλας δὲ ἐγέννησε τὸν ἔβερ. *Et Arphaxad Cainan genuit Sale: Sale autem genuit Heber*. Sed à sciolo quodam cum repetitione nominis Cainan ita corruptè scriptum postea fuit, καὶ ἀρφαξὰδ ἐγέννησε τὸν καϊναν. καϊναν δὲ ἐγέννησε τὸν σαλά. σαλὰς δὲ ἐγέννησε τὸν ἔβερ. *Et Arphaxad genuit Cainan: Cainan autem genuit Sala: Sala autem genuit Heber*. Quod libentiùs, candidiúsque dixerim, eo

a Cap. 14. 1.
b Psal. 109.
c Hebr. 7.
d Gen. 10. 24.
e Iud. 1. & 5.
f 1. Mach. 14. 2. 3. & 15. 22.
g Gen. 10. 22.
h Gen. 11.
Textus de genealogia Cainã, quomodo sit legendus.

quod Philo & Aristæus asserunt primam 70. versionem (quam ferè nemo negat esse corruptam) non solùm quoad sensum, sed etiam quo ad verba exactè consonuisse cum Hebræo textu. Similis menda irrepsit in nostram Latinam versionem in Ge-
a cap.36.20 nesi[a]: in genealogia ducum Idumææ, quam asserere non auderemus, nisi in Paralipomenis[b] eadem patesceret. Nam
b lib.1.cap.1.38. sciolus phrasim, quæ in fonte semper eadem est, ausus est immutare cùm peruenit ad Ana quartum Seiri filium, illúmque malè posuit sine filijs: atque Dison & Oolibama (quos dictus Ana & quartus Seiri filius verè genuerat) tribuit fratris eius fi- B
lio, quod falsum est. Vide rem eiusdem generis sic oculis subiectam.

Textus Latinus ex Genesi. cap.36.20.	Textus ex Genesi iuxta Hebr.	Textus Latinus ex 1. Paralip.cap.1.38.
Isti sunt filij Seir Horræi habitatores terræ: Lothan, & Sobale & Sebeon & Ana & Dison & Eser & Disan.	*Isti filij Seir Hhorei habitatores terræ: Lothā & Sobal & Sibon & Hanah & Disō & Eser & Disō.*	*Filij Seir: Lothan, Sobal, Sebeon. Ana, Dison, Eser, Disan.* C
Postea sic resumit.	Resumit.	Resumit.
1 *Facti sūt autem filij Lothan Hori & Heuian.*	1 *Et fuerunt filij Lothan: Hhori & Hemam.*	1 *Filij Lotan: Hori, Homan.*
2 *Et isti filij Sobal: Aluan & Manahat & Ebal & Sepho & Onan.*	2 *Et isti filij Sobal: Haluā & Manahhath & Hebal Sepho & Onam.*	2 *Filij Sobat; Alian & Manahath & Ebal, Sephi & Onam.*
3 *Et isti filij Sebeon: Aia & Ana.*	3 *Et isti filij Sibhon: & Ajah & Hanah.*	3 *Filij Sebeon: Aia & Ana.*
4 *Habuitque filium Dison & filiam Oolibama.* Sic vertit sciolus quasi loquens de Ana filio Sebeonis, cum de fratre Sebeonis ita prosequi debuisset, *Et isti filij Ana*: & statim sine menda sic resumit & bene.	4 *Et isti filij Hanah: Dison & Aholibama filia Hanah.*	4 *Filij Ana: Dison.* D
5 *Et isti filij Dison,* &c.	5 *Et isti filij Dison,* &c.	5 *Filij Disō: Hārā,* &c.

Digitized by Google

A Eodem planè modo de Arphaxad philosophandum est, cui nomen proprium Cainan apud Septuaginta coniunctum legebatur eo modo, & ratione quam nuper exposuimus. Hinc factum est, vt S. Lucas [a] illos sequutus, vtrúmque proprium & dignitatis nomen sic expresserit: *Qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem.* Vbi verba ista, *qui fuit Arphaxad*, cùm nihil ad seriem genealogiæ conferant, sed solùm Cainani dignitatem exprimant, legi debent per parenthesim. Imò, cùm in Græco articulus τῦ indicet omnia illa nomina esse genitiui casus: ad rigorem sic coniunctim verti

a Cap. 3. Textus S. Lucæ quadrat cũ textu Moysis.

B posset, *Heberus, Salei, Cainani, Arphaxadis, Semi, Noemi*, &c. Eodem prorsus sensu & modo, quo vel in Genesi legitimè, vel apud Lucam per parenthesim nuper diximus esse legendum. Proinde, nec Moyses (quem Latina versio secuta est) omisit secundum Cainan, sed solo titulo dignitatis vocauit Arphaxad: nec Septuaginta redundarunt nomini dignitatis addendo proprium. Quemadmodum nomini Cæsar iunguntur propria Iulius, Octaui, Tiberius, &c. Et hæc pauca sufficiant de nominibus Arphaxad.

Quid autem post eius natiuitatem contigerit, videndum est:
C nec sit nobis graue ducem sequi Methodium in hac historia: *Et sexcentesimo*, ait, *duodecimo anno à principio vitæ Adæ trium millium.* Credo in Græco originali legitimo haberi τριῶν χιλιαρχῶν, quod vertendum erat trium Chiliarchorum: deinde nomen Adæ, more Hebraico, appellatiuum est: Itaque lege, & sexcentesimo duodecimo anno à principio vitæ hominis trium chiliarchorum. Sic enim honoris causa vocat Noë mundi reparatorem quasi alterum Adam & hominem, qui pater erat trium mundi principum Sem, Cham, & Iapheth: *quibus*, videlicet & patri à Deo *solis data est terra*, vt honorificè de eis loquitur
D doctus Eliphaz [b] filius Esau.

b Iob. 15. 19.

Sexcentesimo igitur ac duodecimo huius illustrissimi patris anno, hoc est, mundi 1668. diluuij autem duodecimo, *postquam exiuit Noe de arca* (pergit Methodius) *ædificauerunt filij Noe nouam possessionem in exteriora terræ, & appellauerunt nomen regionis illius Thamua secundum nuncupationem filiorum Noe & numerum illorum qui exierunt de arca.* Rectè, *Thamua* quod est perfectio, & numerus, illa regio vocata est, quæ prima post diluuium ad

A

habitandum eligitur ab ijs qui priùs in arca tam sanctè vixerant, erantque tum filij, tum discipuli eius, qui perfectionis statum cùm elegisset, re & nomine צדיק תמים *tsadik tamim*, *Iustus perfecti* [a] erat: nec non ab iis qui in perfecto octonarij numero exierunt de arca, sanctam Cinæorum vitam sectantes qui posterioribus temporibus Rechabitæ facilè nuncupari potuerunt, si verum est quod scribit Benjamin [b], hisce verbis: *Regio Seba nunc terra Aliman dicitur, regioni Sennar à Septentrione confinis, cuius tractus vnum, & viginti itinera continet per solitudines facienda. Atque in hac regione Iudæi illi habitabant, qui Rechab filij appellantur, alio nomine viri Theima. Est enim Theima illorum dictionis initium, quos nunc Hanan Hanaßi gubernat*, &c. B

a Vide supra cap. 1.

b in Itinerario.

Non igitur alibi quàm in Armenia primæ post diluuium factæ sunt hominum habitationes, iuxta quod habet Iosephus [c], *Tres Noe filios qui centum annis ante diluuium nati fuerant, primos relictis montibus planiciem habitare cœpisse*. Item Berosus [d], *finito*, inquit, *diluuio cùm arca in Gordiæ monte Armeniæ consedisset, descendit Noe in loca plana*. Confirmat Epiphanius [e] his verbis: Post diluuium cùm requieuisset arca Noë in montibus Araram per mediam Armenorum, & Cardiensium terram in monte Lubar appellato, istic fit prima hominum habitatio post diluuium, & illic Noë propheta vineam plantat & loci fit habitator. C

c lib. 1 ant. cap. 4.

d Antiq. lib. 5.

e Initio Panarij.

Quod si duodecimo post diluuium anno secunda hominum habitatio facta est in dicta regione Thamua: verisimile admodum est, ibidem paulò post, anno, videlicet decimo tertio contigisse quod ait Moyses [f]: *Cœpit Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam*: nempe vites sparsim plantatas in vnum locum conferendo diligentérque colendo. Et post congruum temporis, vt pote, biennij, interuallum vinea fructus vberes attulit. D Ille verò qui plantauerat, *bibens vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo. Quod cùm vidisset Cham pater Chanaan, verenda, scilicet, patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis*, &c. Optimè ergo Salianus [g] censet hanc sanctissimi Patriarchæ Noë inebriationem decimo tertio anno vitæ Arphaxad, hoc est, decimo quinto post diluuium contigisse.

f Gen. 1. 20.

Vinea quando à Noe plantata.

g an. mun. 1671.

Digitized by Google

A Quam non ſine admirabili diuinæ prouidentiæ diſpoſitione permiſſam fuiſſe credendum eſt, ob multiplex bonum quod inde Deus elicuit. De quo ſic videtur loqui Chronicum Alexandrinum: *Noe cùm imprudens, nolenſque in ebrietatem incidiſſet, arcana quædam myſteria in ea ſpectauit. Etenim ſcriptura narrat. Euigilauit autem Noe ex vino, & cognouit quæcunque feciſſet ei filius ſuus minor. Cuidum quaſi* (nota *quaſi*, quia non ſimpliciter & abſolutè, vt mox videbimus) *malè imprecatur, futura prædicit*, &c. Primum autem bonum quod ipſe Noë, ex hac ſua inebriatione, & à filio accepta deriſione ſibi ſuſcitauit B (iuxta dictum Apoſtoli, *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* [a]) illud eſt, quod maioris virtutis, & præſertim denuo reſumpti, ínque perpetuum ſeruati deinceps cœlibatus & continentiæ anſam arripuit. Vt ſicut Enoch *ambulauerat cum Deo poſtquam genuit Mathuſalam* [b]: ita poſt genitos tres filios adeoque deriſionis ſibi factæ ſumpta occaſione, vt in ſe, & aliis vel ipſam tantæ ignominiæ recordationem penitus extingueret ſponte à mulieribus iugiter abſtinuit. Quæ veritas apud Hebræos latet ſub Chami fabula, qui dicitur patri teſticulos execuiſſe ne deinceps filios procrearet. [c]

a Rom. 8. 28.

b Gen. 5. 22.

Noe poſt diluuium cœlibatum reſumit.

C Mira profecto fuit eius per quinque ante diluuium ſæcula cum cœlibatu caſtimonia. Vnde cùm perſpexiſſem S. Chryſoſtomum [d], non alios neque plures huius Patriarchæ filios agnoſcere illis, quos Scriptura memorat, Sem, Cham & Iapheth, quoſque non niſi poſt 500. vitæ ſuæ annum genuerat: in mentem venit, an forte cùm Cinæorum coryphæus eſſet, & inſuper ſummus iam Eccleſiæ Pontifex, toto illo tempore cœlebs ac ſine vxore manſerit, ob id potiſſimùm, quod in hunc mundum veniſſet quando propter ingentem hominum malitiam verè illi dies eſſent, in quibus *Beatæ eſſent ſteriles & ventres qui non genuerant, & vbera quæ non lactauerant* [e]: D puto me congruè talem de tanto viro habuiſſe cogitationem, ob id imprimis, quod non niſi ex ſolo Dei præcepto vxorem acceperit: qua necquidẽ vſum à principio diluuij, quãdo ingreſſus in arcam donec egreſſus cum ſua familia nouum accepit de generis humani propagatione mandatum, multi graues authores iure tenent. Imò eandem filiis ſuis ab vxoribus continentiam præcepiſſe, & ab illis toto illo tempore ſer-

c in cap. præced.

d Hom. 24. & 29. in Geneſ.

e Luc 23. 28.

Digitized by Google

uatam bene colligunt ex eo, quod in egressu arcæ semel & iterum dicitur, Quod *ingressus est Noë & Sem & Cham & Iapheth filij eius, vxor illius & vxores filiorum eius* [a]. Quòd etiam priùs alia vice dictum ei fuerat [b]. Quasi omnes vxores simul essent à viris separatæ. Post diluuium autem eo quod viri vxoribus copulari debebant, dicitur ei: *Egredere de arca tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum:* vt nihil quod singularem pietatem ac puritatem non sapiat, videas in hoc sanctissimo mundi reparatore. Dum tamen illo tempore alij gignendis vacant liberis, ipse tanquam eunuchus Euangelicus à sua præsertim denudatione ac derisione ad mortem vsque perseuerat in continentia, vt ex Scriptura ritè deducunt Abulensis [c], & Salianus [d], ex eo potissimùm quod Moyses [e] ait ab illis tribus Noë filiis omne genus hominum fuisse propagatum. Cui addere possumus, quod isti tres Chiliarchi mundi dicebantur, & ab eorum ortu anni mundi numerabantur, vt videbimus. Idem docent Epiphanius [f] & Chrysostomus [g] cuius hæc sunt verba: *Vide, inquit, & hoc loco iusti continentiam, quia cùm tanta frueretur vbertate & prosperitate, superuiueretque tanto annorum numero post egressum ab arca, noluit vltra indulgere liberorum procreationi. Non enim commemorat* Scriptura *illum alios præter tres istos habuisse liberos.* Ad cuius rei perpetuam memoriam, post eius mortem tam in Armenia, quàm in Mesopotamia necnon in Europa, vt à Curetibus in Creta insula, huius sanctæ ὀρχονομίας mysteria celebrata sunt; primò pudicè ac religiosè (posteà impudicè, & auctore omnis spurcitiæ patre diabolo) idque adhibitis multis variisque ceremoniis factæ à sancto Patriarcha vineæ plantationis, eiusdemque ebrietatis, nuditatis ac diluuij repræsentationis (hinc etiam apud Iudæos citra idololatriam ortum habuit illa vitis depicta in parietibus templi cùm pampinis aureis [h], quam à Iudæis pro Deo habitam & cultam fuisse quidam pagani authores nugati sunt) sub Bacchi præsertim vel Dionysij, ac Cœli nominibus. De quo S. Clemens Alexandr. [i] ita loquitur: *Quæ ergo ex spuma, & in Cypro est genita Cinyræ amica, Venerem dico, quæ φιλομμήδης dicitur, quod exorta sit ἐξ μηδέων, hoc est, ex genitalibus, quæ Cœlo* (nomen est Noë) *abscissa sunt: quæ post abscissionem fluctui* (alludit ad diluuium post quod iterum resumpsit cœlibatum) *vim attulerunt,*

B

C

D

a Gen. 7. 7. & 13.
b Gen. 6. 18.
c in quæst. 9. in cap. 9. Gen.
d an. mundi 1657.
e Genes. 9.
f Panar. l. 1.
g Hom. 24. in Genes.
Bacchanalium festa vnde habuerunt originem.
h apud Iosephū de bel. Iudaico lib. 6 c. 6
i in Parænesi.

Digitized by Google

A *tanquam libidinosis vestris partibus dignus fructus sit Venus in sacris mysticis.* Per Venerem ex genitalibus Cœli in fluctibus genitam intelligere est, tantam quasi ex illa spontanea castratione sequutam, id est, à Deo datam hominibus fœcunditatem: vt breui totum mundum sua prole repleuerint. Vnde Berosus loquens de regione ista in qua plantata est à Noë vinea, sic ait: *Descendit Noe in loca plana, & breui mirabiliter multiplicata progenie (perpetuo enim geminos edebant marem & fœminam) adeo completa fuerunt ea loca, vt necesse fuerit multos inde recedere.* Ex hac, nempe, regione Thauma, in aliam quæ dicebatur Etham,
B & à Moyse vocatur *Oriens* [a], id est, orientalis, vt videbimus [b].

Fabula de Veneris ex spuma maris procreatione.

a Genes.
b Cap. 6.

CAPVT III.

Exponuntur illa verba, *Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.*

C PRÆTER sponte electum perpetuum in posterum cœlibatum, aliud ex sibi facta derisione vir sanctus elicit bonum, imò optimum & vtilissimum. Nempe, vt iam de Ecclesiæ statu & ordine pro suo munere sollicitus suum derisorem filium Cham quasi à diuinis & sacris excludendo in eius filio Chanaan maledicat, non ita execrando, vt multi putant: sed illum duntaxat alijs duobus fratribus postponendo, atque in laicæ conditionis gradu constituendo. Nec alio modo ab istius maledictione sermonem suum in-
D choat, quàm quo postea eum imitatus Patriarcha Iacob Ruben primogenitum à dignitate regali, Simeon autem & Leui semouit à sacerdotio, propter eorum peccata, priúsquam cæteris suis filiis benediceret. Sic ergo Noë incipit, *Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius.* Sed iuxta Hebræum, datiuus pluralis est, *Sit Chanaan seruus eis*: sicut & in benedictione Iapheth, quæ sequitur, *Dilatet Dominus Iapheth & habitet in ta-*

Noe & Iacob in benedictione filiorum eodem modo se habent.

Digitized by Google

bernaculis Sem, sit Chanaan seruus eis. Prorsus autem notandum, quod quicquid tam de solius terræ Chanaan, quàm de totius orbis primis post diluuium incolis legitur in Genesi, fundamentum habet in ista prorsus mirabili, quæque verbis humanis satis extolli non potest, sanctissimi Noë super tres filios mundi chiliarchas prolata sententia: de qua paulo ante Chronicum Alexandr. ritè dicebat: *Noë cùm imprudens nolensque in ebrietatem incidisset, arcana quædam mysteria in ea spectauit.* Quæ ideo in eius verbis diligenter consideranda sunt ac ponderanda.

a in Iob. c. 3. vers. 1.

Maledicendi verbũ apud Hebræos non tanta execrationis est ac apud Latinos.

Igitur pro eorum gemina elucidatione præsupponitur quod iam alibi[a] me demonstrare memini, apud Hebræos verbum *maledicendi* plerumque non tantam, vt apud Latinos, nec tam grauem execrationem importare: sed duntaxat contemptum & vilificationem rei, cui maledicitur. Quemadmodum cùm dicitur Iob *maledixisse diei suæ*, satis patet ex sequentibus istam maledictionem nihil aliud importare, quàm vt dies natiuitatis Iob, quæ prius celeberrima erat in tota regione Hus, deinceps non celebretur ampliùs. Huius rei ignorantia fecit, vt multi etiam doctissimi ineffabilia sibi finxerint anathemata, quibus & dies natalis Iob, & maledictio data Chanaan indelebiliter polluta, infectaque sit in æternum: cùm in rei veritate, ista in hoc solummodo stet, quod futurus *sit Chanaan seruus seruorum,* (id est, minister ministrorum) *Iapheth.* Nam maledictio tantum valet, quantum sonat.

At, inquies, & meritò: Quid est esse seruum seruorum Iapheth? Vt respondeam, præsuppono quod statim suo ordine docebimus, Iaphethum esse habitatorem tabernaculorum Sẽ: id est, præpositum locis sacris, rebusque diuinis, quarum summus Pontifex erat Sem. Cuius vices in sua persona exercuit in Græcia & alibi: in nepote verò Ascenez etiam in terra Chanaan, vt posteà[b] videbimus. Isti autem, vt ita dicam, Episcopi, Iaphethi & Ascenez habebant sub se ministros, sacerdotes & discipulos, quibus Chanaan, licet diues & potens in temporalibus, subiiciebatur in iis quæ sunt ad Deum: vtpotè, per quos participaret sacrificiis, precibus, ablutionibus, aliisque rebus sacris. Quemadmodum Duces, Reges & Imperatores nostri sacerdotibus quibuscumque, hoc solo respectu, subditi sunt. Igitur Noë maledicendo Chanaan, nihil aliud vult, quàm illum

b cap. 15.

Quo sensu Chanaan fuit seruus seruorum fratribus suis.

Digitized by Google

A lum in statu laicorum constituere: quo ex tunc factus est seruus seruorum, id est, subditus ministris Iaphethi Episcopi, & multò magis Semi, qui erat summus Pontifex.

Maledictio Chanaā nihil aliud importat quàm statum laicorū in quo à patre constituitur.

Quod autem res ita se habeat, constat ex similibus verbis, quibus Patriarcha Isaac [a] apertè declarauit Esau ploranti quid per suam Iacobo datam benedictionem dare ei (vtique pro amore antiquo) intenderit. Siquidem Isaac[a], benedicens Iacob prisca & vsitata iam, vt videtur, benedictione: supremam eius auctoritatem declarat: in laicos quidem, cùm ait, *seruiant tibi populi, & adorent te tribus.* Et specialiter in persona Esau, B cùm ait, *Dominum tuum illum constitui*: in Ecclesiasticos autem cuiuscunque dignitatis, cùm addit, *& omnes fratres eius seruituti illius subjugaui*, hoc est, vt ministrent ei: nullos enim fratres carnales habebat, præter Esau: sed parum persistendum, cogunt enim nos quæ subdit Isaac: *Frumento & vino stabilivi eum, & tibi post hæc fili mi vltra quid faciam?* Et hic, ô sanctissime Patriarcha, ipsis filij tui Esau verbis sic respondeo: *Num vnam tantum benedictionem habes pater?* Et tu ô Esau, quid tantoperè cruciaris, vt tu vir grandæuus 78. annorum ad instar pueruli cum maximo lacrymarum profluuio, & eiulatu flens iteC rũ sic referas: *Mihi quoque obsecro vt benedicas;* Ad hæc benignus pater, non iam datam repetendo benedictionem, vt facere poterat, si tanti non fuisset momenti, sed aliam concinnando, ait: *In pinguedine terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies: tempusque veniet, cùm excutias, & soluas iugum eius de ceruicibus tuis.*

a Gen. 27. 27.

Quæ secunda benedictio breuiter discutienda est. Sed priùs notandum, quàm parui facta sit ab Esau, licet postea illius virtute ditissimus temporalibus bonis & opulentissimus euaserit. Tam modica illi visa est in comparatione alterius, vt Moyses D dicat: *Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitque in corde suo: venient dies luctus patris mei, & occidã Iacob fratrem meum.* At in quo ista sua benedictio minor est benedictione Iacobi? Primò in hoc quod, iuxta communem expositionẽ, benedictio Iacob est benedictio primogeniti, quæ multas continebat eminentias & priuilegia supra cæteros fratres: sed præsertim continebat consecrationem, qua à patre sacerdote (nam nemo dat quod non habet) qui sic benediceba-

Esau datam sibi à patre benedictionem parui pendit.

Benedictionis Esau cũ benedictione fratris comparatio.

Digitized by Google

Benedictio Iacob data illi à patre importabat consecrationem & sacerdotium.

a cap. 28.5.

χειροτονία vsus est Isaac cum benedixit filium suum Iacob.

tur, fiebat sacerdos. Ideo notanda phrasis illa, *vt benedicat tibi anima mea*, id est, persona mea, *antequam moriar*: quasi dicat, vt per benedictionem dignitas, quæ in persona mea est, tibi conferatur. Consecratio autem significatur his verbis: *frumento & vino* (id est, in pane & vino, sicut in libro Iob [a], panis sumitur pro frumento, cùm dicitur, *Terra de qua oriebatur panis*) *stabilivi eum* Vbi verbum, pro quo legimus *stabiliui*, in archetypo est סמך *samac*, quod passim vsurpatur vbi de consecratione & impositione manuum sermo est. Exempli causa, dicitur quod *Iosue filius Nun* (mortuo Moyse) *repletus est spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit* (id est, antequam moreretur imposuerat) *super eum manus suas*, supple consecrando eum in sacerdotem. Quod iam iniunctum fuerat Moysi à Deo: *Tolle Iosue filium Nun virum in quo est spiritus, & pone* (al. impone) *manum tuam super eum* [b]. Hunc ipsum locum adducit Mercerus [c], & ait imponendi habere significatum. Vnde, inquit, apud veteres fuit ritus סמיכה *Semicah*, id est, impositionis manuum, qui & in nouo Testamento obseruatus est cùm ad functionem publicam in Ecclesia quis designaretur, Act. 6. [d] & aliàs, ex Dei institutione, non humana voluntate ordinatus. Vellicat Catholicos homo Caluinista, quasi in Ecclesia ab Episcopis non ex Dei institutione, sed ex humana voluntate sacerdotes nostri consecrarentur; ista autem fit cum manuum impositione, ex qua deductum est nomen χειροτονία pro sacramento Ordinis.

B

b Num. 27. 18.

b in Thesauro in verbo סמך

d Vers. 6.

C

e in Act. 6. 6

Lorinus improbatus.

Magis miror Lorinum [e] virum alioquin doctissimum, dum non concedit Baronio dicenti olim impositas esse manus ab Aaron & filiis eius, super eos qui sacrificio Leuiticóque officio initiarentur, sed tantùm vt sacerdotes imponerent manus super victimam. Nam quod addit impositas manus capiti Iosue successoris & gubernatoris ducisque ciuilis, quem dicatū oportet cōmodis eorū, quibus præest: bene quidem, vt indicant sequentia: nihil tamen prohibet, quin etiam verè in sacerdotem ordinatus sit per impositionem manuū Moysis, cuius prius minister fuerat in tabernaculo [f], & cui potestatis eius plenitudinem conferri cōgruum erat; vt sicut viuēte Aaron *Moyses & Aaron* erāt *in sacerdotibus eius* [g]. Ita post vtriusque mortem Iosue & Eleasar essent in sacerdotibus eius.

D

f Exod. 24. 13.

g Ps. 98. 6.

Sed quicquid sit de Iosue, negari non potest, Iacob à patre suo

Digitized by Google

A Isaac per prædicta verba cum impositione manuum (qua, tanquam vsitatissima, vsus etiam postea est quando benedixit Iosephi filiis Ephraim & Manasse) ordinatũ ac consecratũ fuisse in sacerdotẽ; vt exigunt vestimẽta sacerdotalia Esau quibus à matre vestitus est, quibus ante vsus non fuerat, quia nondũ erat sacerdos, sed ad hãc seruabãtur diem & cõsecrationem, quemadmodũ interpretor illa verba: *Et vestibus Esau* (additur in Hebr. *filij sui maioris*) *valde bonis, quas apud se habebat domi* (al. *in domo*, id est in arca, vt norunt linguæ sanctæ periti) *induit eum.* Nam si Esau iam illis vsus fuisset, non mater, sed ipse sacras iam vestes B sacerdos seruasset & curã habuisset. Sacerdotales autem fuisse vix est qui neget. Aliæ quoque huius benedictionis ceremoniæ & circũstantiæ idem inferunt & suadent. Et cũ Isidorus [a] cõfirmat impositionis manuũ vsum super ordinandos etiam Episcopos, non exemplo tantum Iosue id facit: sed etiam Iacob, cum ei Isaac benedixit. De impositione manuum in Sacramento Ordinis sume exempla ex locis in margine citatis [b].

Vestes Esau valde bona non fuerunt sacra ante benedictionem patris Isaac.

a de Eccl. offic lib. 2.

b Act. 6. 6. 13. 3. 13. 6. 1. Timoth. 5. 22. 2. Timoth. 1. 6. Heb. 6. 2. Clem. Rom. cõst. c. vlt. Dion. &c. Hier. cap. 5. & alij.

Secundò, cùm addit Isaac *frumento & vino*, indicat quid ita consecratus offerre Deo præcipuè debeat, nempe, frumentum tam in sua natura quàm panem ex eo factũ, & vinum secũdum C ordinem Melchisedech. At in benedictione Esau nulla prorsus frumenti aut vini mentio fit, sed generaliter tantùm de quibusuis terræ fructibus per pinguedinem terræ rore cœli, id est, pluuiis & aliis cœlestibus influentiis fœcundatæ significatis.

Frumento & vino stabiliri est fieri sacerdotẽ secũdum ordinẽ Melchisedec.

Tertiò, exponit quid intellexerat cùm dixisset: *Dominũ tuum illũ constitui, & te seruituti eius subiugaui* addens. *Viues gladio, & fratri tuo seruies*, nomine gladij laicum, militisque statũ denotãs procul à fano, vel potiùs à sacerdotio facit, & fratris sui sacerdotis ministrum subditumque constituit: quo sensu βέβηλος, id est, profanus, seu laicus vocari potuit ab Apostolo [c].

c Heb. 12.

D Tanti autem faciebat tale in fratrem suum minorem amisisse dominium, talemque erga eum incurrisse seruitutem ac subiectionem, vt non minus quàm per eius necem hanc sibi factam vindicare statuat iniuriam. Quod si illa benedictio data fratri Iacob ad temporalia tantùm se extenderet: extra dubium est, quod licet Iacob valde diues extiterit; Esau tamen longè ditior fuit in temporalibus. Igitur quatenus Esau victurus est gladio, hoc est militarem vitam acturus, quantumcumque Princeps il-

Esau Iacobo fratre suo longè maior fuit in temporalibus.

Digitized by Google

lustrissimus & opulentissimus, totiusque Idumææ caput & dominus: nihilominus per benedictionem datam fratri à patre Isaac, iste illius dominus, & ille istius constituitur seruus.

Maledictio Chanaan æquiualet benedictioni Esau.

Et hoc ipsum est, quod continent & volunt ista verba maledictionis Chanaan, *Maledictus Chanaan*, hoc est, vilior & inferior erit Chanaan. Sed in quo? *seruus seruorum erit fratribus suis.* Ac si Noë diceret, de Chanaan, quod Isaac dixit per expositionem, *Viuet in gladio*, militarem & sæcularem vitam aget, secũdùm quam, licet Princeps & dominus futurus sit terræ Chanaan, subditus tamen erit & inferior in spiritualibus, fratribus suis. Semo quidem tanquam summo Pontifici, Iapetho verò in suis nepotibus Ecclesiasticis Cenezæis.

Quòd autem illa verba Noë de Chanaan nullam in se contineant execrationem, sed tantùm Chanaani laicæ conditionis futuræ prædictionẽ, non tam mea est expositio quàm S. Chrysostomi [a], & Theodoreti [b]: & gauisus sum quando illam apud eos postea reperi. Ipsi enim putant ista Noë verba, seu prophetiam esse postea impletam in Gabaonitis, quos sic allocutus est Iosue [c]: *Cur nos decipere fraude voluistis, vt diceretis, procul valde habitamus à vobis, cùm in medio nostri sitis? Itaque sub maledictione eritis.* In quo autem stet tota vis istius maledictionis, prosequitur exponere his verbis: *Et non deficiet de stirpe vestra ligna cædens, aquasque comportans in domum Dei mei*, &c. Imò in benedictione, quam dedit Deus Abraham, sicut benedicere est magnificare: ita maledicere est extenuare ac paruum facere. Postquã enim dixit, *& benedicam tibi*, quasi per expositionem addit, *& magnificabo nomẽ tuum, erisque benedictus*, id est, magnus: Quemadmodum expresserat, dicẽs, faciamque te in gentem magnam. Idem dicendum cùm ait: *Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi.* Idem enim est ac si diceret, Magnificabo magnificantes te, & humiliabo eos, qui te despexerint. Quod dicimus, expressiùs habetur in textu Græco, *Maledictus Chanaan puer, famulus erit fratribus suis.*

a Hom. 8. in Matth.
b quæst. 11. in cap. 9. Genes.
c Cap. 9. 22.

Maledictionis nomine seruitus denotatur.

Tota igitur illa maledictio nihil aliud importaret, quàm Nathinæorum seruitutem & obsequium Semo & Iapetho, Dei sacerdotibus ac ministris in domo Dei exhibẽdum. Quod ritè collegisse putamus ex ipso textu sic ad verbum reddito, *Benedictus Iehoua Iudex Sẽ, & sit Chanaan seruus eis.* Deo, nempe, ex Semo, vt in iis quæ sunt ad Deum, eiusque cultum Chanaan Semo

Digitized by Google

A subijciatur. An quæso, talis seruitus iure dici poterit maledictio, & non potiùs status conditionisque minoritas?

CAPVT IV.

Ex Scriptura confirmatur expositio data maledictioni Chanaan.

X dictis & sic expositis potest intelligi, ipsum Cham in filio Chanaan nullum aliud malum per patris maledictionem incurrisse, quàm in laico statu constitutum spiritualem filium ac vernaculum fuisse fratribus suis. Proinde, non parum hallucinari eos, qui ex ista maledictione colligunt, gentem Chananæorum quasi à Deo derelictam, exinde semper fuisse vitiis deprauatam & idololatram. Quod falsissimum esse iam ostendimus[a]. Et si de idololatria quæstio est, Chaldæa longè priùs illa infecta est, quàm terra Chanaan, vt videbitur postea[b]. Quantùm ad mores, exemplum sume de eo, quod in antiquissima ciuitate Laïs (quæ & Dan & Magog priscorum magorum habitatio fuit[c]) à filiis Dan illam occupantibus, gens quædam sancta inuenta in ea est, quæ in claustro cœnobiticam vitam agens cum aliis ciuibus non conuersabatur, licet supremum in eos iudicium exerceret (vt Druydæ quondam in Gallos.) Iuxta antiquas Sidoniorum (vtique à Sidone filio Chanaã oriundorum) leges & statuta. Textus libri Iudicum[d] in suo fonte sic habet: *Venerunt* (Danitæ) Laïs *videruntque populum* (id est, familiam quandam vtique Magorum) *qui in medio eius* (Lais) *sedem tenebat ad firmitatem.* (Supremæ sedis, à qua non licet prouocare, periphrasis est, quod Magis ritè conuenire postea[e] videbitur) *qui* (populus) *iuxta iudicium Sidoniorum* (iudicandi ritum) *quietabat & stabiliebat* (sup. lites suas suprema authoritate) *nec erat qui calumniaretur verbum in terra* (id est, in tota regione, quia iustissimè iudicabat) *qui possidebat claustrum* (id est, cœnobium) *& longinqua*) id est, antiquissima statuta,) *à Sidonijs: nec verbum eis cum homine* (quippè qui separati erant à sæculo.) Vnde colligitur priscos primósque post diluuium terræ Chanaan incolas non ita sceleratos

Totam Chananæorum gentē fuisse semper pessimam falsiū esse ex scriptura probatur.

a lib 1.c.9. & 10.

b Cap 18.

c Infra cap. 15.17.

d Cap.18.7.

e Cap 15.17.

Margin letters: B (beside "sum Cham"), C (beside "eo, quod in antiquissima"), D (beside "gis ritè conuenire").

perditósque fuisse, vt vsque nunc multi crediderunt.

Imò per tria vel quatuor circiter sæcula post diluuium, hoc est, spatio ducentorum annorum à principio incolatus eorum tam piè sanctéque vixerunt, totque sanctos Prophetas habuerunt, vt extunc, & ideo illa regio terra sancta & mystatia Dei, hoc est, mystarum, Prophetarumque Dei habitatio diceretur, vt statim videbimus. Vnde nihil mirum, si pro diuersitate regionum quas incolebant iuxta multiplices, quibus excellebant corporis & animi dotes variis quoque, sed honorabilibus donabantur nominibus, quæ apud eorum posteros quantuncunque B impios remanserunt. Exempli gratia: virorum Ecclesiasticorum quidam vocabantur *Amathæi*, id est, feruentes, ob insignem eorum pietatem, quæ apparet in hoc, quòd præcipua eorum ciuitas nomine Emath (quæ & Lais) eximia semper deuotione sanctorúmque mystarum multitudine refulsit, vt videbimus [a]. Alij propter bene dicendi facundiam vocabantur *Amorrhæi*, id est, eloquentes. Alij quia spontè in villis morabantur, ciuitatum palatia minimè affectantes, dicebantur *Pherezæi*, hoc est, absque muro habitantes. Alij qui animarum curam agentes, eas à morte peccati multis modis suscitabant, & quodammodo viuificabant, nuncupabantur *Heuæi*, id est, viuificantes: & ideo multis in locis erant dispersi: sicut Leuitæ post C aduentum Israelitarum in terram Chanaan. Erant enim Heuæi circa montem Hermon [b], qui postea contigit tribui Aser: in vrbibus Beroth & Gabaon [c], postea tribus Benjamin: item, ad meridiem in Asserim [d] ciuitate Idumæorum: cùm eiusdem essent instituti, ac illi qui æquiualenti nomine dicebantur Raphaïm, de quibus toties locuti sumus: à quibus ferè omnia loca terræ Chanaan, *terra Raphaïm* cognomen habuerunt, sicut ab istis vbique similiter disseminatis *terra viuentium* seu viuificantium passim cognominata fuisse videtur [e]. D

Ex Laicis autem quidam ob morum nobilitatem cognominati sunt *Horrhæi*, id est, principes seu ingenui. Alij, & præsertim illi qui proximiùs ad stirpem Heth secundi Chanaan filij stirpem attinebant (cui terræ Chanaan pars meridionalis, sicut fratri Sidon Septentrionalis contigerat) nominabantur *Hethæi*. Nonnulli ob magnam corporis staturam *Aracæi*, id est, prælongi vocabantur. Eandem ob causam in alia regione

Terra Chanaan priscorũ incolarum nomina vnde dicta.

Amathæi.

a lib. 3. cap. 16.

Amorrhæi.

Pherezæi.

Heuæi.

b Iosu. 11. 3.

c Iosu. 9. 2.

d Deut. 2. 23. Iosu. 13. 14.

e Iob. 28. 13. Psal. 26. 13. 51. 7. 55. 14. 141. 6.

Horrhæi.

Hethæi.

Aracæi.

Digitized by Google

A dicti sunt *Samaræi*, quod est alti: in alia *Aramæi*, hoc est, neruosi. Sicut à ponderositate corporis, quo dura quæque pedibus contercbant alicubi *Iebusæi*, hoc est, conculcantes, & alibi *Gergæi*, id est, *ferrantes glebas* appellati sunt. Quo planè modo apud nostrates, quidam populi à barbarorũ prolixitate Longobardi: nos Galli è studio nutriendæ comæ Comati: alij à vestibus intonsis, aut braccis Braccati: alij Germani, quasi planè viri, à dictione *Ger*, id est, totus, & *Man* quod est vir, nomen habuerunt. *Samaræi.* *Aramæi.* *Iebusæi.* *Gergesæi.*

Huic erroris ansa, vt quia apud Hethæos erant animarum curatores Hebr. Rephaim, quidam hoc eorum nomen putauerunt idem importare quod hoc vocabulum *Hethæi*, nempe, *terrorem incutientes.* Horum certè notio nominum causam præ se fert, cur Deus sæpe sæpiùs illa repetit, quoties & suam admirabilem potentiam & insignem de istis Chananæis populis aut reportandam, aut iam reportatam inculcat Israëlitis victoriam [a]. Quasi explicatiùs diceret, superabitis homines natura sua prælongos, procerosos, neruosos, dura quæque solis pedibus conterentes, atque ita terrificos, vt omnes eorum aspectu viribus planè deficiant. Quicquid igitur sit de nominibus numeri pluC rium quæ Moyses posuit in enumeratione filiorum ac nepotum Cham, vt potè Ludim, Ananim, Laabim, Nepthuim, &c. (quibus breui stylo propria Chami nepotum Lud, Anam, Laab, &c. paritérque magnas quasdam nationes quæ ab eis ortum & nomen acceperunt, voluit exprimere) non eandem esse rationem puto de istis vocabulis patronymicis Horrhæus, Aracæus, Samaræus, &c. Siquidem filios, quos genuit Chanaan æquè vocasset Pherez, Gerges, Amor, Iebus, &c. Ac propriis nominibus appellauerat (iuxta Hebr.) Sidon & Heth, sicut etiam fecerat in aliis genealogiis. Sed cùm scripsit, *Et Chanaan* D *genuit Sidon primogenitum suum & Heth & Iebusi & Emori, & Ghirghasi*, &c. Sensus est: Chanaan duos præcipuos habuisse filios Sidon & Heth: quibus contigit terra Chanaan. Ex iis autem orti sunt duo populi, qui Iebusæi, Amorrhæi, Gergesæi, id est, diuersimodè cognominati sunt, licet omnes essent Chananæi in duas Sidoniorum & Hethæorum præcipuas familias diuisi.

a Gen 15.21. Deut. 7.1. Ios 3.10, 24 11.

Brocardus qui totam illam sanctam terram lustrauit, scribit,

Digitized by Google

 A

latitudinem eius, nempe à mari magno ad Iordanem, id est, ab Occidente ad Orientem non excedere 26. leucas: eius verò longitudinem ab Aquilone ad Austrum, videlicet à Dan vsque Bersabeæ vix continere 120. leucas. Verisimile autem non est, regionem tam paruæ amplitudinis tot habuisse distinctos populos: sed potius duos tantùm habuit, Sidonios & Hethæos. Quorum vnus distinctum ab altero idioma non habebat, sed vterque Hebraico vtebatur per totam Chanaanitidem, vt apertè constat ex scriptura: & per consequens, Samaræi, Iebusæi, Aracæi, &c. à septuagenario gentium numero demendi sunt, quas totidem linguis, seu idiomatibus in confusione Babylonica & dispersione gentium distinctas fuisse multi ex antiquis Patribus pia quadam curiositate ducti scripserunt. Quam sententiam sicut reuereor, ita ei minimè possum adhærere multis de causis, præter illas grauissimas quas deducit Pererius[a] amplissimè. Quibus addo filiorum ac nepotum Noe familias longè ante confusionem linguarum per totum mundum iam fuisse diuisas, regionésque diuersas constituisse vnico, vbique terrarum vtentes Hebraico idiomate: cuius postea confusio cœpit in Babylone inter ædificatores turris, à quibus per totum orbem dispersis in omnibus aliis regionibus perfecta est, ad quas noua ac diuersa detulerunt idiomata. Sic enim planè debent intelligi ista verba Moysis: *Et idcirco vocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ*, & inde *dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum*[b]. Sed de his ampliùs suo loco[c]. Quod autem priùs de familiis filiorum Noë dixerat ab iis *regiones fuisse diuisas secundùm cognationes & linguas*, &c. ita debet intelligi: A quibusdam ex eis regiones accepisse nomina quando illas incolere cœperunt tempore diuisionis gentium: quæquidem sic distinctæ regiones diuersis quoque postea idiomatibus diuisæ sunt ab inuicem in confusione linguarum. Ratio huius expositionis est, quia tempore huius confusionis vix duarum aut trium familiarum Noëticarum homines tunc erant in ciuitate Babel, qui per orbem terræ dispersi sunt: cæteræ omnes quietè degebant in suis coloniis & regionibus, vt postea videbitur. Sed & multi ex nominatis nepotibus Noë, cùm essent Ecclesiastici, nullas temporales constituerunt nationum familias: nempe, Cainan, seu Arphaxad, Sale, Heber Phaleg & Iectam·

Sententia de 72. gentibus & totidem linguis in ædificatione Babel improbatur.

a In Gen. lib. 10. n. 148. & seq.

b Genes. 11.
c Cap. 13. & 14.

B C D

Digitized by Google

A Iectam. Hunc labor & angor expositorum ad inueniendum nationes, quæ ab istis nomina sortitæ sint, vt videre est apud Salianum [a]. Ex scriptura igitur non potest solidè deduci 70. vel 72. fuisse nepotum Noë familias, & multò minùs totidem linguas seu idiomata fuisse in confusione Babylonica.

a an mun. 1931.

Et hæc nunc obiter dicta sint occasione horum nominum Amathæus, Gergesæus, Iebusæus, &c. quæ non fuerunt propria vel ex proprijs filiorum Chanáan deducta nomina: sed potiùs Chananæis hominibus ob animi, corporisue dotes à vulgo imposita cognomina. Ex quibus apparet, primos terræ

Primi terræ Chanaan incola sanctissimi fuerunt

B Chanaan incolas ab ipso oriundos non impios extitisse: sed potiùs sub mundi reparatoris sanctissimíque Patriarchæ Noë disciplina diu in Armenia educatos virtutis ac pietatis laude in illa regione claruisse. A qua posteri deuiantes ac soli fertilitate abutentes, ex luxu superbiam, ex abundantia gulam, otium & libidinem paulatim introduxerunt, quam omnium scelerum strages subsequuta est. Tandem, anno circiter centesimo ante Pentapolitanam cladem & incendium, & à diluuio 290. in turpia quæque & enormia peccata laxatis pudoris habenis, prolapsi sunt: donec Deus circa tempus natiui-

C tatis Isaac annúmque mundi 2048. reliquam regionem, quæ ab incendio seruata fuerat, dedit filiis Lot, à quibus nomen habuit Amonitarum & Moabitarum, vt deducitur ex his verbis ad Moysen [b]; *Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos prælium: non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filijs Lot tradidit. Ar in possessionem. Emim* (cognomen est & honoris titulus discipulorum Heberis, qui circa illam regionem cum magistro primi habitarunt) *primi fuerunt habitatores eius, populus magnus & validus, & tam excelsus, vt de Enacim* (id est, Torquatorum quos instituit Heber [c]) *stirpe, quasi gigan-*

b Deut. 2. 9.

Eorum successores moribus deprauati expelluntur paulatim à Deo.

c infra c. 8.

D *tes* (Hebr. Raphaim) *crederentur, & erant sicut Enacim, & Moabitæ* (vel potiùs illi primi populi quorum regiones Moabitæ occuparunt) *vocabant eos Emim*, id est Reuerendi. Similiter paulò post mortem Isaac terram Seir, id est, Seirorum eripuit Deus de manu incolarum antiquorum, vt eam daret Esau, & filii eius, de quibus ibidem prosequitur Moyses: *In Seir prius habitauerunt Horrhæi quibus expulsis atque deletis, habitauerunt filij Esau; sicut fecit Israel in terra possessionis suæ* (id est, in terra Cha-

Digitized by Google

naan) *quam dedit illi Dominus*, &c. nempe 250. circiter annis postquam filij Esau regnare cœperunt in terra Seir, seu Edom: quando post mortem Moysis Iosue Imperator Israelitarum expulit ex ea Ammorrhæos, Hethæos, Iebusæos, &c. de cuius regionis prisca dignitate & sanctitate, & de posterioribus eius incolis, qui tantopere à prædecessorum virtute deuiauerant, meritò expulsis, à Iosue sunt illa præclara ac notatu dignissima

a Cap. 12. verba: libri Sapientiæ [a] ad amussim originalem: *Incorruptibilis Spiritus tuus est in omnibus. Ideo eos qui aberrant paulatim corripis, & in quibus peccauerint in memoriam ducens admones: Vt liberati à* B *malitia credant in te Domine. Etenim antiquos habitatores sanctæ terræ tuæ* (Chanaan) *odio habens, eo quod odibilia facerent, opera medicamentorum, & sacrificia non sancta, filiorúmque necatores immisericordes, & viscerum comestores humanarum carnium. Et deuoratorem sanguinis de media mystatia tua* (sic Græcè vocat regionem quæ mystarum seu prophetarum olim multitudine floruerat) *& principes parentes animarum inauxiliatarum voluisti perdere per manus patrum nostrorum* (Israelitarum, per quos perdidit in Hebron Achimam, Sisai, & Tholmai principes filiorum Heber

b Cap. 8. de quibus postea [b]) *Vt dignam coloniam acciperet Dei puerorum,* (id est ministrorum, in Leuitis: quibus à Iosue datæ fuerunt vr- C

c vide supra lib. 1. c. 10. bes, quas priùs habebant Raphaim, Emim, Zuzim, &c. [c]) *quæ apud te omnium charissima erat*. Eadem de re per comparationem posterioris Israelitarum splendoris cum Hethæis priscis inco-

d Cap. 3. lis terræ sanctæ loqui intendit Baruch [d] cùm ait. *O Israel, quàm magna est domus Dei* (in Ierusalem) *& ingens locus possessionis eius* (in tota terra Chanaan) *Ibi fuerunt gigantes nominati* (quorum nominibus vrbes donabantur) *fuerunt statura magna* (non om-

e supra l. 1. cap. 10. infra lib. 3. cap. 3. nes, sed multi ex eis, vt Goliath, qui erat de stirpe Rephaim [e]) *scientes bellum* (sicut Enacim qui erant milites Torquati.) *Non hos elegit Dominus* (per quos magnitudo Ierusalem per totum D orbem annunciaretur, ingénsque fieret locus dominationis eius) *neque viam disciplinæ* (veræque fidei) *inuenerunt* (vt Israelitæ, quos illuc introduxit Iosue, ideoque subdit dicens, quòd Deus *tradidit illam Iacob puero suo*) *propterea perierunt*: propter nuper enumerata peccata. *Posthæc* natus ex stirpe Iacob Christus *in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est*.

Digitized by Google

Ex quibus apparet, quod Chananæi non tantam in patre suo Chanaan incurrerunt maledictionem, quin primi ex regionis illorum incolis religiosissimè ac sanctissimè vixerint: ita vt quicquid de grauissimis Chananæorum peccatis in scriptura legimus, de posterioribus sit intelligendum.

CAPVT V.

B *De benedictione data à Noë filio suo Sem: de origine sacrificij Melchisedechiani, & benedictione Iaphethi.*



POSTQVAM vidimus quid importet maledictio Chanaan, ordo verborum requirit vt Semi quoque & Iaphethi benedictiones enucleemus. Semi quidem in his verbis. *Benedictus Dominus Deus Sem, & sit Chanaan seruus*
C *eis*, per datiuum pluralem, vt iam notauimus, quod ad nullos sanè alios referri debet, quàm ad Deum & Sem, de quibus immediatè mentio facta est: vt sensus sit benedictus Deus, qui solus Semi dominus est. Quod vis verborum originalium prorsus exigit, in quibus duo habentur nomina: prius est יְהוָה *Iehoua*, per quod essentia & inæstimabilis Dei magnitudo solet exprimi: posterius verò אֱלֹהֵי *Elohe*, quod est Iudex, aut Deus, vt Iudex est. Cùm ergo Noë dixit, *Benedictus Iehoua Iudex Sem*, ita Deum benedicit, vt simul declaret illum solum esse Semi Iudicem: vt iam in illo valeat
D tanquam in supremo Ecclesiæ Pontifice illud Papæ quondam verissimè dictum, *suprema sedes à nemine iudicatur*: Imo quòd sub dignitatis nomine Melchisedech de ipso Sem dixit [a] Apostolus. quod *erat sine patre, sine matre, sine genealogia* vt latè postea [b] exponimus: ita vt dicere ritè possit Sophoclæum illud,

a Hebr. 7.

b Cap. 11.

Θεὸς ἐμοὶ ἄρχων, θνητῶν δ' οὐδεὶς
Deus mi princeps, non vllus mortalium.

A Alioquin, nulla prorsus Semi, sed tota Dei esset benedictio: & solus Sem benedictione priuaretur, licet de eo scriptum sit, quod *apud homines gloriam adeptus est super omnem animam in origine Adam* [a]. Imò, quemadmodum à nomine sanctissimi Enos viri illustres dicti in Hebræo sunt Enoscæi: ita à tempore istius benedictionis Sem viri sancti & maximæ auctoritatis in Ecclesia pro honorifico valde titulo vocati sunt serui Dei: vt videre licet in nostris Commentariis [b].

a Ecc. 49. 19

b In Iob. cap. 1. 8.

Sed quia dicere quis potuisset, Nonne Deus omnium Dominus est, & proinde etiam Dominus Chami & Iaphethi? mox omnium laicorum statum, in persona Chanaan Semo subijcit, addens, *sit Chanaan seruus eis*; nimirum, Deo & Semo, de quibus solis loquutus fuerat: statim verò Ecclesiasticorum in persona Iaphethi, per ista verba, *Dilatet Dominus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem*: cùm autem addit repetens, quod de Chanaan dixerat Semo, *sitque Chanaan seruus eis*, nempe Deo, Semo, & Iaphetho, de quibus tribus in hac Iaphethi benedictione locutus fuerat, idem est, ac si pro iam dictorum expositione diceret, Chanaan non tantùm erit seruus summi Pontificis Semi: sed etiam seruus ministri eius Iaphethi: quod iam vna generalius comprehenderat sententia ista, *Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.* B C

Sed succulenta nimis æquè ac laconica id postea Moyses declarauit hac, iuxta Hebræum, loquendi forma: *Cham ipsi Sem natus* (id est, vernaculus) *etiam ipse* (Sem) *est pater omnium filiorum Heber, fratre Iaphetho maior*, vt sit sensus: quod Sem habet Cham pro suo vernaculo; item est præfectus & magister omnium discipulorum Heberis: fratre verò Iaphetho dignitate maior est, licet ætate minor. Memoria autem iugiter retinendum est, quanam occasione Sanctus Patriarcha omnes tres suos filios totam repræsentantes Ecclesiam, quasi illuc diuina manu ductos coram se pariter conuenientes dictis verbis exceperit. D Nempe, cum ex plantata à se vinea dulci hausto liquore inebriatus, turpiterque nudatus dormiens illusus esset à Cham, à Semo autem & Iaphetho pallio reuerenter opertus. Quod reuerentiæ & charitatis officium maiori non potuit remuneratione pensare, quàm illis duobus filiis natu minorem summum in Ecclesiæ constituendo pastorem: maiorem verò in eodem

Occasione inebriationis Noë, vini pani iungitur in sacrificio Melchisedech.

Digitized by Google

A statu magnum statuendo Patriarcham. Et vice versa, Sem non ingratus, & sibi data bene ac sapienter vtens auctoritate, statuit, vt deinceps vinum, cuius occasione diabolus tantam sanctissimo & purissimo patri procurauerat ignominiam, sũmo in Ecclesia haberetur honore: sicut primus omnium hominum pater Adam, cùm vini vsus nondum extaret, ex seminatis terræ frugibus frumentum, & ex eo factum panem sacrificium Deo fieri instituerat, vt vidimus [a]: sic fructus vineæ à primo humani generis reparatore plantatæ cum priori coniunctus vnum sibi proprium conficeret sacrificium.

a sup. lib. 1. cap. 1.

B Non alio prorsus modo, quàm quo patibulum crucis tam ignominiosum, vt *maledictus* esset *omnis qui penderet in ligno* [b]: ab illo tẽpore quo Christus, cuius figura erat Noë, in illo nudatus fuit, in tanto honore per totũ mundum habeatur. Quod quidem in pane & vino sacrificium à Mechisedech ad Isaac, & ab Isaac ad Iacob vsque deriuatum denotant datæ ab ipso Isaac Iacobo nuper exposita verba benedictionis. Quæ nunc diffusiùs tractare non vacat. Solùm illud dicam: Quod si Essæi, id est, Enoscæi, vel quidam ex eis, fuerunt sacerdotes secundùm ordinem Melchisedech, vt antea [c] collegimus: quantò per vi-
C ni in quotidiano cibo abstinentiam patris Noë nuditatem & ebrietatem sapienter abhorrebant: tantò sapientiùs vinum tantæ verecundiæ causa cùm Melchisedecho honorabant in sacrificio.

b Deut. 21. 23.

Sacrificium in pane & vino à Melchisedech ad Heber, & ab isto, ad Isaac & ab Isaac ad Iacob deriuatum est.

c lib. 1. c. 17.

Præterea notandum, quod sicut per verba benedictionis Iacob, cuius seruus Esau constituitur, clarè expenduntur verba Patriarchæ Noë de seruitute Chanaan erga fratres suos: ita sanè, per sacerdotium Melchisedech in pane & vino apprimè declarabatur sacerdotium Iacob frumento & vino stabilitum, vt vidimus.

D Quantum ad Iapheth, talis ei data fuit benedictio, *Dilatet Deus Iapheth & habitet in tabernaculis Sem*. Pro cuius intelligentia prẹsupponitur, quod postea ostendimus, Sem in sua persona non alibi mansisse post terræ diuisionem, quàm in terra Chanaan. Secundò sciendum vocem tabernaculorum Hebr. אוהלים *Ohalim*, vt plurimùm, præsertim in Genesi, sumi pro locis sacris nomen, verò סכות *succoth* pro

Sem post terræ diuisionem mansit in terra Chanaan.

Digitized by Google

 A

communibus tentoriis, vtpote, pastorum & castrametantium. Per primum nomen dicitur Iacob *vir simplex*(al. perfectus, quasi ex perfectorum sodalitate) *habitasse in tabernaculis*[a]. Cui nempe iugiter in locis sacris habitare gratum erat & volupe. Vnde Hebræi ista de Iacob verba de scholis & gymnasiis exponunt. Sed verè de locis sacris intelligenda alibi[b] non semel abundè probauimus. Cùm enim veteres, priscis illis temporibus, in diuersis pro rerum contingentia, locis, præsertim in montibus sacrificarent & psallendo Deum inuocantes tentoriis translatitiis vterentur, ideo illa loca tabernacula vocitabant etiam post constructa loca stabilia, quæ templa dicuntur. Imò, post B ædificatum templum Salomonis alia erant huiusmodi in oppidis & ciuitatibus loca etiam sacrificio destinata. Quod quia à nemine non negari aspiciebam, apertissimis, plurimisque ex Scriptura locis probare coactus sum[c]. Nunc autem quia nō vacat, post nonnulla hic citata[d], vnus pro multis sufficiet apertissimus. *Fundaměta eius in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob*[e]. Vbi nomen *portarum* templū lapidibus constructum indicat, nomine verò *tabernaculorum* cætera per ciuitates ædificata templa denotantur: vt apertè declarat Paraphrastes Chaldæus vertēs *plusquam omnes domos Ecclesiarū*, C vel *congregationis domus Iacob*. Ista sunt loca, in quibus nonnulla festa, quæ sacrificia requirebant, celebrari debebant à Iudæis ex Dei præcepto[f]. Et Absalom postulat à patre Dauid licentiam eundi in Hebron ad sacrificandum Domino[g]. Et certè, nisi hoc fuisset citiùs multò populus ille ad idololatriam nimiùm ex se propensus, verum Dei cultum planè deseruisset. At in his diutiùs non vacat immorari.

In dicta igitur Iaphethi benedictione nomen *tabernaculorum* pro huiusmodi sumo locis, vel saltem pro scholis ac gymnasiis, in quibus sacræ patrū & prophetarū collationes, conciónesque fiebāt, de quibus antea[h]. Et hoc etiam exigit vis verbi originalis D שׁכן *sciacan*, quod non simpliciter habitare significat, sed cōmorari, cohabitare in vicinia, iuxta quosdam manere. Nimirum, sicut Cinæos prope Nobe[i], seu Canath in dimidia tribu Manasse collegium habuisse putamus, ac de illis per hoc ipsum verbum mentionem fieri & vocari *habitantes in tabernaculis*, in illo Iudicum[l] loco, *Ascendénsque Gedeon per viam eorum, qui in ta-*

a Gen. 25. 27.
b in Commēt. in Iob. cap. 8. 22 & 15 34.
Tabernaculorū nomine loca sacra intelligūtur.
c vbi sup
d Iudith 4. 1. Reg. 9. 12. Ierem 41. 5. 1. Par. 13. 2. 16. 39. 21 29 Ps. 1 2. 1.
e Ps 86. 1.
Non solum in Ierusalem sed & aliis in locis sacrificium offerebatur.
f Leuit. 23. 14. 17. 21. 31. Deut. 12. 13. 14. 1. Reg. 7. 9. 17. c 16. 5 2. Reg. 15 — 32 c. 21. 4 7. 2 Paral 1. 3. 5 13. c. 6 11.
g 2. Reg. 15 8 9 10.
h lib 1 c 20.
i Num. 32. 42.
l cap. 8. 11.

Digitized by Google

A *bernaculis morabantur ad Orientalem plagam Nobe & Iegbaa percussit castra hostium*, &c. Hinc משכן *Miscan* importat cohabitaculum. Et Doctores Hebræorum vocant diuinam maiestatem שכינה *Sciechinah*, quod Ecclesiæ suæ cohabitet. Vide quæ de hoc dicimus [a]. Porrò, cùm istæ benedictiones datæ sint paulò post diluuium; inde collige, multa ante ipsum iam fuisse tabernacula seu loca sacra, tritum enim loquendi modum sequitur Noë.

Habitare in tabernaculis, id est locis sacris, olim valdè honorificum fuit.

a lib. I. c. 11. lib. 2 cap 18.

Et quia in huiusmodi locis habitare & conseruari apud pro-
B bos & sanctos valde honorificum erat: ideo sicut postea sanctus Patriarcha Iacob, vt & status & sanctitas eius commendetur, vocatur *vir simplex* (al. perfectus) *habitans in tabernaculis* [b]: ita piissimus & sanctissimus Noë, qui *iustus perfecti* [c], vocabatur, eò quòd æquus rector esset Prophetarum Dei, qui etiam *iusti perfecti* tunc dicebantur [d], filium suum Iapheth eadem amplissima & honore plena benedictione donauit, cùm ait illi: *Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem* [e]. Quod impletum fuisse sic exponit Hieronymus [f]: *De Sem Hebræi*, inquit, *de Iapheth populus gentium nascitur. Quia igitur lata est multitudo cre-*
C *dentium à latitudine, quæ Iapheth dicitur, nomen accepit. Quod autem ait, & habitet in tabernaculis Sem, de nobis prophetatur, qui & eruditione, & scientia Scripturarum eiecto Israele versamur.* Multæ aliæ dantur explicationes, quæ tabernacula pro habitaculis simpliciter accipiunt. Qualis est ista: vsque adeo multiplicatum iri posteros Iapheth, vt eos propriis non capientibus tabernaculis, necesse futurum sit recipi in tabernacula posterorũ Sem: id est, vt regionibus quas illi colent, ipsi cum illis permixti habitaturi sint. Vel quod posteri Iapheth, qui futuri erant gentiles, fœdere copulabuntur cum Iudæis, qui futuri erant posteri Sem. Quod verificatur in Romanis & Lacedæmonijs [g], qui ex
D stirpe Iapheth oriundi sunt. Quæ expositio ampliùs paulò post explicabitur.

b Gen. 25. 27.
c Gen. 6. 9.
d supra c. 1. & infra c. 10 & epist. ad Hebr. cap. 12. 33.
e Gen. 9. 27.
f de trad. Heb. in Genesim.
Expositio 1
Varia expositiones horũ verborũ, Dilatet Deus Iapheth, &c.
Expositio 2
Expositio 3
g Mach. 12. 21.

Alij ita interpretantur, quasi aliquando futurum sit, vt posteri Iapheth, id est Gentiles è propriis sedibus eijciant Iudæos genus trahentes ex Sem. Sunt qui in dicta benedictione verbum *habitet* de Deo exponant in hoc sensu: Etsi Deus amplissimè dilataturus est posteritatem Iapheth, ipse tamen non apud poste-

Expositio 4
Expositio 5

Digitized by Google

ros Iapheth; sed apud solius Semi posteros habitaturus est: siquidem posteri Iapheth falsos Deos coluerunt. At posteri Sem, non quidem omnes, sed qui ex eo per Heber, Abraham, Isaac & Iacob proseminati sunt, veri Dei fidem & cultum retinuerunt. Quamobrem dicitur Deus habitaturus in eorum tabernaculis, id est, in extremo & publico cultu ab eis colendus: licet etiam in tabernaculo Moysis & in templo Salomonis habitasse Deum legamus. Ad extremum verò Deus verbum carnem ex stirpe Sem accepit, in qua Deitas per hypostaticam vnionem mirabiliter habitauit. Hos omnes sensus adducit Pererius [a]: quorum duos priores violentos & extortos, tertium legitimum esse iudico, cæteros tanquam allegoricos reuereor. At optarem aliquid de proximo complendum & quod litteram historiámque magis intenderet. Talis igitur de hoc mea sit sententia.

Expositio 6

B

a in Genes. ca. 9. q. 25.

Expositio 7. quæ est Authoris.

Absurdum planè est, vt verbum *habitet* ad alium, quàm ad eum, qui à Noe benedicitur, nempe Iapheth, referatur, de quo subiungitur, *sitque Chanaan seruus eis.* Quam absurditatem optimè probat Caietanus. Ergo ipse Iapheth est, cui, sicut fratri Semo, Channan subiicitur, tanquam Ecclesiastico laicus, vt sit sensus; quòd longè, latéque per Græciam & Europam suam iurisdictionem extendet *habitaturus in tabernaculis Sem*, super quæ, videlicet, Sem tanquam supremus in Ecclesia Pontifex, spirituale habebit etiam in illis regionibus dominium. C

In eius memoriam & honorem, sicut in Cœlesyria ciuitatem Lesem, id est, *Semo*, quasi Semo dicatam, sic multa tam Italiæ, quàm Græciæ loca nominata non ambigo, quicquid alij dicant. Exempli gratia, templum Semoni Iano dicatum à Romanis indigitat nomine Noe (qui Ianus dicebatur) & filij eius Sem. Verba Tit-Liuij [b] hæc sunt: *Vitruuium in carcere asseruari iussit, quò ad Coss. rediisset, tum verberatum necari: ædes eius quæ essent in palatio diruendas, bona Semoni Iano censuerunt consecranda: quidquid æris ex eis redactum est ex eo ahenei orbes facti positi in sacello Semoni Ioui,* &c. Item Samnium, quòd nunc vocatur Aprutium: cuius incolæ dicti sunt Samnites. Item, Samonium Cretæ insulæ promontorium Rhodo aduersum. Item, vtraque insula Samos, quarum altera Ionitæ adiacet è regione Ephesi. In ea ortum habuit vna ex Sibyllis, quę inde Samia dicta est, quam ferunt D

b lib. 8. ab vrbe cond.

Multa vrbes & loca etiam nunc in Europa nomina sua à Sem accipiunt.

A ferunt de Christo prædixisse: natus est etiam Pythagoras, cuius doctrinæ puritas, & idololatriæ contraria; & præsertim dogma de sacrificiis in vino & simila, de quibus Plutarchus [a], traditionem ex Semo; id est, Melchisedecho subindicat. Ibi, teste Varrone, nobilissimum, & antiquissimum fuit templum Sami, & simulachrum Iunonis Samiæ, ab illa Insula sic dictæ in habitu nubentis figuratum. Ibi & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrabantur, vt scribunt etiam Lactantius [b], & Diodorus. Ad illam Insulam applicuit Paulus [c], antequam veniret Miletum.

Sibylla Samia.

a in Numa.

b Inst. lib 1.

c Act. 20.

B Altera Samos sita est è regione Epiri, non procul à sinu Ambracio, quæ & Cephalenia nominatur. Similiter iudicandum arbitror de eiusdem Insulæ oppido, quod vocatur *Samos*, siue *Same*, vnde nomen gentile Samæus. Est & *Samos* siue *Samus* cognomento Threicia quæ & Samothracia, dicitur Insula maris Ægæi Thraciæ adiacens, in ea parte qua Hebrus fluuius in mare influit. Quis igitur hîc Semi summi Pontificis, sed & abnepotis eius Heberis sanctissimi prophetæ, & patriarchæ nomen posteritati non videt commendatum, etiam in Europa per Iaphetum ibi etiam habitantem in tabernaculis Sem? Quis nô

C elucidatum iam perspiciet, quod Diodor. Siculus [d] sub Saturni fratrum Titanum maximi nomine scribit, *Multa passim loca regionum Occidentalium nomen eius repræsentasse, ac per Occidentales Siciliæ partes etiamnum editiora passim loca Cronia*, id est, Saturnalia castella, *nominata fuisse*? Imò arbitror, Sem à quo Sol apud Hebræos Semes appellatus est, illummet esse qui à Græcis vocatur Ἡρακλῆς, à Latinis verò Hercules, quem Macrobius [e] asserit esse Solem, ita Græcè dictum ab ἤερος, id est, aeris & κλέος, gloria, quia Sol aerem suo lumine quodammodo glorificat. Quid si etiam propter lumen fidei, quam de vero Deo

d lib. 3. & 5.

e Saturn. lib. 1. c. 20.

D attulit mundo Deus fidius, id est, fidei, & propter vitæ sanctitatem lingua Sabina Sancus, id est, sanctus cognominatus sit, ita vt & Semus, & sanctus, & Fidius idem sint? iuxta illud Ouidij [f],

f Fast. 6.

Quærebam nonas Sanco, Fidione referrem,
An tibi Semo, pater; tunc mihi Sancus ait:
Cuicumque ex istis dederis, ego munus habebo,
Nomina terna fero, sic voluere Cures.

a de lingua Lat. lib. 4.
b de prisco sermone.

Semus ergo est Hercules, vt docet Varro [a]. Ex quo Fulgentius [b] scribit, *Semones etiam dici Deos, quos nec cœlo dignos adscriberent ob meriti paupertatem, sicut Priapus, Hipporea, Vertumnus: nec terrenos eos deputare vellent, pro gratiæ veneratione.* Legitur etiam Semonia dea. Vnde Macrobius [c], *Apud veteres*, inquit, *quisque qui nominasset Salutem, Semoniam, Seiam, Segetiam, Tutullinam ferias seruabat.* Mulieres autem quæ σεμναὶ θεαὶ dicebantur, vates seu prophetides, vel etiam ad instar Vestalium religiosæ fuisse videntur: de quibus Pausanias [d], *Iuxta Dearum templum quas σεμνὰς vocant*, &c. En igitur quo sensu Iapheth etiam in Europa dilatatus, *habitauit in tabernaculis Sem*: patétque ex dictis, quam germana ac legitima sit à nobis data sanctissimi Patriarchæ & illuminatissimi prophetæ Noë concisorum quidem, sed arcanorum planè verborum expositio. Quæ sic breuiter non tam Chanaani maledictionem, quàm illius & fratrum diuersi status prædictionem, vel etiam institutionem continet, simúlque totius Ecclesiæ sub vno pastore constitutum ordinem monarchicum in Christo, & in eius Ecclesia perfectè adimplendum. Iuxta quem, Sem constituitur Melchisedech, rex Iustitiæ, id est, iustorum, qui sunt in Ecclesia sub quo nomine Paulus Apostolus, Christum illi comparat, vt videbimus [e].

c Saturn. lib. 1.
d in Atticis.
e Cap. 10.

A B C

Facessat igitur impudenter procax Caluinus [f], qui Iustissimum patriarcham Noë, non erubescit atrocium damnare scelerium, desperationis summæ imprudentiæ, pudendæ ac turpis obliuionis sui, fœdæ mentis alienationis, immodestiæ, ac impatientiæ circa reprehensionem irrisoris filij, ita nec sustinuerit Moyses, quin in eum contumelias ira, & atra bile percitus despumauerit. Ait præterea Deum æternam illi probri maculam inussisse. Legantur huius viri sanctissimi contrariæ laudes apud Ambrosium [g], Augustinum [h], & Ephrem [i].

f in cap. 6. Gen. ver. 13.
g in lib. de Noë.
h Serm. 45. de tempore
i Serm. de Noë.

D

Digitized by Google

CAPVT VI.

De secunda & peculiari Noeticæ familiæ sub duce Arphaxad transmigratione: de tertia ac generali transmigratione per totum mundum, quæ & terræ, & gentium diuisio dicitur. De differentia inter diuisionem, & dispersionem gentium. De dynastiis Chaldæorum, Ægyptiorum, aliarumque nationum, post diluuium. De regione quam Noë sibi elegit habitandam. De prima Deorum in Europa origine.

B



GIMVS in capite secundo de prima post diluuium Noeticæ familiæ transmigratione, quæ facta est, ex monte in quo requieuerat arca, ad loca plana, seu regionem Thamua: vbi *mirabiliter multiplicata progenie*, ait Berosus, *adeo completa fuerunt ea loca, vt necesse fuerit multos* C *inde recedere. Sed Noë diu ibi mansit, & Armenos primùm docuit*, &c. Bene multos, non plurimos, aut omnes inde recessisse dicit. Quia cùm Noë ibi diu, id est, 90. annos postea remanserit, verisimile admodum est tres eius filios mundi chiliarchos, eorumque familias ibi cum eo remansisse, saltem vsque ad generalem totius orbis, & gentium diuisionem, quæ ibidem octuagesimo nono post anno celebrata est, vt videbimus: sed qui tunc inde recesserunt, fuerunt quædam familiæ, quas
D Noë cum duce Arphaxad diuisit in Chaldæam, vt habitarent proximiorem, & Orientalem illius regionis plagam, quæ dicta fuit Etham. De qua secunda post diluuium peculiari missione sic loquitur Methodius.

Trecentesimo verò anno de tempore trium millium annorum. Error est vel in textu Græco, vel in translatore, vt iterum infra notabimus, qui cùm legisset τριῶν χιλιαστῶν ita transtulit: cùm legi debuisset τριῶν χιλιοστῶν, id est, trium Chiliarchorum.

Proinde aut lege, quadringentesimo ferè anno, aut potiùs A trecentesimo sexagesimo secũdo à tempore trium chiliarchorum: hoc est à natiuitate. Nam cùm tres Noë filij mundi principes & chiliarchi nasci cœperint anno patris quingentesimo; ab eorum vltimi, id est, Semi, ortu, qui fuit anno Noë 503. vsque ad natiuitatem Heber (de quo tempore nunc loquitur Methodius) transierunt anni 362. iuxta mendosam Græcorum chronologiam, quam iste auctor sequitur; sed iuxta legitimam Hebræorum & Latinorum fluxerunt solùm anni 164. quorum vltimus erat vitæ Noë 667. mundi verò 1723. Hoc igitur anno (pergit Methodius) *dedit Noë donationes* (quid si dominationes?) *Ionitho filio suo, & diuisit eum in terram Etham.* Nimirum, cùm Ionithus, seu potiùs Ionathi sit ipse Arphaxad quartus Noë filius, sensu quo exposuimus [a], suprema ei ab illo data est potestas in omnes, quas tunc ex Thamua in Etham dimittebat familias. Videtur autem quòd terra Etham sit pars Orientalis Chaldeæ, & ea quæ à Moyse [b], nomine Orientis intelligitur, cùm ait: *Cumque proficiscerentur de Oriente inuenerunt*, &c. quod patebit in sequentibus. Illa autem regio dicta fortasse tunc fuit Etham, id est, *aduentus eorum*, ob Arphaxadis multorúmque Noeticæ familiæ virorum primum ad illam aduentum. Ad hoc sanè tempus & progressum attinet quod apud Torniellum [c], Hebræi referunt: *Eo tempore quo natus est Heber, Arphaxad traiecisse fluuium Tigrim cum omni familia sua & progenie* (nempe dum pergit ex Tamua, vnde multos recedere coactos fuisse nuper dicebat Berosus in terram Etham: de qua sine dubio intelligendum est quod dicitur, *Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio*, huius profectionis tempore, *Thare pater Abraham & Nachor* [d], sed ante eos Arphaxad, Sale, Phaleg, Reu, Sarug.) *Et primùm consedisse in Chaldæa: proptereaque infantem tunc natum à transitu dictum fuisse Heber.* Ad quod etiam tempus nonnulli referunt ortum Nembrodi: de cuius dignitate, & virtutibus quædam diximus [e], ac postea dicturi sæpe sumus.

Arphaxad mittitur à Noë in Chaldæam.

a Cap 2.

b Gen. 11. 2.

c An mun. 1754.

d Num. 2. Iosue 24. 2.

e lib. 1. c. 9.

Ex nuper verò dictis nonnulla sese nobis notanda præbent: & primò, quod qui tunc illius coloniæ dux ac moderator proprio nomine Ionathi vel Cainan appellabatur, deinceps digni-

Digitized by Google

tatis cognomine vocatus est Arphaxad, id est, Rapha Cased, eo quod primus omnium tunc cœpit esse Rapha, seu Curator Chaldææ. Secundò, iuxta hominum, quos secum ducebat multitudinē & totius Chaldææ regionis magnitudinem amplissimam, quoque à summo totius orbis principe Ecclesiæque Pontifice, Noë datam ei fuisse cum plenitudine potestatis authoritatem, quæ *donationum*, seu *dominationum* pluraliter nomine phrasi Hebraica, videtur intelligenda. Tertiò, has donationes & missionem nihil prorsus ad generalem orbis diuisionem attinere: sed ex speciali priuilegio, ad subleuandam regionem B Thamua à sancto Noë factas fuisse Ionathi. Quartò, ista ex Thamua in Ethan profectio dici potest secunda Noëticæ familiæ transmigratio.

Donationes ei à Noe factae quid sint.

Nunc autem agendum est de tertia, quæ non specialis, sed Generalis, id est, quæ omnium familiarum per totum orbem facta fuit à Noë dimissio, statim ac celebrata fuit ea, quæ à Moyse dicitur *diuisio terræ, diuisio gentium* [a], quod idem est, idque in eadem regione Thamua, vbi cum tribus filiis mundi chiliarchis ipse manebat, & vbi post dimissionem Ionathi, in Chaldæam, de orbe terrarum implendo sollicitus, *Adhortabatur homines* C *familiarum principes*, ait Berosus, *vt nouas sedes quærerent, conderentque ciuitates: designauitque tres orbis partes Asiam, Africam & Europam, vt ante diluuium viderat: & singulis principibus familiarum partes ad quas irent, distribuit, se per totum orbem colonias tracturum pollicitus*, &c.

a Gen. 10. 25 & 32.

Terra vel gentium diuisio vbinam facta sit.

Et hæc verè est diuisio terrarum, quam S. Epiphanius [b] (vt ferè omnes alij) cum linguarum confusione confundens scripsit Phaleg gentium fuisse cum facta est linguarum diuisio. Quę causa etiam est, cur alibi [c] dixerat quinta post diluuium ætate (numerando Cainan) filios Noë in campo Sennoaris ædificasse. D Idémque repetit hæresi 39. Hanc terrarum diuisionem statim secuta est familiarum Noëticarum ad sibi assignata loca actualis transmigratio, longè antequam factæ in Babylone confusionis linguarum occasione, non omnium, vt multi perperam existimant, sed quorumdam ibi tunc habitantium hominum, facta est per totum orbem dispersio, quæ à Moyse planè & manifestè distinguitur à terrarum vel gentium diuisione. De illa enim ita loquitur: *Vocatum est nomen eius Babel, quia ibi con-*

b in Ancorato circa finem.

c Sub initiũ Panarij.

Discrimē inter terræ vel gentiū diuisionē, & confusionem linguarum.

Digitized by Google

fusum est labium vniuersæ terræ, & inde dispersit eos (nota eos quorum labium in Babylone confusum est) *Dominus super faciem*
a Gen. 11. 9. *cunctarum regionum*[a]. De ista autem post enumerationem familiarum Noë, ita concisè: *Hæ familiæ Noë iuxta populos, & nationes suas, ab his diuisæ sunt gentes in terra post diluuium.* Quæ verba
b an. mūdi 1931. num. 62. sic exponit Salianus[b]: *Rectè*, inquit, *dicitur post diluuium: nam ante diluuium vt nulla erat linguarum, ita neque nationum distinctio.* At sanè, attendere debuit, quòd hæc minime dicta sunt de confusione linguarum, quæ contigit longè post diluuium, vt videbimus, sed de terræ in nationes diuisione, quam Moyses *post diluuium*, id est, non longè, vel non ita longè, vt pote, anno centesimo primo post diluuium & absque vlla confusione linguarum factam fuisse dicit. Imò, inquam, ita loquitur Moyses, vt indicet ab ijs quidem, Noë & filijs factam fuisse post diluuium, eo sensu quo nuper dixit Berosus, *Designasse tres orbis partes Asiam, Africã, & Europam, vt antè diluuium viderat*, supple factum ab Adam, *Quando* per eum *diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam*[c]. Proinde falsissimum est, nationes
c Deut. 32. 8. solo idiomatum diuersitate distingui. B

Quid, quod Moyses ex diametro contrarium asserit? Postquam enim dixit, *Ab his diuisæ sunt gentes* (en diuisio gentium) C *in terra post diluuium*, statim & immediatè subdit: *Erat autem terra* (vtique totus orbis terræ, in quo erant gentes diuisæ) *labij vnius, & sermonum eorumdem*, nempe, quando contigit, quod subiungit de ædificatione turris Babel, & confusione linguarum. Ergo tota terra erat labij vnius, licet in ea diuisæ essent gẽtes: quæquidem diuisio gentium iam facta fuerat in natiuitate Phaleg, id est, anno mundi 1757. diluuij verò 101. sic breuiter suo modo loquente Moyse de huius terrarum seu gentium post diluuium facta diuisione: *Natique sunt Heber filij duo, nomen vni*
d Gen. 10. 25. *Phaleg, eo quod in diebus eius diuisa sit terra*[d]. En diuisio terræ facta à Noë quando *designauit tres orbis partes in Asiam, Africam, & Europam*, &c. vt nuper loquebatur Berosus. Vnde quemadmodum ciuitas Babel (quæ forsitan priùs aut Sennaar, aut alio nomine vocabatur) simpliciter ita nuncupata tunc est, quando facta est in ea confusio linguarum: & Heber tunc simpliciter ita nominatus est à transitu fluminis Tigridis: sic de more, Phaleg in natiuitate nomen accepit, quando, & quia dicto modo di- D

Digitized by Google

A uisa est terra. Et qui contrarium tenent, non satis attendunt distinctionem prænotatam inter diuisionem gentium, per actualem earum per totam terram transmigrationem; & dispersionem gentium factam postea occasione confusionis linguarum: quæ tamen tempore, loco, & modo longè differunt.

Cùm igitur *in diebus*, seu natiuitate *Phaleg*, non tantùm *terrarum diuisio* consultatione, decreto & ordinatione celebrata sit, adhibitis, vt putat Epiphanius, sortibus, quibus vnicuíque familiæ seu coloniæ sua assignaretur prouincia: sed etiam *diuisio gentium* facta est per actualem earum in mundum transmi-B grationem: non credo Mercatorem ita decipi vt Pererius[a], Salianus[b] & alij putant, cum quindecim Dynastias Ægypti, quas ante Abrahamum extitisse scribit Eusebius[c], tentat exponere. Sed potiùs ipsi hallucinantur, vel saltem Salianus, dicens, Moysen eas apertè refellere cùm ait, *Hæ familiæ Noe*, &c. vt supra. Contrarium enim prorsus à Moyse intendi nuper ostendimus.

a in Genes. cap. 10. ver. 6. Disp. 2.
b Vbi supra
c In Chron.

Imò, dum video filios Noë vocari chiliarchas, Hebr. autem אלפים *Alaphim*, & Ionithum seu Cainan dilectum Semi filium tanquam primum omnium post diluuium Raphaim, C id est, Curatorum nomine dignitatis, Arphaxad, id est, Curatorem Chaldææ nuncupari, anno post diluuium 67. & trigesimo quarto ante hanc gentium diuisionem: optimè arbitror quod sicut ante diluuium, qui præerant animabus dicebantur עירים *Gherim*, id est, *Vigiles*[d]: & tam ante quàm post, רפאים *Raphaim*: ita semper qui temporalia moderabantur & אלפים alaphim, id est Chiliarchi, & גבורים *Giborim*,[e] id est, Dynastæ vocabantur. Et proinde nullum esse inconueniens, eos, qui in hac gentium diuisione in diuersas orD bis partes à Noë missi sunt ad regendas nationes, dictos tunc fuisse *Giborim*, hoc est, Dynastas, ac in Chaldæa, & Ægypto per diluuium interruptas, restaurasse Dynastias. Maximè verò si multę ciuitates, templa, & alia eminentia ædificia non penitùs ab inundantibus aquis diluuij euersa fuerunt. Quemadmodum de prisco Hermonis templo (de quo nos antea[f]) de vrbe Ioppe apud Adrichomium[g] scribitur: & de vrbe Enoch[h], quæ & Enochia, omnium in toto orbe prima: de qua sic Berosus:

Mercator pro Dynastiis defenditur.

d Supra lib. 1. c. 17.
e Gen. 6. 4.
f lib. 1. c. 19.
g in tribu Dã num. 39.
h Gen. 4. 17.

Ante aquarum cladem famosam, qua vniuersus perijt orbis, multa præterierunt sæcula, quæ à nostris Chaldæis fideliter fuerunt seruata. Scribunt autem, illis temporibus circa Libanum fuisse Enos (lege Enoch) *vrbem maximam gigantum, qui vniuerso orbi dominabantur*,&c. Huius autem vrbis etiamnum maxima ingentísque molis fundamenta videri, ait Ioannes Viterbensis, tam apud Nauclerum quàm apud Adrichomium [a]. Et quadrat illud Ouidij [b].

a In tribu Aser num. 39
b Metam. lib. 1.

Si qua domus mansit, potuítque resistere tanto
Interiecta malo, culmen tamen altior huius
Vnda tegit; pressæque latent sub gurgite turres. B

Quod autem Dynastæ ad priscas Dynastias missi fuerint, inde colligitur, quod regiones à primis illis Rephaim (quos nuper Berosus, vt sæpe Sacra scriptura [c], vocabat gigantes) post hanc diuisionem habitatæ extunc ad perpetuam rei memoriam *terræ Rephaim* dictæ fuerunt, vt sæpe vidimus. Exempli gratia: regio quæ postea Moab appellata est, ideo *terra Rephaim* vocata est, quia Heber & Phaleg eius filius primi post diluuium fuerunt in ea Curatores [d].

c Deut. 2. 11. & 10. 3. 11. & 13. 2 Reg. 21. 18. 21. 13.
d Infra ca. 7.

Et planè notandum, omnes primos Rephaim, qui tunc in Asiam missi sunt, fuisse ex stirpe Sem: vt Arphaxad in Chaldæam; Assur in Assyriam; Elam in Persidem, ipse Sem, Heber & Phaleg in terram Chanaan. Vbi Cham, Chanaan, eorúmque filij, ac nepotes fuerunt Giborim, id est, Dynastæ vel Alaphim, id est, Chiliarchi, qui & Africam tenuerunt: sicut Iaphethi progenies Europam. Proinde non incongruè dixit Berosus, Noë *designasse tribus suis filijs tres orbis partes Asiam, Africam, & Europam, vt ante diluuium viderat.* C

Quod etiam absurdi est in hoc quod de Noë profert, quòd *cum necesse fuerit multos inde* (ex terra Thamua, vbi facta postea est terræ diuisio) *recedere, sed Noë diu ibi mansit & Armenos primùm docuit*, &c. Sanè adhuc ibi mansit spatio 90. annorum, id est, vsque ad terræ, gentiúmque diuisionem. Postquam rediisse in veterem patriam, hoc est, loca Damasci vicina, ibíque condidisse regnum & Pontificatum Salem, quæ Sem appellatione Melchisedech, administrauit, vt tradunt Hebræi, vero simillimum est: præsertim si hoc de regno seu regimine animarum intelligatur, sicut postea [e] videbitur. D

e Cap. 19.

Ibi

Digitized by Google

A Ibi centum adhuc annos manere potuit: deinde in Italiam proficisci cum esset annorum 800. & verum esse quod sic scribit Berosus[a]. *Tunc enim senissimus Noë, iam antea doctos Theologiam & sacros ritus, cœpit etiam eos erudire humanam sapientiam; & quidem multa naturalium rerum scientia mandauit literis, quæ solis sacerdotibus Scithæ & Armeni commendant. Neque enim fas est illa vlli aspicere, aut legere quàm solis sacerdotibus, & inter sacerdotes duntaxat, sicut & quos rituales libros reliquit*, &c. Et post quædam pauca, addit: *Cùmque iuisset ad regendam Kitim, quam nunc Italiam appellant, desiderium sui reliquit Armenis: ac ideo post mortem illum ar-*
B *bitrati sunt in animam cœlestium corporum translatum*, &c. Idem præterea sic: *Singulis principibus familiarum partes, ad quas irent distribuit, se per totum orbem colonias traducturum pollicetur. Tandem petiit Kitim, quam nunc Italiam nominauit: ibique regnauit, multaque docuit Italos, quæ ad Theologiam, Physiologiam, Politiam, artesque degendæ vitæ necessarias pertinent: earumque rerum refertissimos libros reliquit scriptos. Quamobrem tantùm apud eam gentem honorem meruit, vt eum Chaos semen mundi, patrem Deorum maiorum & minorum, animamque mundi appellarent, ipsúmque signarent in scriptis cursu Solis, motu Lunæ & sceptro dominij. Denique in illis locis*
C *mortalitatem exuit.*

a lib. 5. Antiq.

Orbis ergo diuisio inter tres eius chiliarchas talis fuit: vt Sem in sua persona tanquam summus Ecclesiæ Pontifex nō magnas regiones habuerit, cui vrbs Salem & vicina pro sedis loco reseruabatur. In filijs verò ac nepotibus, habuit Persas & Medos in Ælam[b]; Assyriam in Assur[c]; Chaldæos in Arphaxad[d]. Lydos in Lud[e]; Aramæos, id est, Syrios, in Aram. Quod de Cœlesyria potissimùm accipiendum est. Vnde Hus Arami filius primus incola fuit terræ Hus[f]. Alios Semi nepotes breuitatis causa relinquo, vt ad duos eius fratres veniam.

D Et primò de Cham sufficit quod sic generaliter dicit Iosephus: *Chamæ verò filij Syriam & regionem Amano Libanoque montibus hærentem obtinuerunt, quicquid eius ad mare Mediterraneum vergit occupando, & Oceanum vsque quo cingitur Africa ditionis terminos proferendo.* Tota ergo Syria cum Ægypto & Africa, quàm longè latéque patet ad Chamum pertinuit.

Iaphethi pars quænam fuerit scire nobis pernecessarium est: maximè vt sciamus quod ille in Europa, *habitauerit in*

b Esa 11.11. 21.2. 22.6. Ierem. 25. 25. & alibi sæpe.
c Num. 24. 22. 4 Reg. 15. 29. 1 Par. 5. 26.
d Ioseph. Antiq lib 1 c.6.
e Hieron. & Euseb. li. 1. Chron.
f Ioseph. Antiq. lib. 1. c.17.

Digitized by Google

a Gen. 9. 27 *tabernaculis Sem* [a]: vt vidimus. Dum videlicet per se, vel per quosdam ex suis præfuit locis sacris & Ecclesijs totius Europæ, super quæ summam supremus Pontifex Sem habebat iurisdictionem. Breuitatis tamen causa, quasdam duntaxat illius sortis regiones nominabimus, ex quibus maxima & mirabilia hauriemus arcana. A

Primus ergo filius eius Gomer habuit regiones Gomeritarum, de quibus Ezechiel[b]. Quo nomine Galatiæ & Cimmeriæ, seu Cimbriæ populi intelliguntur. Tertius Iaphethi filius, qui dicitur Madai, princeps Medorum fuit: illorum præsertim, de quibus sic Ptolemæus [c]: *Versus Macedoniam autem & Ægeum mare similiter præturæ sunt Medica, Drosica, Cœlica, &c.* Quartus filius est Iauam, de quo statim, à quo Ionia, totúmque Græcorum genus, vt ait Iosephus [d]. Cui planè consentit Hieronymus, & ante eum Eusebius. Quibus omnes subscribunt. B

b Cap 36. 6.

c in Europæ tabulis, & lib. 3. cap. 11

d Antiq. lib. 1. cap. 6.

Igitur Noë volens dilecto filio suo Iaphetho destinatam in Occidentalibus partibus possessionem tribuere, hoc tanquam totius orbis terrarum moderator per seipsum voluit facere. & senissimus (vt vocat eum Berosus) sed ope diuina vegetus, profectionem spontè suscipiens, de dilatatione datam benedictionem sua veneranda, pro viribus, confirmare præsentia. Ideo C proximam insulam Cyprum (quam vox Kitim primariò significat) in habitationem eligens partim ibi, partim post natum nepotem Iauam, in Creta insula (quæ à primis istis Rephaim, id est, Curetibus, nomen habet) cum ipso nepote suo filio Iaphethi ad mortem vsque spatio 249. annorum demoratus, suo quoque sanctissimo primam Iaphethi vsque in Italiam dilatationē felicitauit consilio. Et hoc modo aliquatenus in illa regnasse absurdum minimè est. Sicque videns Ianum (quem omnes etiam Gentiles ab οἶνος, id est, *vinum*, cuius inuentor fuit, Noë esse dicunt) bicipitem pingi, non solùm quia tam anteriora, D quàm posteriora vidit sæcula, & in vtrisque rexit Ecclesiam: sed etiam qui sua sapientia cum suprema auctoritate Occidentales & Orientales rexit orbis partes: Et in vtróque sensu intelligi potest illud Ouidij [e].

Ianus qui, & Noë cur biceps depingitur.

e 1. Fastor.

Iane biceps anni tacitè labentis origo,
Solus de superis qui tua terga vides.

Hinc videas de insula Creta Iouis primi Deorum patria, de qua

Digitized by Google

A diximus [a], vel in hoc Iano, vel potius in suo nepote Iauan nudatam fabulam. Videas huius Iani, id est, Noë sanctissimi Patriarchæ anno 718. post illius mortem aut circiter, renouatum nomen & dignitatem in illo Iano, quem scribit Eusebius [b] in Italia regnasse annis plus minus 150. antequã ibi regnaret Æneas.

a lib. 1. c. 9. & 10.

b in Chron.

Denique, præsuppositis quæ diximus de filiis & nepotibus huius viri, propter nomen *Raphaim* passim *gigantibus* dictis, sed qui verè erant & dicebantur mundi *restauratores*; facilè intelligas, quod Chronicum Alexandrinum Saturno tribuit, qui ex B gigante de progenie Semi natus sit: duosque habuerit filios, vnum Ninum, (intellige Assur) qui Assyriis imperauit, alterum Picum, siue Iouem, qui patrem in Italiam secutus sit, qui ibi cùm diu regnasset, Picus, qui & Iupiter, successerit ei, regnaritque 62. annis: cui etiam successerit Faunus, qui & Mercurius à patre vocatus sit, &c.

Iapheth dictus est Saturnus.

Licet enim meritò ista parum verisimilitudinis habeant apud eos, qui nullam aliam Semi progeniem agnoscunt, quam carnalem, quæ non in Occidente, sed in Oriente dominata est, sicut Iapheth cum filiis occidentem tenuit: attamen, quatenus vterq; præfectus in his quæ sunt ad Deum, filios etiam spirituales ha- C buit, in vtraque etiam orbis parte hoc secundo modo præfuit & imperauit. Ille quidem tanquam summus Ecclesiæ Pontifex sedem in Oriente, nempe Ierosolymis habebat, atque in Europa Occidentali tabernacula, *in quibus* sub illius auctoritate Iapheth, iuxta sibi à Deo datam benedictionem, *habitabat* [c]: iste verò sedem habens in Occidentali Græcia, quam temporaliter etiam, præsertim in filiis & nepotibus moderatus est, sub nepotis Ascenez moderamine Cenesæorum sodalitatem reliquerat in Oriẽte in terra Chanaan [d]. Ipse ergo gigas (sensu sæpe dicto) de Semi quidem, sed spirituali progenie natus, à Græcis dictus D est Saturnus: eo quod, sicut Sem respectu totius Ecclesiæ, ita ipse respectu totius Europæ omnium Deorum, id est, antistitum, sicut Saturnus planetarum, supremus erat. Sic de illo verum est quod scribunt Eusebius [e], & Diodorus, Saturnum imperasse in Sicilia, Lybia, & Italia, & in occiduis oris, postquam imperauit maximè iis quæ ad Hesperum pertinent locis [f]. Filium successorem habuit Picum, seu Iouem, id est, Iauan: qui natus in Creta in cæteris Ketim insulis & in tota Ionia dominatus est: veniré-

c Gen. 9. 27.

d Infra c. 15.

e de præp. Euang. lib. 1. c. 4.

f lib. 6. c. 15. & lib. 4. c. 5.

Digitized by Google

que tandem potuit in Italiam, ad quamvsque pater eius Iapheth dictus Saturnu, dilatatus fuerat, ibique parenti succedēs regnare annos duos & sexaginta, vt dicebat Chronicum Alexandrinum. Isti successit Faunus, qui & Mercurius à patre vocatus est: & iste fuerit Elisa, ex quo Eusebius [a] deducit Siculos. Cui nostræ meditationi conformia habet Salianus [b].

a l.1. Chro. Græc.
b An. mūdi 1911 num 54 & Schol. a.

Et tandem, ex priscorum illorum Noë filiorum ac nepotum sanctitate, sapientia, virtutéque mirabili & auctoritate, liceat tibi mecum suspicari: quòd sicut in Oriente ante diluuiū Seth & Enos, pro sua vitæ innocentia & pietate Dij sunt appellati: ita post diluuium in Occidente magni illi sanctitate ac virtute gigantes, officio autem Rephaim, seu Κυρῆτες, id est curatores. Deitatis ac supremi numinis adepti nomina, & iuxta regionum idiomata necnon spiritualia, quibus specialiter enitebant, charismata, variè nuncupati sint: vtpotè, Iapheth, Saturnus. Iauan, Iupiter: Elisa, Mercurius: eo nempe modo, quo Berosus [c] de Patriarcha Noë dixit, post mortem ab Armenis translatum fuisse in animā corporum cœlestiū, & quod postea [d] visuri sumus, Belum seu Nembrotum inter Deos ac sidera relatum, & Orionem fuisse vocatum: vt inde ad primam Europæorum Deorū facilis tibi sit aditus originem. Iuxta dictum Diodori Siculi [e], quòd *plerique dij ex Creta prodierunt, & per multas orbis partes diuagati benè de gentibus mortalium, dum quisque inuentorum vtilitates suorum cum illis communicat, mereri studuerunt.*

Falsorum Deorum in Europa origo vnde & quando.
c lib. 5.
d Cap. 19.
e lib. 5.

Intelligitur etiam, quod scribit Agathias [f], Vetustiores Persas Iouem, Saturnum, cæterosque Græcorū Deos coluisse aliis nominibus. Sed planè notandū quod tradit Xenophon [g]. Reginā Semiramidē, super columnā insculpi curasse suam genealogiā, his verbis: *Mihi pater Iupiter Belus* (nempe Ninus) *auus Saturnus Babylonicus* (Nēbrod) *proauus, Chus Saturnus Aethiops; abauus, Saturnus Aegyptius* (nēpe Cham) *atauus Cœlius Phœnix Ogyges.* Iste enim Cœlius est Noë, quem vocat Phœnicem Ogygem, id est, illustrē sacerdotē Phœnicē: cū autē dicit, Cham esse Saturnum Aegyptium, Chus Saturnum Aethiopem, Nembrod Saturnū Babylonicum; cuius filius nempe Ninus, est Iupiter Babylonicus: satis apertè declarat; primos & antiquiores illarū regionum institutores & patres primi planetarum nomen habuisse, dictosque fuisse Saturnos huius aut illius regionis: illos autem qui postea reges extiterunt planetæ Iouis nomen habuisse. Et sic plu-

f lib. 2.
g in Æquiuocis.

Digitized by Google

res fuisse Saturnos pro diuersitate regionum: plures verò Ioues in eadem regione pro regum multitudine.

CAPVT VII.

De Patriarcha Hebere, de vrbibus Hebron, & Tani ab eo conditis. De legitimis eorum nominibus.



RAEDICTAE terrarum diuisionis occasione nonnulla occurrunt dicenda de sanctissimo Patriarcha Hebere Arphaxadi nepote, quem illustrissimum maximique nominis virum extitisse, vel ex hoc facilè deducitur, quòd (iuxta communem sententiam) toti Abrahamiticæ, seu Iudæorum genti nomen dederit Hebræorum. Sed pauca admodum scripturæ loca reperiuntur, quæ ad illius commendationẽ faciant. Vnicus est textus, ex quo S. Hieronymus[a], post Hebræos[b], colligit fuisse prophetam; nempe, ex eo quod dicitur, *Natique sunt Heber filij duo: nomen vni Phaleg, eo quod in diebus eius diuisa sit terra*[c]. Ratio eorum est: *Quoniam afflatu Spiritus sancti filium suum Phaleg nominauit, à futura scilicet, diuisione in fine vitæ eius*. Sed error eorum est, quia diuisionem terræ vel gentium cum linguarum confusione vel dispersione gentium confundentes, putant illam non nisi in fine vitæ Phaleg factam fuisse, quod antea[d] refutauimus. Idem, quod ipsi colligere videtur S. Chrysostomus[e]. Et S. Epiphanius vocat Heberem pium ac religiosum: & optimè, cùm omnium filiorum Dei ac religiosorum prophetarum pater fuerit ac moderator, vt postea[f] videbimus. Quod quidem officium ab isto præsertim terræ diuisionis tempore exercuit in regione, quæ postea Moabitarum dicta est, in qua sunt montes Habarim legitimè autem Hibrim, id est, Hebræorum. Et quia istius viri discipuli longè latéque diffundebantur per dictam Moabitarum regionem, nec non per eam, quæ Philistinorum nomen habuit: hanc legitimam causam esse putò, quòd incolæ regionis, in qua Ierusalem includitur, Hebræi sunt appellati.

Hebræi cur ita vocati.

a in quæst. Hebr.
b in Seder Olam.
c Gen. 10. 25.
d Cap. 5.
e Hom. 30 in Gen.
f Cap. 9.

Alia autem huius viri eminentia patet in hoc, quòd duarum insignium ciuitatum, Hebronis videlicet, & Tanis conditor.

Digitized by Google

 A

extiterit, idque sexto circiter post terræ diuisionem anno. Quod non obscurè colligitur ex iis quæ de exploratoribus à Moyse missis in terram Chanaan sic scripta leguntur: *Ascenderuntque ad meridiem, & venerunt in Hebron vbi erant Achimam & Sisai, & Tholmai filij Enac. Nam Hebron septem annis ante Tanim vrbem Ægypti condita est*[a]. Sic enim distinctè exprimendo ciuitatis illius antiquitatem, & conferendo cum illa quæ ædificata fuit in Ægypto, satis apertè indicat Hebron (quæ Heberis nomen habet vt videbimus) ab illo prius fundatam, conditámque fuisse: vel etiam indigitat, Heberem duas vrbes ædificasse, Hebron & Tanim. Ad quid enim diceretur, Hebron septem annis ante Tanim Ægypti conditam fuisse, nisi auctor libri, qui vtriusque ciuitatis conditorem vnum & eundem esse nouerat, minimè de conditore contendēs, solùm, quæ altera fuerit antiquior voluit, ostendere? Quasi diceret, vrbs Ægypti, quæ dicitur Tanis, à Titanibus quidem primò fuit condita: sed adhuc septem annis antiquior fuit ciuitas Hebron: quam Hèber vnus ex Titanibus ædificauit, ac, de more, suo nomine donauit. B

Heber conditor fuit ciuitatum Hebron & Tanis.

a Num. 13. 23.

Tanis est vrbs Ægypti celeberrima, Taphnis à Ieremia[b] dicta: in qua Moyses coram Pharaone multa signa fecit, vt habetur in Psalmis[c]. Ex vtriusque autem prophetæ verbis elicitur, atque Hieronymus[d] docet, in illa tunc fuisse regiam Pharaonis: quam ferè omnes expositores consentiunt à Titanibus ortum & nomen accepisse. Pro cuius ampliori declaratione sciendum est, ideo filios, nepotésque Noë à nomine Græco πτὰν quòd est Sol, appellari Titanes, quasi Solares, eo quod Noë, qui Armenios cursum Solis, & astrorum docuerat, ab eis *Olybama*, id est, Cœlum, & *Arga*, id est, Sol, & inde à Græcis ὑρανὸς & πτὰν, dictus est. Similiter filius eius Sem eo quòd primos post diluuium terræ Chanaan incolas Astrologiam perfectè docuerit, astrum Solis ab illius nomine Hebraice Semes est appellatum Græcè verò Titan: sicut postea idem sidus à mirabili Heliæ raptu ἥλιος nomen accepit, vt ait Chrysostomus: idem dicendum de abnepote eius Hebere, quem illum ex septem Titanibus esse censeo, qui apud Diodorum Siculum corruptè dicitur Hyperon vel Hyperion, qui Solis & Lunæ stellarumque motus obseruasse ac demonstrasse primus C D

b Cap 2.16. 43.7. & 9.
c Psal. 77. 12. & 35.
d in cap 30. Esaiæ.

Vrbs Tanis à Titanibus condita.

Titanes sunt filij & nepotes Noe.

Digitized by Google

A fertur. Nempe apud Ægyptios, à quibus Phœnices, & ab istis Græci ista acceperunt: quem ideò Solis parentem vocant. Itaque, Titanes dicuntur non solùm, qui à Noë, vel filio eius Sem, sed etiam qui ab Hyperon, id est, Hebere ducunt originem. Vnde nihil mirum, si vrbs ab ipso in Ægypto condita vel in honorem Patriarchæ Noë, vel potiùs in honorem abaui Sem, sicut aliæ multæ in Chanaanitide vocata sit Hebraicè Bethsemes, Græcè Heliopolis, æquiualenti, sed abbreuiato vocabulo Tanis pro Titanis, id est, Ciuitas Solis. Quæ & ab ipso Hebere vocata (credo) est Auaris, quasi Heberis: quam B Iosephus [a], satis frequens in corrumpendis nominibus, pro Tanis, vel Titanis appellat Tiphonis quasi, sicut Ieremias, Taphnis.

a lib. 1. côtr. Apionem.

Confirmantur omnino, quæ diximus, si præsupponamus multa simul cum litteris ab Ægyptijs per Phœnices & Græcos deriuasse mysteria, quæ vt sub signis hieroglyphicis, ita & sub fabulis abscondere profitebantur. Inter quæ lector curiosus facilè comperiet totum Exodi principium de Hebræorum prole masculina à Pharaone crudeliter occisa, ne à regno ab ipsis expelleretur, de Moysis cum Magis longo per signa conflictu, C de Hebræorum ex Ægypto fugatione, & de Regis cum exercitu in mare rubrum demersione. Nempe sub fabula Saturni suos ex Ope filios deuorantis: sicut enim per Cœlum, Noë, & per Titan, Sem & Heberem, per Titanes autem eorum proles intelligitur; ita Saturni nomine Cham, Misraim aliique in regno Ægypti successores denotantur: Opis verò est terra Ægypti, quæ multos vtriusque sexus Saturno peperit Hebræos, qui tanquam filij eius, erant ei subditi. Timens autem Saturnus (id est Cham qui virilia patris Noë amputauit vt vidimus [b]) ne in Titanibus, id est, Hebræis, frater eius Titan, qui major D est, Titanis patris, id est, Noë totius orbis principis regnum Ægypti velit habere: Titanis, hoc est, Hebræorum, prolem masculinam deuorat, id est, crudeliter necat & interimit. Et licet mater eorum Opis, vel ipsæ etiam obstetrices Ægyptiacæ, multos ex eis occultent Saturno masculos, ne eos deuoret, solasque ei ostendat fœminas: vnus inter alios à matre seruatur Neptunus Deus aquarum, id est, Moyses (*abstractus*, de sub aquis) & mari rubro imperaturus. Titan autem (id est, Sem,

Historia libri Exodi côtinetur sub fabula de Titanibus.

b Cap. 2.

Digitized by Google

aut Heber, pro Deo habitus) detecta tandem fraude, cùm resciuisset fratri Saturno prolem masculam, & sic suos regni successione pulsos esse, cum filiis Titanibus, id est, Hebræis, bellum aduersus Saturnum excitat, per exercitum fugientium ex Ægypto sub duce Moyse, illumque & Opem sororem, regem & contribules Ægyptios captos muro includit: nempe, inter vndas maris rubri, quod ad instar muri erat eis à dextris, & à sinistris [a], à quo tandem suffocati fuerunt. Et id totum quia promisso non stetissent (vt fert fabula) id est, quia legem & fœdus, quod per Heberem cum Deo fecerant in principio [b], non seruassent, sed in multis violassent. Ex qua sic leuissimè exposita fabula colligitur, Heberem primum ex Titanibus fuisse in Ægypto, qui ortum legesque vrbi Tani Ægyptiacæ dederit: ob quarum infractionem ipsi postea incolæ cum suo Rege in mari suffocati sint. B

a Exod. 14. 22. 29.

b infra c. 15.

Præterea, dum video apud Paulum [c], vnum ex illis Magis, qui *in campo Taneos* [d], vt ait Dauid, hoc est prope, vel ante ciuitatem Tanim restiterunt Moysi, Mambres [e] appellari, quo item nomine nuncupatur vallis seu quercetum vrbis Hebronis proximum velut à quodam primo illius principe, qui sic vocabatur; arbitror istum Mambrem præcipuum ex Heberis fuisse discipulis, qui tam in Tani Ægyptiaca, quàm in Hebron Palæstina post magistrum, vel cum eo floruerit. Cuius successores potius nomen honorificum, quàm doctrinæ puritatem seruauerint. De quibus sic apud Eusebium [f], loquitur Numenius Pythagoræus: *Deinceps verò Iannes & Iambres* (pro Mambres) *Ægyptij sacrorum scribæ nihilominus Moyse magicas artes calluisse iudicati sunt sub Iudæorum ex Ægypto eiectionem. Moyse igitur Iudæorum ductore viro precibus apud Deum potentissimo: hi à multitudine Ægyptiorum digni habiti sunt, qui ei quasi antagonistæ componerentur.* C D

c 1. Timot. 3. 8.

d Psal. 77. 12. & 33.

e Genes. 14. 13. 24.

f De pr. Euang. lib. 9. cap. 3.

Insuper, quod ex fabula, & ex nomine Hyperon collegimus Heberem prima in hac vrbe Ægyptiis religionis rudimenta dedisse, videtur exponi his apud Iosephum [g] verbis: *Qui politiam & leges exhibuit Ægyptiis sacerdos erat genere Heliopolites, nomine Orsasiphus vocatus ab appellatione Oriseos Heliopolitani Dei; & mutato nomine dictus est postea Moses.* Hîc sanè sub mendosis fabulosisque verbis perantiqua latet veritas, quæ facilè

g lib. 1. cõtr. Apionem.

capitur

A capitur si prò Oriseos legamus Osiris, qui est Sol, Deus Heliopolitanus, aliàs Hyperon (id est, Heber) dictus. Tres ergo fuerunt Aegyptiorum magistri: primus fuit Heber sacerdos Heliopolites, quia conditor & pater Heliopolis, ex sacerdote Sem trahens originem: secundus fuit Orsasiphus, vel potius Osiriphus ab Osiride sic vocatus, sed legitime Iosephus: cui postea successit Moyses, non per solius nominis, sed etiam personæ mutationem: sic prædicta verba veniunt intelligenda, quibus colligitur primum Aegyptiorum magistrum fuisse Heberem.

B Quod confirmatur ex eo quod licet post Heberem ab Abraham tam famoso viro instructi sint, vt videbimus[a]: Heberis tamen primi eorum doctoris nomen retinuerunt; ac deinceps longe ante aduẽtum patriarchæ Iacob in Aegyptum Hebræorum nomen & institutum notum erat Aegyptiis, etiam mulierculis, vt patet ex Putipharis vxore, quæ seruum suum Ioseph vocabat Hebræum[b]. Nec aliter plebeij passim vocitabant Israelitas[c]: vt iam facile pateat (quod falsè ponderat R. P. Salianus[d]) quid apud Philonem[e], cùm de primis Moysis præceptoribus loquitur, velint ista verba οἱ δ' ἐκ τῶν πλησιοχώρων
C τά τε ἀσσύρια γράμματα, *Ex propinquis seu vicinis accolis Assyrij suas litteras* docebant; & paulò antè, οἱ μὲν ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων καὶ κατ' Αἴγυπτον νομῶν αὐτοκέλευστοι, *accesserunt aliunde præceptores quidam ex proximis Aegypti pascuis sponte venientes.* Quænam ista pascua, quæ vicina loca? ait Salianus, quinam hi præceptores spontanei, qui iniussi ad docendum se offerant? Id Chaldæis in Asia vlteriore degentibus ægerrimè conuenire quis non videt? Hos itaque vicinos ausim ego suspicari ipsos Hebræos incolas terræ Gessen, quæ tota alendis pecoribus idonea erat, & pascuis abundabat[e], eosdemque non Hebraicarum
D tantùm, sed etiam Chaldaicarum literarum peritos & Assyriarum; quandoquidem ex Chaldæa Assyriis vicina oriundi erant, sic Salianus. Ego autem nullos alios spontaneos ac proximos Moysis præceptores arbitror, ac terræ Gessen incolas, quàm doctissimos quosdam Heberis instituti viros in pura eius ibi doctrina adhuc manentes, quam ibidem paulatim nonnulli ex eis, vt Iannes & Mambres, multis superstitionibus contaminarunt. Ibi Abraham antea per quadriennium moratus[f], sibi

a lib. 3. c. 4.
b Genes. 39. 14. 17.
c Gen. 40. 15. 41. 12. 43. 32. Exod. 1. 15. 16. 19. 2. 6. 7. 11. & alib.
d de vita Moysis lib. 1 post principium.
e Gen. 47. 6.
f infra lib. 3. cap. 2.

a Gen.12.16 facilè comparauit, *oues, & boues, & asinos, & seruos, & familias* (discipulorum) *& ancillas, & asinas, & camelos* [a] postquam vrgente fame perrexit ex terra Chanaan in Ægyptum. Ibi facilè cum proximis Heliopolitanis sapientibus conferens & doctoris officium exercuit, & qui antea Magus dicebatur, primò Hebræi nomine cœpit appellari: ideóque à Rege cum honore dimissus multifariam benefactum est ei præsertim propter vxorem suam, nec non propter cognationem Heberis adhuc viuentis, vitæque tunc 309. annum agentis, qui nunc ibi, nunc in Hebron, nunc in Bethabara versabatur. Vnde nihil mirum, si vna ex vrbibus regionis Gessen à Septuaginta vocata est Vrbs Heroüm [b]: sícque Iosephi historici [c] temporibus dicebatur, primos illius incolas fuisse pastores.

Abrahã vbi & quando primò dictus est Hebræus.

b Exod.1.1.

c lib.1.contra Apioné.

Inter alia autem quæ à priscis illis pastoribus, & præsertim ab Hebere didicerunt Aegyptij, fuit, (vt censeo) sacrificium Melchisedechianum: cuius specimen aliquod videre est apud Clementem Alexand. [d] qui postquam multas ceremonias Aegyptiorum describit, subdit: *Post omnes exit Propheta, qui in sinu apertè gestat hydriam, quem sequuntur, qui emissos panes portant.* Deinde explicat quisnam sit ille propheta: *Is*, inquit, *vt qui sit sacrorum præfectus, ediscit libros decem*, &c. Denique istorum Hebræorum priscorúmque regionis Gessen incolarum successores arbitror fuisse pastores, quos (non enim omnes oderant pastores cùm & illis vterentur [e]) paulatim in idololatriam lapsi Agyptij tanquam hostes & inimicos abhorruerunt, vt habetur in Genesi [f]. Certè ibi Abram rem pastoritiam exercuisse ex nuper citato loco conijcitur: quod & de discipulis Heberis cogitare congruum est. Et tandem eadem regio Ramesses data est à Pharaone Iacob., & filijs qui *erant pastores ouium* [g]; Deo ita disponente: vt sicut Abraham, vrgente fame, veniens in Aegyptum ibi, tam in sua persona, quàm in suo spirituali semine, hoc est, discipulis Hebræis, inceperat habitare in terra aliena: ita nepos eius Iacob cum tota sua familia ad idem regnum, eamdémque regionem & vrbem, premente quoque fame, veniens ex terra Chanaan ibi inchoatam ab auo peregrinationem, iuxta præfixum à Deo 400. annorum

d lib.6.stromat.

e Gen.47.3. & 4.

f Cap.46 34

g Gen.47.3. 4.

Digitized by Google

tempus [a] adimpleret. Et hæc de vrbe Tani. a Gen. 15. 13. Act. 7. 6.

Altera ciuitas ab eodem Hebere circa hoc terræ & gentium diuisionis tempus condita, fuit Hebron. Nam Iosephus (qui conditæ Ierusalem, & æmulatricis olim eius Hebron ex vera traditione non ignorabat annos, istius præsertim, cuius tempus scriptura [b] indigitat) scribit ab Hebron condita vsque ad sua tempora 2300. annos fuisse decursos. Quod facilè est ostendere, si ablatis annis secundi Cainan, & præsupposito quod Abraham natus est anno patris 70. & B præterea, primam Olympiadem incœpisse anno primo regni Ioatham, vt tenet & probat Salianus [c]. Nam Iosephus libro de bello Iudaico (quos se Vespasiano & Tito Imperatoribus obtulisse scribit) non nisi confecto dicto bello perficere potuit. Quod quidem finitum est Olympiade 212. quæ conficiebat annos 848. attingens annum mundi 4059. à qua summa si demas 2300. annos retro gradiendo deuenies ad annum mundi 1759. diluuij 103. Heberis 36. secundo autem à diuisione gentium. En quàm congruè dixerit Iosephus ciuitatem Hebron conditam fuisse 2300. annos ante sua tempora. Sed iam de legitimis eius nominibus agendum est, & maximè de illo quo nuncupatur Cariatharbe. C

b Num. 13. 23.

c Anno m. 3178. n. 5.

Ad quod in primis ex Hebræorum arcanis considerandum est, tribus modis loca virorum illustrium passim in Scriptura nominationem accepisse. Nam si habitatores vel primi ædificatores alicuius loci, vrbis, vel oppidi aliquem ex Raphaim iam vita functum in Baalem, id est, in patronum aut tutelarem elegissent, nomini proprio illius viri nomen Baal præponentes ex duobus vnum conficiebant: & sic locum illum vocabant Baal-Semes, Baal-Gad, Baal-Meon, Baal-Thamar, &c. Si verò ille vir illustris, dum viueret, illud oppidum aut locum diligebat, aut frequentare solebat, proprio eius nomine nomẽ Beth (quod generaliter domum importat) restringebant ac determinabant, appellando eum Beth-Semes, Beth-Thaphra, Beth-Sur, Beth-Zera, &c. eo modo quo nos facimus per hoc nomen *ville*, Francon-uille, Martin-uille, Flexanuille, &c. & Germani per istud *Bourg*, vt Stras-bourg, Luxembourg &c. D

Loca apud Hebræos tripliciter nominata.

Si quis autem illius loci fundator, aut dominus, aut pri-

Digitized by Google

 A

mus conditor esset: duas præsertim voces *hir* & *Cariath*, quæ ciuitatem significant, proprio nomini præponebant, vt Hir-Semes, Cariath Semes, Cariath-aa, Cariath-Sema, &c. Generalius quoque dici potest, tres dictos loca nominandi modos vsurpari, quoties locus maximam aliquam habet relationem cum illa re vel viro per cuius nomen restringitur. Quòd lector curiosus per se facilè percipere poterit.

Quod ad rem præsentem attinet, duo inuenio loca nomine Heberis insignita: quorum primus est בית עברה *Bethghabarah*, leuius autem Bethabara (vt multi ac meliores au- B
a Cap. 1. 28. *Bethabara est domus Heberis, & locus in quo olim habitabat.*
ctores legunt apud Ioannem [a]) hoc est, *domus Heberis*, non autem *domus transitus* (licet & hoc significet) vt multi existimant, eo quod Israëlitæ ex Ægypto redeuntes, & terram eis promissam ingredientes in hoc loco Iordanem traiecerunt. Cùm autem locus iste fuerit in deserto prope Iordanem, & illemet in quo postea *erat Ioannes baptizans*, & in quo Christum ipsum baptizauit, non longè ab eo, qui propter Christi Ieiunium vocatur Quarentana, nec ab eo in qua Abraham ex Haran per Sichem veniens secundum fixit in terra Chanaan tabernaculum,
b lib. 1 cap. 16.
& vbi Cinæi religiosi habuerunt sua tabernacula, vt vidimus [b]: C
non malè me arbitrari censeo ab Heberis temporibus locum iam fuisse solitudini dedicatum: in quo sanctissimus ille Cinæorum archimandrita (qui deinceps ab eo nominati sunt Hebræi) vel ad docendum, vel etiam ad orandum se recipere ac recolligere solebat, vel in quo suæ mansionis cœnobium elegerat: & ob hanc causam hunc locum dictum fuisse *Bethabara*, hoc est, *domum Heberis*. Cuius rei signum est, quod non longè ab isto loco erant הָרֵי הָעֲבָרִים *Hare haghabarim*, id est,
c Num. 21. 11. 27. 12. & 33. 47. & 48. *Mõtes Abarim sunt montes Hebræorum.*
montes abarim [c] vel, vt puto legendum הָרֵי הָעִבְרִים *Hare haghibrim*, id est, montes Hebræorum: in quibus videlicet habitabant, sanctissiméque viuebant filij, hoc est, discipuli Heber. D

d Num. 24. 21.
Et sanè isti sunt, quos Balaam sub nomine Cinæorum de cacumine montis Phasga contemplatus, benedixit [d]: isti sunt, inquam, qui pro sua sanctitate huius Heberis tempore dicebantur אֵמִים *Emim*, id est, *reuerendi*, de stirpe Enacim, id est, Torquatorum, ab ipso Hebere institutorum, vt mox vide-

Digitized by Google

A bimus: sicut ab eodẽ nomen accepit vrbs dicta ארבע *Arbagh*, seu Arba: sed inuersis literis legitimum nomen est עִבְרָא *Ghebera*, quasi dicas *Hebræa*. Proinde de Hebere primisque eius discipulis intelligendum est illud: *Non pugnes contra Moabitas, nec ineas contra eos prælium: quia non dabo tibi de terra eius hæreditatem, quia filijs Loth dedi Har hæreditatem. Emim antea habitabant in ea populus magnus, & multus, & excelsus sicut Enachim, Moabitæ vocabant eos Emim* [a]. Vides primos regionis Moabiticæ post terræ diui-
B sionem habitatores, vel inter illius incolas, cœnobitas fuisse Hebræos, ita dictos ab Hebere. Cuius filium Phaleg, vt sanctum prophetam, ibi post mortem de more pro Baale primò & legitimè cultum, postea fornicariè pro Deo habitum, & pro *Baal Phaleg.* corrupto nomine (in ר pro ל) Belphegor vocatum fuisse credere congruum est, ideoque Deum Beelphegor non eundem esse cum Moloch: sed tantùm differre ab inuicem quantùm Melech (qui est Sem) à Phaleg. Vides etiam nomina עֵבֶר *Gheber*, seu Heber, & עִבְרִים *Ghibrim*, id est, Hebræorum, magnam passa
C esse alterationem. Ita vt mirum nullatenus sit, si locus solitudinis Heber, qui legitimè ab eo dicebatur בֵּית-עִבְרָה *Beth-Ghebara*, leniùs autem *Bethabara*, maximam quoque incurrerit corruptionem, vt & Betharaba [b], & Beth-bera [c], imò & Bethania [d], alienè prorsus vocatus sit.

a Deut. 2. 9. & 10.

b Iof. 15. 6. 61 & 18. 22.
c Iof. 7. 24.
d Ioan. 1. 28.

Alter locus Heberis nomen habens in sua compositione, est קִרְיַת אַרְבַּע *Kirjath, arbagh* vulgò, & leuiùs *Cariatharbe.* Quod si inuertas, germana erit lectio קִרְיַת עִבְרָא *Kirjath ghebera*, molliùs autem Cariath-Heber, hoc est, *ciuitas*
D *Heberis*: vel etiam, iuxta vim prioris vocis *Ghebera*, cum signo generis fœminini א, *ciuitas Hebræa*, quippe quæ præcipua sedes esset Heberis & discipulorum eius: quæ ideo postea cum eiusdem vigoris littera ן nun finali, simplici nomine dicta est חֶבְרוֹן *Hhebron*, mutata etiam grauis aspirationis gutturali ע in aliam eiusdem motionis ח. Ergo & istud vocabulum, vt prædicta, & alia multa, alterationem sustinuit. Quam &

Cariatharbe est Cariath Heber, id est, ciuitas Heberis.

Digitized by Google

a Epist. 101. b Præfat. 1. in lib. Paralip.


Hieronymus [a] agnouit dicens *Abraham sepultum esse in Hebron, quæ corruptè dicitur Arboch.* Quod alibi [b], dicit euenire *scriptorum culpa ad scribendum, dum de emendatis inemendata scriptitant, & sæpe tria nomina subtractis è medio syllabis in vnum vocabulum cogunt.*

c Iosu. 14. 15.

Quod autem Cariatharbe non solùm nomen, sed & originem ab Heber acceperit, facilè colligitur, ex iam dictis atque ex his scripturæ verbis [c], *Nomen autẽ Hebronis olim fuerat Cariatharbe*: antiquitatem enim eius indicant, & cum primi conditoris eius nomine iungunt. Sed adhuc apertiùs ex alio textu Numerorum, quem paulò ante citatum dilucidauimus. Et B hæc de duabus ciuitatibus quas ædificauit Heber: in quibus tanti viri cum nomine claritas enituit.

Capvt VIII.

De prima Enacim, id est Torquatorum institutione facta ab Hebere, & an ossa patris Adæ sepulta sint in ciuitate Hebron. C



Præter duo iam dicta tertium aliud est, quo insignis Patriarchæ Heberis celsitudo monstratur, nempe institutus ab eo Enacim, id est Torquatorum nobilissimus & illustrissimus ordo, vt apertè probant ista verba: *Caleb filio Iephone* (id est, qui erat ex discipulis Iapheth, vt paulò post videbitur) *dedit* (Iosue) *partem in medio filiorum Iuda, sicut præceperat ei Dominus, Cariath-arbe patris Enac, ipsa est Hebron* [a]. Item postea [b], eadem ciuitas vocabatur *Cariath-arbe patris Enac quæ vocatur Hebron in monte Iuda.* Ac si diceret, Ciuitas Heberis, qui est pater D Enac. Ego autem ab illis sum, qui dictionem ענק *Ghanah* non singularem quendam hominem, sed torquem significare dicunt. Ideo quod in libro Iosue Arbe dicitur esse *pater Enak*, in eo sumo sensu, quo Iabel vocatur *pater*, id est, primus auctor, vel inuentor, adeóque caput & princeps *habitantium in tentorijs atque pastorum, & Iubal pater canentium cithara*

a Iosu. 15. 13. b Ibid. cap. 21. 11.

A *& organo* [a]. Ita vt Arbe primus inter principes fuerit, qui viros insignes & honore dignos torque donauerit. Vnde patet legitimus horum verborum sensus, *Nomen Hebron vocabatur Chariath-arbe Adam maximus ibi inter Enacim situs est* [b]. Non vt multi intellexerunt, quasi Adam primus homo monstrosæ proceritatis fuerit, & sepultus in Hebron: sed sumendo nomen Adam appellatiuè, si textus ita vertatur, *Nomen autem Hebron olim fuerat Cariath-Heber: is fuit homo inter Torquatos maximus.* Quippe qui pater fuit Enac, id est, torquis, seu Torquatorum B primus institutor, non autem Abram, vt aliquando putauimus. Ista autem institutio contigit circa prima vrbis Hebronis conditæ principia. Nimirum, cùm maximam tunc haberet discipulorum multitudinem: quosdam elegit ex nobilioribus, quos aliis præfecit, & in signum alicuius eminentiæ, torque, vel etiã annulo, ac candida veste donauit. Qualiter postea Rex Pharao Iosephum ornauit [c]. Vtique iuxta ritum ab Hebere Aegyptiorum Rapha vsque ad illa tempora dimanatum: nempe ab anno Heberis circiter 48. mundi verò 1771. & septimo ab vrbe Hebron condita, vsque ad annum mundi circiter 2229. videlicet à 458. circiter annis.

a Genes. 4. 42.

b Iosue. 14. 15.

c Gen. 41. 42.

C Porrò in ista ciuitate tres viros, qui Torquatorum congregationis præcipui & velut capita essent, sedémque tenerent, tunc ab Hebere constitutos fuisse inde colligitur; quod anno Abrahæ 82. tres illi viri Hebronitæ, quibuscum Abraham pepigit fœdus [d], tanquam cum præcipuis Hebræorum, etiam Hebere adhuc superstite, & tunc annorum 314. existente, vocabantur *Mambre, Escol, & Aner.* Posterioribus autem Moysis & Iosue temporibus tres alij erant qui nominabantur *Achimam, Sisai, & Tholmai filij Enach* [e]. Hos cum Moysis exploratores inuenissent in Hebron & alios multos ex plebe fideles: de istis qui- D dem ita referunt [f], *Omnis populus quem vidimus in medio eius* (id est, de communi plebe) *viri mensurarum* (id est, valde proceres) *& ibi vidimus Nephilim*: id est, quidam ex eis adhuc seruabant antiquos Nephilinorum ritus, vt ante diluuium. Cùm autem loquuntur de principibus præsertim Hebronitis, aiunt: *Vidimus filios Enac ex Nephilim*: nempe, qui priscam quoque Nephilinorum religionem adhuc seruare videntur. De quorum ruina sic etiam loquitur Scriptura. *Deleuítque ex ea* (Caria-

d Gen. 14. 13.

e Iosue. 15. 14. Iudic. 1. 10.

d Num. 13. 29. 30.

Digitized by Google

tharbe) *Caleb tres filios Enac, Sisai & Ahiman & Tholmai de stirpe Enac*[a]. Quod idem repetitur in principio libri Iudicum[b]: Denique eadem phrasi & modo isti vocantur filij Enac vel de stirpe Enac, quo à Recheb, id est, curru Eliæ similis instituti viri dicentur postea filij Rechab & stirps Rechab: quo etiam pacto qui dicuntur Raphaim, vocantur quoque *nati Raphah*.

a Ios. 15. 14.
b cap. 1. 20.

Quia verò isti Torquati corpus mysticum & congregationem conficiebant, sicut apud nos *Equites templi*, exploratores vocant illam *stirpem Enac*, dicentes, *stirpem Enac vidimus ibi*: quæ scilicet non propagatione carnali, sed instituti ac societatis B obseruantia ad Moysis vsque tempora in illa ciuitate inter gentiles perseuerabat. Quo sensu de Rechabitis sumenda non dubito ista Dei apud Ieremiam[c] verba: *Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Recab stans in conspectu meo cunctis diebus*: sicut ampliùs postea[d] declarabitur.

c ca. 35 vlt.
d lib. 3. c. 16.

Achunam, Sisai, & Tholmai erãt ex Torquatis fidelibus.

In illis autem exploratorum verbis nominum propriorum expressio manifestè indicat eorum familiarem, & liberam cum Torquatis illis Hebronitis conuersationem, quam cum aliis terræ incolis sine euidenti vitæ periculo habuisse non poterãt. Nimirum, quia eiusdem erant religionis. Quibus etiam ex- C ploratores spem fecisse potuerant, quòd in proximo Israëlitæ illuc venturi erant ad possidendam terram, quam Deus Abrahæ & semini eius promiserat. Cur ergo, dices, voluit Deus illos ab Israëlitis occidi penitúsque deleri, cùm prohibuerit iisdem filiis Israël ne Moabitis & Idumæis vllam inferrent molestiam[e], ob id potissimum quod illi ex Loth, isti verò ex Esau essent oriundi? Respondetur: iustissimo id factum fuisse iudicio: quia cùm à sanctissimis viris ac Prophetis Hebere & Abrahamo, nec non ab primis illis Torquatis sanctam doctrinam accepissent & illam turpissimis criminibus & flagitiis obscuD rassent, cum pessimis Amorrhæis inuolui grauioresque pœnas dare, meruerunt. Exempli gratia, circa regionem Hebron fuerunt postea Philistæi: inter quos erant *filij* הָרָפָא *Rapha*[f], quod nomine societatem Raphaim nuncupari me putare iam dixi[g], & filios Rapha, seu Harapha, eosdem esse ac filios Enac, id est, Torquatos istos: ex quibus fuerunt Iesbi benob, Sobochia, Goliath, & frater eius, & non alius, *homo longissimus senos habens digitos*: qui omnes erant equites, magnæque molis homines,

e Deut. 2.
Cur Deus illos ab Israelitis occidi permisit.

f 2. Reg. 21. 16. 18. 20. 22
1. Paral. 20. 4
g lib. 1 c. 10 & lib. 3 c. 2.

Digitized by Google

A homines, sed tunc infideles [a]. Iam igitur euanescant tot dubia quæ ab Andrea Masio [b] mouentur de Enac, de Arbe, déque tribus dictis viris. vtpotè, cur in libro Iosue de istorum exterminatione narratio fiat, quæ contigit post Iosue obitum? An Arbe fuerit pater illius viri, qui dicitur Enac, & istius filij Achiman, Sisai, & Tholmai? aut potiùs (vt suspicatur) Arbe istorum trium virorum parens, Enac verò vniuersi istius hominum generis primus auctor? Cesset vetus illa acceptio nominum Raphaim, Nephilim, Enacim, & similium pro monstrosæ molis corporeæ viris: quorum veræ significationis igno-
B rantia tam multis scripturæ locis attulit obscuritatem. Congruentius atque verisimilius multò est, vt teneamus *Enacim*, seu *filios Enac* significare *Torquatos*: quorum pater, id est, primus inter fideles, seu Nephilim, fuit institutor Heber, cùm esset in illa vrbe, quæ ab illo postea dicta est, Cariath-Heber.

Cesset denique illa æquè frigida ac Rabbinica huius vocis *Arbe* etymologia, quam ita refert Masius [c], ex Beresith Rabba, Hebræorum commentario. *Scriptum*, ait, *illic est, ideo ab Arba, id est, quatuor, nomen isti vrbi esse, quia priscis sæculis quatuor illic pij viri* (nota pios Dei viros) *habitauerunt, Auer, Escol, Mambre,*
C *& Abraham, ijdemque illic sint circumcisi. Quatuor item matronæ celeberrimæ famæ ibi sepultæ, Ena, Sara, Rebecca, Lia; & quatuor patriarchæ quoque, Adam, Abraham, Isaac & Iacob.* Explodenda inquam est ista deriuatio. Nam si Arbe à quatuor viris aut personis ibi sepultis nomen habuit, ab illorum numero excludendæ sunt Isaac, Iacob, Rebecca & Lia, quarum sepultura hoc nomine posteriores sunt: vt optimè considerat Salianus [d]. Cesset præterea illa tam malè petita ex ante citatis libri Iosue verbis opinio; Adam primum hominem formatum fuisse, noménque accepisse ex quadam Adama, id est, terra rubra, quæ erat
D in quodam agro iuxta Hebron, qui dicebatur Damascus, vbi sit vallis lacrymarũ, in qua Adam 100. annis plorauit mortem Abelis: ibique mortuus sepultus est. Longè alius est dictorum verborum sensus. Multò verò tutior est plurimorum antiquorum patrum sententia, qui omnes magno consensu sepulchrum Adæ Ierosolymis, atque adeo in ipso Caluariæ monte constituunt. Nempe Tertullianus [e], Cyprianus [f], Origenes [g], Basilius [h], Epiphanius [i], Athanasius [l], Ambrosius [m], Augustinus [n],

a 1. Reg. 11. 16.
b in Iosue cap. 15.
c in Iosue c. 14. 15.
d An. mūdi 2117. n. 4.
e in carmine contra Marcionē.
Adā sepultus in monte Caluaria.
f De resur. Christi.
g Tract. 35. in Matth.
h in c. 5. Esa.
i in Ancor.
l in fragmēto de Christi passione.
m in c. 23. Lucæ.
n Serm. 71. de temp.

 A

a Epist. 17. ad Marcel.
b in cap. 27. Matth. 15. Marc. 23. Luc. & 19. Ioan.
c in cap. 27. Matth.
d An. Christi 34.
e lib. 7. in Gen. n. 116.
f An m. 930.
g An. mũdi 930. n. 9.
h lib. de paradiso.
i in Esa. p. 1. c 2. & 14.
l lib. 2. c. 10.

Hieronymus[a] (licet alibi in aliam pronior sit sententiam) Theophylactus[b] Euthymius[c]: & ex recentioribus Baronius[d], Pererius[e], Torniellus[f], & Salianus[g]: quibus toto corde subscribo.

Pro cuius sententiæ confirmatione, rei declaratione, & multorum à nobis ante dictorum elucidatione, ac probatione, placet adducere quæ habet Moses Bar-cepha Syrus[h] *Athanasius, inquit, & Cyrillus[i] inter alia scribunt habitationem primam post Paradisum fuisse Adamo in Iudæa* (latè sumendo Iudæam vsque ad Cœlesyriam & Damascum, de quo supra[l]) *Præterea ipsum posteaquam per plurimas regiones vagatus, in alijs atque alijs habitasset locis, tandem sub vitæ finem venisse in montem Iebus, ibique sepultum esse. Certum est autem Iebus esse Hierusalem. Et verò Dominus Iacobus Orrohaïta* (siue Edessenus, scriptor apud Syros cũ primis nobilis, & magni Ephraimi olim doctor, vt scribit Masius, qui hunc Bar-cepham in latinum vertit) *tradit etiam Noë illic habitasse, atque in regione Sodomorum plantasse illas cedros ex quibus arcam construxit. Quam arcam cùm esset vna cum liberis suis conscensurus impendente diluuio, secum in eam intulisse ossa Adami; eaque deinde post diluuium Arca egressum suis filiis distribuisse, prout orbem terrarum inter illos habitandum partiebatur. Verbi gratia Caluariam* C *Adami dedisse primogenito suo Sem, & terram assignasse ei Iudæam* (nempe, Semi personæ Iebusæorum regionem, Aram autem filio eius Cælesyriam, quæ est Iudæa largè sumpta, de qua antea[m]) *atque ita posteritatem Semi* (vel ipsummet Sem) *cùm in Iudæam* (& Iebus) *seu suam hæreditatem venisset; illam Adæ Caluariam, quæ sibi de illius ossibus ex paterna distributione obuenerat, in Adæ sepulchro, quod alioqui iam tum illuc extabat reposuisse.*

m lib. 2. c 10

Adæ & Euæ ossa non in Hebron sed in Ierusalem sepulta sunt.

Nomen igitur *Arbe*, id est, quatuor, minimè primorum parentum Adæ & Euæ personas complectitur: cùm eorum corpora, vel ossa in Chariatharbe, seu Hebron sepulta non fuerint, sed in Ierusalem. Quod si ita est, & si Noë non solius Adæ D & Euæ, sed aliorum etiam primorum, sanctissimorúmque Patriarcharum Sethi, Enos, Cainan, Malaleel, &c. in arca seruasset reliquias, quibus inter filios distributis, integrum Adæ Sceletum Semo contigisset, in eodem quo priùs fuerat sepulchro reponendum: facilè est, vt postea Heber, ex Ierosolymis, in Hebron pro consolatione Abrahæ & Isaac illud transtulerit ibi

Digitized by Google

sepeliendum, sola Ierosolymis relicta Caluaria: tunc verum esset, & hoc modo, fortasse, verum est, Adam in Hebron fuisse sepultum: sicque maxima cum verisimilitudine discrepantes patrum concordarent sententiæ.

Quo sensu Adam dici potuit sepultus in Hebron.


Verumtamen, ista etiam sepultura, seu ossium Adæ translatio adhuc multò post Cariath-Arbe appellationem contigisset, vt ex antea [a] dictis apparet. Potius igitur à quatuor viris illustrissimis Abram, Aner, Escol & Mambre, confœderatis talis nominatio deducta videtur. At cum ex textu originali libri Iosue [b], annuente Masio, Arbe sit alicuius viri nomen qui fuit pater filiorum Enac, id est Torquatorum institutor, & ex antea dictis colligatur illum fuisse Heberem, ab illo solo ciuitatem Hebron priùs nomen habuisse *Cariath-Heber* deinde cum quadam alteratione *Cariath-arbah* fuisse vocatam, planè concludo.

a Cap. 7.

b cap. 14. 15.

CAPVT IX.

Iterum de Patriarcha Hebere, qui fuit pater prophetarum, qui dicebantur Hebrei, quod nomen post confusionem linguarum commune factum est omnibus fidelibus.



QVÆDAM adhuc dicenda restant de magno illo viro Heber; idque ad lumen istorum maximè verborum Moysis, *De Sem quoque nati sunt patre omnium filiorum Heber fratre Iapheth maiore* [c]. Quibus bene intellectis mox effulgebit lux non modica à tot sæculis motæ quæstioni; Quî factum sit, vt Heber tam extra ordinem à Moyse celebratus sit: vt Sē ab Heber abnepote non vice versa illustrari videatur: quo modo Abraham, & Dauid, aliique viri Principes in sacra historia, & in Romana Cato, & Pompeius, & Africanus, & Cæsar, & M. Tullius, non solùm filios & nepotes, sed etiam progenitores suos summoperè illustrarunt?

c Genes. 10. 21

Sem ab Hebere illustratur in scriptura.

Pro quo non piget iterum, quod aliquando dixi repetere verba quæ Moyses in libro Genesis populo Israëlitico rerum

Digitized by Google

Patriarcharum & genealogiarum suarum valde gnaro laconicè admodum ac concisè protulit, tantò diligentius, & attentiùs esse ponderanda, quantò maximis turgida sunt mysteriis. In prædicta igitur verba sic agit S. Augustinus [a]: *Non frustra ipse primus nominatus est Heber in progenie veniente de Sem, & prælatus est filijs, cum sit quintus Nepos: nisi quia verum est quod traditur, ex illo Hebræos esse nominatos, tanquam Heberæos, cùm & alia possit esse opinio, vt ex Abraham, tanquam Abrahæi dicti esse videantur. Sed nimirum hoc verum est, quod ex Heber Heberæi appellati sunt, ac deinde vna detracta littera, Hebræi.* Subscribit ei S. Hieronymus [b]. Caietanus verò [c]: *Ad dignitatem Sem spectare monstrat Moyses*, inquit, *quod ipse fuerit pater omnium filiorum Heber: vt per hoc intelligatur, quod fuit pater Abrahæ, quod fuit pater populi electi à Deo, quod fuit pater Messiæ:* Alia tamen est Theodoreti sententia: *Quidam dicunt*, inquit, *ab Heber Hebraicam linguam appellatam esse, & illum solum in pristina lingua permansisse, indéque Hebræos esse dictos. Ego verò puto appellatos Hebræos ex eo quod Abraham Patriarcha, cum è regione Chaldæorum veniret in Palæstinam, fluuium Euphratem pertransiit. Hebra enim Syrorum lingua idem dicitur quod Euphrates. Quod si Hebræi denominarentur ab Heber, non solum illos oporteret sic appellatos esse: permultæ enim nationes ab Heber originem ducunt.* Cuius sententiæ duæ sunt partes ponderandæ. Primam meritò Salianus [d] vocat expositionem valde violentam, coactam, & ambiguam. De qua sic quærit: Quid est enim, inquit quod Sem fuit pater omniũ filiorũ *trans*? quis ita loquitur, præsertim nulla adhuc facta mentione habitationis trans fluuium Euphratem, &c. Ideóque cõcludit: Valeat potiùs communis omnium pene Latinorum, Græcorum, atque Hebræorum expositio, cum Chaldæi à Paraphrasi, quibus Heber est proprium nomen. (Quod cùm illis datũ ei censeo quando Arphaxad annos eius à Noë missus in terram Etham trajecit fluuium Tigrim, à cuius transitu nomen habuit, vt dictũ est [e]) Sem autem dicitur pater filiorũ eius. Ad secũdam vero partẽ, *Quod si Hebræi*, &c. consultè etiam respondet Salianus: Necesse non fuisse omnes filios Heber dictos Hebræos: sed eos tãtùm, qui auitam linguam cum patre retinuerunt: quæ cum esset cõmunis omnium, nomine non egebat: cùm peculiaris facta est, Hebræa est appellata, vt rectè docet Augustinus [f].

[a] de Ciuit. lib. 16 c. 3. *Hebræi à Heber sic appellati.*
[b] In qq. Hebr.
[c] in cap. 10. Genes.
[d] An. mũdi 1754
[e] Cap. 6.
[f] de Ciuit. lib. 16. c. 11.

A Bona sanè responsio, tantóque magis, quantò tanti Patris fulcitur auctoritate, nec non aliorum, quos debemus reuereri At vtique non perfectè satisfacit: solum enim idioma non sufficit, vt aliquis particularis, multò minùs aliqua natio nomen sibi gentis assumat: nempe, filij Iacob, eiúsque nepotes, cùm essent in Ægypto, & communi regionis lingua vterentur, non ideo Aegyptij propriè dicebantur: sed vel Israëlitæ, quia à Iacob oriundi, vel potiùs Hebræi, tanquam Heberis sectatores. Propterea stare videtur ratio Theodoreti, *Quod si Hebræi denominarentur ab Heber, non solum illos oporteret sic ap-*

Idioma alicuius gentis non facit, vt quis nomen illius assumat.

B *pellatos esse, cum permultæ nationes ab Heber originem ducant.* Sed deficit in hoc, quòd, vt ferè omnes alij, de sola carnali origine intelligit verba Genesis, quæ de spirituali *filiorum Dei* accipienda sunt.

Tota igitur sententia breuiter, & concisè admodum explicat illa prius recitata Noë verba ad tres suos filios Sem, Cham & Iapheth, quibus incipiendo à maledictione Chanaam filij Cham, qui nuditatem eius deriserat, eum seruum seruorum fratribus suis, Sem, videlicet, & Iapheth constituit; deinde benedicit istis aliis duobus. Verba eius sunt: *Maledictus Cha-*

C *naam, seruus seruorum erit fratribus suis. Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaam seruus eius*: sed iuxta Hebræum, *sit Chanaam seruus eis*, nempe, Deo & Semo, de quibus sermo immediatè præcessit: quasi Chanaam constituatur seruus Dei, sub Semi moderamine?

Chanaã Dei & fratrum seruus cõstituitur à patre Noe.

Prosequitur Noë *Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem* [a]. Quibus verbis (vt amplius antea [b] vidimus) sanctus Patriarcha præficit Iaphetum tabernaculis, id est, templis, locísque sacris, super quæ Sem, tanquam Summus Pontifex, auctoritatem supremam habiturus est, & ideo vocantur

a Gen. 9. 25. & 26.
b Cap. 4.

D *tabernacula Sem.* Cham verò, in suo filio Chanaam, in statu laico constitutus, tanquam huiusmodi, futurus est seruus seruorum, hoc est, ministrorum tam Iapheti, qui sacris præerit, quàm Semi, qui summus Pontifex erit.

Tabernacula Sẽ loca sacra quibus ipse præest.

Vt autem Moyses ista declaret, postquam deduxit amplissimam generationem Iapheth [c], & postea illam, quæ est Chanaam: antequam Semi narret progeniem, sic iuxta Hebræum loquitur: *Isti filij Cham, &c. Et ipsi Sem est natus* (supple Cham.)

c Gen. 10. 20.

Digitized by Google

Vox ילד *Iullad sæpe sig. ifi a filio in spiritualem*

a Ps. 86. 4.

b 2. Reg. 21. 16. 18. 20. 22. 1. Paral. 20. 4.

c Dolabellæ.

d Cap. 8. 30.

e Gen. 17. 12. Leuit. 22. 11. Ierem. 2. 14.

Semi in Ecclesia suprema auctoritas ex textu Genesis constat.

Etiam ipse (supple Sem, est) *pater omnium filiorum Heber, frater Iapheth maior.* Vbi vox Heb. ילד *Iullad*, quæ refertur ad Cham, cùm natiuitatem significare non possit, non enim Cham filius est Sem, sed frater, importat obsequium & subiectionem; sicut per eandem vocem apud Psalmistam[a] *Chus* (id est, Aethiops, pro Aethiopibus) dicitur *natus*, hoc est seruus & vernaculus esse in Sione, sed propriè spiritualiter generatus in Deo. Quo sensu per eandem vocem ibidem dicitur, *Vir & Vir natus est in ea*: & paulò post, *iste natus est in ea*: hoc est, multi ex diuersis nationibus in Sion venient, ibique conuersi in Domino generabuntur, & in huiusmodi natorum albo nominatim, viritimque scribentur. Consule locum. Sic per eandem vocem *Iesbi Benob, Sobochai, Goliath Lethæus*, & aliis vir gigas *qui senos in manibus & pedibus habebat digitos* dicuntur esse *ex natis Rapha*[b], id est, ex antiquissima mysticáque stirpe Rephaim: quos Cicero[c] vocaret *alumnos disciplinæ* Rephaim. Quemadmodum per nomen אמן *Amon* Sapientia se vocat in Prouerbiis[d], *Dei alumnum*, siue educatum: vt exponunt Rab. Dauid & Rab. Himmanuel. Item, per aliam vocem eiusdem radicis, nempe יליד *Ielid natus domus*[e] sæpe dicitur, qui est, vernaculus, vel alumnus, aut filius spiritualis.

Cham igitur, qui priùs à patre constitutus fuerat seruus Dei & Semi: nunc Semi natus, id est, alumnus, seu filius spiritualis appellatur: vt intelligatur de quanam seruitute priora verba intelligi debeant. Quod autem dicitur Sem esse *frater Iaphethi maior*, vel iuxta emphasim nominis Hebræi הגדול *Haggadol, maximus*, spiritualem quoque magnitudinem importat; qua Sem Iaphetho ætate minor, vt vidimus, in hoc illo maior est, quòd etiam sua sunt omnia tabernacula, in quibus habitaturus est Iapheth: hoc est, supremam super illa omnia habebit auctoritatem, quæ sub Iapheti erunt cura & moderamine. En quomodo Sem, tam Iapheto, quam Chamo fratri præfertur, eorumque princeps constituitur.

Sed præterea, constituitur supremus pater omnium filiorum Dei Prophetarum, cui Abrahæ temporibus, & longè priùs dicebantur *filij*, id est, discipuli, *Heber*, quia tunc supremus illorum erat archimandrita. Et hoc est quod de Sem, cum addita-

Digitized by Google

A mentum significante particula, dicitur; *Etiam ipse pater omnium filiorum Heber.* Quasi dicat: Sem totius Ecclesiæ summus erit Pontifex; nam in Iaphetho præerit omnibus Ecclesiasticis, & Episcopis: in Chamo omnibus laicis: & in Heber omnibus religiosis. Ista iam antea declarata sunt pluribus. Quemadmodum igitur post Adam ante diluuium, Seth filius eius (cui Iared, isti verò Noë successisse diximus[a]) supremam in Ecclesia habuit potestatem; ita & Sem post diluuium, patre mortuo. Sic enim intelligendum credo, quod de istis duobus illustrissimis viris specialiter ait Scriptura[b]: *Seth & Sem apud homines* B *gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam.*

a lib. 1. cap. 5. & 18.

b Eccli. 49. 19.

Proinde, in prædicto Genesis loco, iam notum est, Sem valde illustrari à nepote Heber, id est resultare ei maximum honorem, in sensu iam dicto. Pater enim constituitur sanctissimæ amplissimæque tunc societatis, & eorum omnium, qui ab Heber cognomen acceperunt, cuiuscúmque tribus, familiæ, aut nationis sint. Quo pacto non solùm Sem, secundùm carnem, per Abraham pater erit omnium Hebræorum ab Abraham descendentium: sed secundùm supremam in animas auctorita- C tem per multos alios filios, nepotésque suos multarum gentium pater erit vtróque modo, vt de carnali optimè dicebat Theodoretus.

Quanquam, cur ab Hebere tota Israëlitarum natio nomen acceperit Hebræorum, nō est quia ab illo per Abraham carnalem habuit originem, iuxta rationem Theodoreti: neque solùm, quia in diuisione linguarum, apud illam nationem solam lingua Hebræa integra remansit: sed quia cùm apud illos Prophetas, filiósque Dei Heberis discipulos, tanquam sapientiores, sanctiores, officióque Doctores cum lingua sancta verus Dei D cultus remansisset, omnes, qui illis adhæserunt, verámque religionem in tanta rerum simul ac linguarum confusione amplexati sunt; cuiuscúmque nationis essent, aut familiæ, Hebræi sunt appellati. Exinde factum est, vt nomen, quod speciale prius erat illorum Prophetarum, toti fidelium multitudini sit attributum. Præterea factum est, quia Abraham à Deo selectus pater credentium constitutus sit, imò coryphæus, & antistes omnium Prophetarum terræ Chanaan, vt antea[c] vidi-

Cur Hebræi ab Heber nomen habeāt.

c lib. 1. c. 36.

Digitized by Google

mus, & præterea populi Dei electi pater per Isaac secundùm carnem factus sit; vt ex proximitate nominum Heber & Abraham quidam arbitrati sint illum ab eo oriundum populum nomen etiam accepisse Hebræum, quasi Abrahæum. Sed hæc est Rabbinorum miseranda cæcitas, qua in multis aliis palpantes ipso meridie in ignorantiæ foueam cadunt.

Longè meliùs philosophari videtur doctissimus in lege Paulus [a], qui agens contra quosdam pseudoapostolos ex Iudæis, ita loquitur: *Hebræi sunt, & ego: Israëlitæ sunt, & ego: semen Abrahæ sunt, & ego: ministri Christi sunt, & ego.* Quid sibi vult ista B gradatio, vt Hebræos sequantur Israëlitæ, Israëlitas semen Abrahæ, & istud ministri Christi? An ista est tautologia, vel tanti viri battologia? Quid simplicibus & ignorantibus aliud est esse Hebræum, quam Israëlitam, aut Israëlitam & Hebræum, quam semen Abrahæ? An seriatim ita loquitur, quia Iudæi primò vocati sunt Hebræi, quàm Israëlitæ? Sed si hoc est: ad quid addere semen Abrahæ, cùm prorsus idem sint? Et cùm semen Abrahæ Israëlitis priùs esse videatur, cur istos in secundo, illud in tertio loco ponit? Suspicor valde, illuminatissimum Paulum, qui *profecerat in Iudaismo supra multos coætaneos* C *suos in genere suo* [b] Pharisæos (qualis ipse erat, doctores & scribas nuper ad fidem conuersos vellicando sub *Hebræi* & *Israëlitæ* nominibus, prudenter, & modestè se in scripturis & lege magis peritum, quàm ipsi essent, ostendere velle, ac si diceret: Cæterum, si de stirpe & genere carnali gloriandum esset, se quoque Iudæum, & de semine Abraham esse: imò antiquorum Prophetarum sectatorem: nempe, dum assumit antiqua prophetarum & scribarum nomina, qui ab Heber Hebræi, ab Israël (qui *habitabat in tabernaculis*, nempe, iisdem & in eodem sensu, quo Iapheth à patre Noë benedictus *habitauit in tabernaculis Sem* [c] in terra Chanaan) Israëlitæ dicebantur, ideóque passim in Psalmis [d], *Domus Israël*, tanquam prophetarum antiquior familia, D præfertur *domui Aaron*, id est, Leuitis, apud quos erant Prophetæ, scribæ, & doctores, vt vidimus. Exponit se Paulus alibi [e] manifestiùs dicens: *Si quis alius videtur confidere in carne*, id est, carnali prosapia, *Ego magis, Circumcisus octauo die*, more Iudæorum, *ex genere Israël*, id est, ex stirpe Iacob, *de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis*, ex priscis Hebræis Abraham, Isaac & Iacob,

a 2. Cor. 11. 22.

Textus Pauli elucidatur.

b Gal. 1. 21.

Genes. 25. 28.

c Genes. 9. 25.

d Psal. 113. 10 11. 134. 19.

Domus Israël cur præfertur domui Aaron

e Phil. 3. 5.

Digitized by Google

A cob, *secundum legem, Pharisæus*, id est, instituti Pharisæorum. Et alibi [a], *Ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum*, id est, discipulus, *de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor.* Quasi dicat, quam Pharisæi priscorum Hebræorum sectatores propugnant. Nam eodem sensu, Abraham, qui non solum carne nepos Heberis erat: sed etiam spiritu filius, hoc est discipulus doctorum, qui suo tempore ab illo Hebræi nuncupabantur, dictus est aliquando *Hebræus* [b]: vt exigunt, quæ ibi mox sequuntur, iuxta textum originalem, *de initiatis*, seu *nouitiis* (in illa nempe Hebræorum schola, quam apud se habebat,) quos secum duB xit, ad bellum. In istorum quoque Hebræorum modestò habitu procedere videbatur Ioseph per traditionem *Hebræus*: quando illa impudica mulier ad maiorem impudentiæ exaggerationem, illum accusando, dicebat: *Et introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis* [c].

a Act. 23.6.
b Genes. 14. *Abram cur Hebræus appellatur.*
c Genes. 39.

Denique, paulò post Abrahæ tempora, cùm adhuc vigeret nomen, & disciplina prophetarum Hebræorum, Eliphaz propheta, & abnepos Abrahæ, cuius pater Esau ipsum Heberem videre potuerat spatio 19. annorum, & ab illo doceri: ipse, inquam, Eliphaz loquens de vera & sana fidei doctrina; quam C à sapientibus, patribus & antecessoribus suis acceperat, sic Iobum conuenit: *Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos. Quibus solis data est terra, & non transiuit alienus per eos* [d]. Vbi per periphrasim, maioris honoris causa, vocat Noë, Sem, Cain & Iapheteos, *quibus solis data est terra*, nempe à Deo post diluuium. Quam ideo tanquam eius veri principes inter se diuiserunt. Deinde citat Heberem: nam cum modica punctorum mutatione pro vltimis verbis ex Heb. legi potest: *& non Heber alienus in medio eorum.*

d Iob. 15.19. *Noe & filiorum eius nomen gloriosum.*

Quid mirum si quod dicebat, patris Esau, & aui Isaac conD firmabat auctoritate, qui ab ipsius Heberis Prophetarum Hebræorum capitis ore illa didicisse poterant? Sed iam hic tantisper nos stare cogit magnus ille Sem: qui non tantum pater, & omnium filiorum Heber, sed etiam frater Iapheti maximus, & cui frater Cham est vernaculus. Ita vt de eo sub Saturni nomine dictum à Diodoro [e], fuisse iudicem, *Saturnus fratrum suorum* (Titanum) *maximus regnum obtinuit, & suæ ætatis homines ab agresti victu, & more ad vitam cultiorem traduxit: & ob id*

e lib. 5.

Digitized by Google

mus, & præterea populi Dei electi pater per Isaac secundùm carnem factus sit; vt ex proximitate nominum Heber & Abraham quidam arbitrati sint illum ab eo oriundum populum nomen etiam accepisse Hebræum, quasi Abrahæum. Sed hæc est Rabbinorum miseranda cæcitas, qua in multis aliis palpantes ipso meridie in ignorantiæ foueam cadunt.

Longè meliùs philosophari videtur doctissimus in lege Paulus [a], qui agens contra quosdam pseudoapostolos ex Iudæis, ita loquitur: *Hebræi sunt, & ego: Israëlitæ sunt, & ego: semen Abrahæ sunt, & ego: ministri Christi sunt, & ego.* Quid sibi vult ista gradatio, vt Hebræos sequantur Israëlitæ, Israëlitas semen Abrahæ, & istud ministri Christi? An ista est tautologia, vel tanti viri battologia? Quid simplicibus & ignorantibus aliud est esse Hebræum, quam Israëlitam, aut Israëlitam & Hebræum, quam semen Abrahæ? An seriatim ita loquitur, quia Iudæi primò vocati sunt Hebræi, quàm Israëlitæ? Sed si hoc est: ad quid addere semen Abrahæ, cùm prorsus idem sint? Et cùm semen Abrahæ Israëlitis priùs esse videatur, cur istos in secundo, illud in tertio loco ponit? Suspicor valde, illuminatissimum Paulum, qui *profecerat in Iudaismo supra multos coætaneos suos in genere suo* [b] Pharisæos (qualis ipse erat, doctores & scribas nuper ad fidem conuersos vellicando sub *Hebræi* & *Israëlitæ* nominibus, prudenter, & modestè se in scripturis & lege magis peritum, quàm ipsi essent, ostendere velle, ac si diceret: Cæterum, si de stirpe & genere carnali gloriandum esset, se quoque Iudæum, & de semine Abraham esse: imò antiquorum Prophetarum sectatorem: nempe, dum assumit antiqua prophetarum & scribarum nomina, qui ab Heber Hebræi, ab Israël (qui *habitabat in tabernaculis*, nempe, iisdem & in eodem sensu, quo Iapheth à patre Noë benedictus *habitauit in tabernaculis Sem* [c] in terra Chanaan) Israëlitæ dicebantur, ideóque passim in Psalmis [d], *Domus Israël*, tanquam prophetarum antiquior familia, præfertur *domui Aaron*, id est, Leuitis, apud quos erant Prophetæ, scribæ, & doctores, vt vidimus. Exponit se Paulus alibi [e] manifestiùs dicens: *Si quis alius videtur confidere in carne*, id est, carnali prosapia, *Ego magis, Circumcisus octauo die*, more Iudæorum, *ex genere Israël*, id est, ex stirpe Iacob, *de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis*, ex priscis Hebræis Abraham, Isaac & Iacob,

a 2. Cor. 11. 22.

Textus Pauli elucidatur.

b Gal. 1. 14.

Genes. 25. 28.

c Genes. 9. 27.

d Psal. 113. 10 & 134. 19.

Domus Israel cur præfertur domui Aaron

e Phil. 3. 5.

B C D

A cob, *secundum legem, Pharisæus*, id est, instituti Pharisæorum. Et alibi [a], *Ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum*, id est, discipulus, *de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor.* Quasi dicat, quam Pharisæi priscorum Hebræorum sectatores propugnant. Nam eodem sensu, Abraham, qui non solum carne nepos Heberis erat: sed etiam spiritu filius, hoc est discipulus doctorum, qui suo tempore ab illo Hebræi nuncupabantur, dictus est aliquando *Hebræus* [b]: vt exigunt, quæ ibi mox sequuntur, iuxta textum originalem, *de initiatis*, seu *nouitiis* (in illa nempe Hebræorum schola, quam apud se habebat,) quos secum duxit, ad bellum. In istorum quoque Hebræorum modesto habitu procedere videbatur Ioseph per traditionem *Hebræus*: quando illa impudica mulier ad maiorem impudentiæ exaggerationem, illum accusando, dicebat: *Et introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis* [c].

a Act. 23.6.

b Genes. 14. *Abram cur Hebræus appellatur.*

c Genes. 39.

Denique, paulò post Abrahæ tempora, cùm adhuc vigeret nomen, & disciplina prophetarum Hebræorum, Eliphaz propheta, & abnepos Abrahæ, cuius pater Esau ipsum Heberem videre potuerat spatio 19. annorum, & ab illo doceri: ipse, inquam, Eliphaz loquens de vera & sana fidei doctrina; quam C à sapientibus, patribus & antecessoribus suis acceperat, sic Iobum conuenit: *Sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos. Quibus solis data est terra, & non transiuit alienus per eos* [d]. Vbi per periphrasim, maioris honoris causa, vocat Noë, Sem, Cain & Iaphetheos, *quibus solis data est terra*, nempe à Deo post diluuium. Quam ideo tanquam eius veri principes inter se diuiserunt. Deinde citat Heberem: nam cum modica punctorum mutatione pro vltimis verbis ex Heb. legi potest: *& non Heber alienus in medio eorum.*

d Iob. 15. 19. *Noë & filiorum eius nomen gloriosum.*

Quid mirum si quod dicebat, patris Esau, & aui Isaac con-D firmabat auctoritate, qui ab ipsius Heberis Prophetarum Hebræorum capitis ore illa didicisse poterant? Sed iam hic tantisper nos stare cogit magnus ille Sem: qui non tantum pater, & omnium filiorum Heber, sed etiam frater Iapheti maximus, & cui frater Cham est vernaculus. Ita vt de eo sub Saturni nomine dictum à Diodoro [e], fuisse iudicem, *Saturnus fratrum suorum (Titanum) maximus regnum obtinuit, & sua ætatu homines ab agresti victu, & more ad vitam cultiorem traduxit: & ob id*

e lib. 5.

Digitized by Google

magnam consecutus auctoritatem multas orbis regiones accessit (auctoritate vel præsentia) *& singulos ad Iustitiam animique simplicitatem adhortatus fuit.* Et hoc fere est, quod de eo breuius prædicat
a Eccli. 49. 19. Scriptura [a]: *Sem apud homines gloriam adeptus est super omnem animam in origine Adam.*

CAPVT X.

Quod Sem, tertius Noë filius, dictus pater filiorum Heber, *fuit ille summus Pontifex, qui in terra* Chanaan *dictus est Melchisedech.* B



ENEDICTVS *qui venit in nomine Domini*, ex tot sæculorum myriadibus, à tot doctissimis & sanctissimis viris, cum omni sollicitudine & auida indagatione quæsitus summus Dei Altissimi sacerdos, vir omnino magnus, aut melius virorum miraculum Melchisedech. Qui

Melchisedechis encomium.

in sua tanto Pontifice digna grauitate, & veneranda canitie supra modum spectabilis, non quidem Angelus, aut Spiritus sanctus, sed verus homo à Spiritu sancto, ad nos licet indignissimos, nihilque tale cogitantes, quasi ex abrupto missus (vt speramus) totus hilaris apparens nobis in hac calamitosa temporum, morúmque corruptela (qua Nouatores summi Pontificatus in Ecclesia continuam successionem pessimè negant, mirísque modis dilacerant) incredibilem sua præsentia nobis attulit cordis lætitiam: tantóque maiorem, quantò ex temporis, loci, personæ, nominis, officij, & cum Christo, cuius erat figura, similitudinis circumstantiis, velut propriis in facie signatus lineamentis; fulgentibus quoque, tanquam pontificalibus vestimentis sacræ Scripturæ locis ornatus, arcanorúmque multorum, quæ latebant, reseratione, velut honorabili ministrorum caterua stipatus conspicitur: vt deinceps quis ille sit tantisper ambigere fas non videatur. C D

Quamplurimi, fateor, doctrina & sanctitate conspicui Patres iam à multo tempore illum indigitarunt; & Sem tertium

Digitized by Google

A filiorum Noë esse verissimè pronunciarunt: sed non video illos suam satis potentibus argumentis stabilire sententiam. Vnde Hieronymus ipse [a], illam potiùs ab Hebræis acceptam recitat, quàm asserat. Quem imitatus Rupertus, Lipomanus in Catena, ait: id Iudæos tradere, post Ionathan auctorem translationis Ierosolymitanæ. Eandem etiam recitat ex Hebræis Isidorus, nec improbat Epiphanius, amplectuntur Villalpandus [b], Lyranus, Genebrardus: probabilem existimant Torniellus [c], Abulensis [d], Eugubinus, Caietanus [e], Suarez & Salianus [f].

B Et quia à sexcennio exiit in lucem quidam libellus Gallico sermone conscriptus, pro titulo habens MELCHISEDECH, in quo prætendit auctor probare Melchisedechum adhuc cum Enoch & Elia in viuis existere, & à tot sæculis adhuc manere superstitem, nixus præsertim his Pauli verbis, *Et hîc quidem decimas morientes homines accipiunt; ibi autem contestatur quia viuit* [g]. Vt igitur tam extraneam opinionem faciliùs ac citius atteramus, nostram de Sem sententiam euidentiùs, solidiúsque stabiliamus, simúlque breuitati studeamus: operæpretium duximus Apostoli tam altè ac profun- C dè de hoc summo Pontifice differentis sermonem verbatim exponere.

Hic est enim Melchisedech. Ab isto nomine auspicaturi, ad iam [h] datam expositionem huius honorifici nominis *iustus perfectus*, vel *perfecti*, quo datus est sanctissimus Patriarcha Noë lectorem remittimus. Ob id potissimùm, quòd duo tantùm in scriptura insignis præ cæteris hominibus iustitiæ & sanctitatis viri reperiuntur, qui hoc vocentur nomine; nempe, Noë & Iob: quod vtérque in sua regione non solùm iustissimus extiterit: sed etiam & præsertim eo quod D æquus & *iustus perfecti*, id est, perfectorum, & perfectionem profitentium virorum, nempe filiorum Dei moderator esset, supremúsque archimandrita. Quod latiùs expositum à nobis est, in illud Iobi, *Deridetur iusti simplicitas*: sed iuxta prototypum, *Irrisio ero iustus perfecti* [i]? Vbi ostendimus, Paulum scribendo ad Hebræos [l], sicut nunc cùm agit de Melchisedecho, tanquam ad eos, qui huiusmodi sanctæ linguæ phrases & idiomata optimè nouerant, priscos patres,

a in Tra. in Genes. & epist. 146.

b in Ezech. tom. 3. 1. p. lib. 1. c. 12. & 13.

c an. 6. tertiæ ætatis n. 9. & 44.

d in cap. 11. & 14 Gen.

e ibidem.

f ann. mũdi 2118. n. 19. & 20.

g Hebr 7. 8.

Noua authoris de Melchisedech adhuc viuente refutatur opinio.

h Cap. 1.

Iustus perfecti *duorũ tantum virorum nomẽ fuit, Noe & Iob.*

i Iob. 12. 4.

l Cap. 12. 23.

Digitized by Google

Patriarchas, & Prophetas intellexisse per idem honorificum nomen, cùm dixit, eos, qui ex Iudæis ad fidem Christi venerant, *accessisse ad Ecclesiam primitiuorum, & Iudicem omnium Deum, & Spiritus* (id est, ad beatas animas) *Iustorum perfectorum:* nempe, sanctorum Patriarcharum, qui post diluuium passim vocabantur *iusti perfecti.* Quemadmodum nomine *primitiuorum* intelligere videtur sanctos ante diluuium Prophetas, & præsertim Enoscæos, quos Deus ab antiquitate, & tanquam omnium primos vocare videtur *Cedmonæos* [a], Hebr. קדמונים *Kadmonim*, id est, πρωτοτόκους, *primitiuos:* quosque S. Lucas [b], vel *à sæculo*, vel, *antiquos*, vel *priores prophetas* appellat.

a Gen. 15. 19.
b Cap. 1. 70. 9. 8. & 19. Act. 3. 21.

Notandum præterea nomen Regis sæpe in scriptura sumi pro iis, qui sacris, sacrorúmque ministris præsunt. Vnde apud Psalmistam [c] appellantur, *Reges militiarum:* vtpotè, militiæ, sacerdotum, militiæ Leuitarum, militiæ cantorum, &c. Et simpliciter vocantur *Reges* [d], qui sunt sacerdotes, & illi omnes, qui Ephod vestiti sacro vacabant ministerio. Vnde qui apud Matthæum [e] appellantur *iusti*, apud Lucam [f] dicuntur *Reges.* Et quòd de prophetis vtrúmque nomen intelligatur manifestum est ex ipso textu: *Multi prophetæ & iusti cupierunt videre, &c. Multi prophetæ & reges*, &c. idem igitur est *propheta iustus, & propheta rex.* Proinde Sem filius Noë vno vocabulo, quod ideo explicat & ponderat Apostolus, dicitur *Rex iustitiæ:* quod æquiualet illustrissimo nomini patris sui *Iustus perfecti*, hoc est, iustus Rex perfecti, doctor iustitiæ, & moderator illorum omnium, qui iustitiam & perfectionem profitentur. Illi autem erant filij Dei, & Ecclesiastici: quorum summus Pontifex fuit Noë, cui successit filius eius Sem, qui propterea vocatur Rex Iustitiæ: eius autem in dignitate sacerdotali successores postea dicti sunt Abimelech, id est, frater Melech: de quo iam antea [g]. Quidam nomen Melchisedech interpretantur *consultor Iustitiæ.* Consultores autem erant prophetæ, vt vidimus [h]: Esset igitur ordine nouus inter consultores Iustitiæ, quos Petrus [i] vocat *præcones Iustitiæ*, id est, legis naturæ. Sed & tanta fuit huius sacri Regis eminentia sanctitatis præque aliis dignitatis, vt etiam post mortem vel in

c Ps. 67. 13.
Nomen Regis pro sacrorum ministrorum præside.
d ibid. v. 15.
e cap. 13. 17.
f cap. 10. 13.
Regis nomine vocantur prophetæ.
g Lib. 1. c. 17.
h lib. 1. c. 5.
i Epist. 2. c. 2.

Digitized by Google

A sua persona, vel in eius imaginibus & statuis (circa quas multi sensim fornicati sunt) per antonomasiam & Melec, & Moloc & Melcon appellaretur. Et licet diuersimodè illum repræsentarent semper tamen Melech, id est, regem appellabant eum: vt pote, si in simplici ac modesto habitu prophetæ, vocabant eius statuam Anamelech [a], id est, *pauper Melech*: si verò in regali seu pontificali, tunc nominabant eum Adramelech, id est, *magnificus Melech*. Talia erant idola Sepharuaim, id est, Scribarum & doctorum, quos rex Assyriorum misit de Cutha, & de Anah, & de Emath in Samariam [b], vt exigit textus origi-
B nalis, si benè intelligatur. Est enim nomen duale, quo breuiter & eleganter dicitur, multos ex hac & illa ciuitate scribas fuisse missos. Proinde, sicut nomen Melech minimè proprium personæ est, sed appellatiuum & dignitatis, vt consultè tenent Tornellus, Villalpandus, & ante eos Lipomanus, Abulensis, & Masius: ita ad regnum duntaxat spirituale spectat. Regnum autem temporale significatur ab Apostolo cùm vocatur *Rex Salem*. Prioris tamen nominis notionem maximè premit Paulus; & super illud Christi, cum Melchisedech stabilit, comparationem. Sic autem prosequitur.

a 4. Reg. 17. 31.

b Ibidem.

Rex iustitiæ nomen est eius, qui præest in iis quæ sunt ad Deū.

C *Rex Salem.* Negat Hieronymus [c] hoc nomine vrbem Ierosolymam denotari: sed ait oppidum esse iuxta Scythopolim (quod alio nomine dicitur Sichen, vbi Iacob pauit greges, & Dina filia eius violata est) in quo ostenditur, inquit, palatium Melchisedech, & magnitudine ruinarum veteris operis ostendens magnificentiam. Verùm, Irenæus, Hippolitus, Eusebius, Apollinarius, & Eustathius, quos ibidem laudat Hieronymus, Iosephus [d] quoque, & passim Hebræi ac veteres Patres, recentiores etiam permulti, vt Abulensis, Pererius, Ribera, & præsertim Masius [e] terræ sanctæ perscrutator diligentis-
D simus docent, Salem hanc esse Ierusalem. Vnde & Chaldæus vbi habemus, *Melchisedech Rex Salem* [f], vertit: *Et Melchisedech rex Ierusalem.* Cui sententiæ planè subscribo. Tum quia hanc loci circunstantiam puto notari à Paulo, vt comparatio Christi summi sacerdotis in Ierusalem passi, & ibidem figuram de sacerdotio Melchisedech in pane & vino perfectè per Eucharistiæ institutionem implentis magis eniteat: tum (quod ad litteram attinet) quia decebat, vt cum Chanaan, qui illius terræ

c Epist. 126 ad Euagriū.

d de bel. Iud. lib. 7. cap. 18.

e in cap. 10. Iosuè.

f Gen. 14. 18

Salem, cuius Rex dicitur Melchisedech, est Ierusalem.

Digitized by Google

A

temporale duntaxat dominium possidere, in spiritualibus autem *seruus seruorum fratribus suis* [a] Semo & Iaphetho esse debebat, sed magis Semo, tanquam summo Pontifici subiici: iste summus Pontifex totius gentis & regionis Chanaan possideret Metropolim, atque in illa sedem teneret: ad quam omnes tanquam ad sacram anchoram pro animarum suarum salute liberum & facilem haberent accessum.

a Gen 9.25.

Haeretici in Romanum Antistitem debacchātes arguuntur.

Notent hoc nostrae tempestatis haeretici: qui in Romanum Antistitem summum totius Ecclesiae Dei Pontificem tantoperè incandescunt, quod magnam Italiae partem temporali possideat dominio. Nimirum, vellent adhuc in Papa tenuem B & pauperem Petrum videre piscatorem: cui nullo negotio nauem, pisces & rete furarentur: nullo vellent Dei terribilis super omnes Deos in suas vices gerente deterreri fulgore maiestatis: nulla in officio contineri ad instar Dei exercituum malos coërcentis, vel sola figura potentiae. Imò, voluit Deus, vt ad huius Melchisedechis instar ferè apud omnes gentes (vtique edoctas ab eius filiis & nepotibus hincinde in multas regiones dispersis) sacerdotium esset cum regno coniunctum. Ægyptio Regi sine sacerdotio non licebat imperare [b]. Apud Graecos multò maximè Athenienses summi magistratus sacra instituebant [c]. Idem in nostra Gallia Druydae [d] quos à Gomere filio Iapheth & nepote Noë, leges & statuta didicisse docebimus [e]. Apud Romanos Reges sacrorum, supráque illos Pontifices [f] factitabant. C

A Melchisedech multae nationes acceperunt, vt quicumque esset Rex, esset & sacerdos

b Plutar. de Iside Ælianus 4. de var. hist. c. 34. Hesych. Iul. Pollux. lib 8. c. 8.
c Plato in Politico.
d Caesar. de bel. Gall. lib. 6.
e inf. c. 8.
f Halicarnass. lib. 2. Isidor. lib. 7. Etymol. cap. 1.

Inde colligitur tanquam verissimum, Melchisedech fuisse non quidem ex Chananaeorum gente, id est, ex stirpe Chanaan oriundum: sed cùm ipse destinatus à Deo esset ad habitandum in terra Chanaan, in qua Messias nasci, & per eum verus Dei cultus seruari debebat: posteritas verò nepotis eius Chanaan illi in spiritualibus subiici, iuxta Dei per os Noë oraculum, *Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis*, à tempore D quo diuisio terrarum facta est, diuisis hùc illúcque per diuersas mundi regiones aliis filiis & nepotibus suis; ipse Sem ex Armenia venit in Chanaan: ibíque suam summi Pontificis exercuit potestatem vsque ad mortem, quae contigit anno mundi 2158. cùm ipse sextum aetatis ageret saeculum.

Quo tempore Melchisedech ex Armenia venit in terram Chanaan.

Sic soluuntur tot factae quaestiones de Melchisedechi patria,

Digitized by Google

A Et habent vnde quiescant illi qui putant ex gente fuisse Chananæorum. *Verti me*, inquit Hieronymus [a] *ad Hippolytum, Irenæum, Eusebium, Cæsariensem, & Emyssenum, Apollinarem quoque nostrum, & Eustathium, qui primus Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus contra Arium clarissima tuba bellicum cecinit: & deprehendi horum omnium opiniones diuersis argumentationibus, ac diuerticulis ad vnum computum peruenisse, vt dicerent Melchisedech hominem fuisse Chananæum regem vrbis Ierosolymæ.* Similiter verificatum dictum Suidæ: *Melchisedech sacerdos Dei Rex Chananæorum* (in B spiritualibus respectu totius terræ Chanaan, imò totius orbis terræ: in temporalibus respectu vrbis & regionis Ierusalem) *Is vrbem in Sione monte condidit, Salemque dixit, id est, pacificam.* Eo pedibus in hanc sententiam, simulque collegium Prophetarum ædificasse censeo in valle Raphaim, vt visum est supra [b], idque contigisse circa annum mundi 1785. paulò postquam ex Armenia in terram Chanaan appulit.

a Epist. 126. ad Euagr.

b Lib. 1. c. 10. *Ierusalem à quo & quãdo ædificata est.*

Prosequitur Suidas, *In qua cùm regnasset annos centum tredecim* (nos spatio 373. annorum ibi regnasse putamus, quod spatium transit ab ædificatione vrbis vsque ad mortem Melchisedech) *obiit vir iustus & per omnem ætatem virgo.* Et hoc planè C negauerim. Deinde subiungit, *Natione autem eum fuisse Chananæum, cùm ex eo clarum est, quòd in climate Chananæo regnauit, & quòd improbissimis Sodomitis vicinus fuit.* Non valet illatio, regnauit in climate Chananæo, ergo ibi natus est. *Tum etiam, quod Salem, cuius Rex erat, celebris est illa Ierosolyma.*

Quod autem de parentibus Melchisedechis scribit Epiphanius [c], patrem eius fuisse Heraclam, matrem autem eius Astaroth, nihil quàm fabula est. Quam tamen ita libenter soluerem. Vt Melchisedech postquam, vt nuper dictum est, ex magna Armenia venit vt habitaret in terra Chanaan: stetit aliquandiu D in parua Armenia, nempe in terra Hus, in illius regionis Metropoli, quæ aut tunc dicebatur, aut postea dicta est Astaroth, in qua frequentes fiebant prophetarum, filiorúmque Dei conuentus, cùm esset habitatio Raphaim [d]: inde verò secedens venit in Chanaan. Cùm autem venisset ex Astaroth, & ignorarentur ab incolis parentes eius, quos reliquerat in magna Armenia, percrebuit fama popularis natum esse in illa famosissima vrbe Raphaim: & tandem falsa, vt solet, crescente fama

c Hæres. 55. *Astaroth credita mater Melchisedech, quo sensu id intelligatur.*

d Gen 14. 5.

Digitized by Google

inter plebeios, illum pro matre Astaroth habuisse creditum est, quo nomine Dea Iuno à Phœnicibus donata est, vt alibi docemus. Sed prorsus videnda, quæ tam de parua Armenia, quàm de Astaroth & Raphaim prius [a] diximus.

a in Iob. c. 9. 9.

Potuit quoque eodem mystico sensu vocari filius Astaroth: quo eosdem sponsum aliquando dictum fuisse visuri sumus [b]. Ad textum Pauli, *Sacerdos Dei summi.* De sacerdotio Melchisedecis agemus in expositione horum verborum, *Manet sacerdos in perpetuum.* B

b lib. 1. c. 10.

Qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde Regum. Has Apostolus notat circunstantias, vt ostendat se de illomet loqui, ne quis de quodam alio sermonem suum interpretetur.

Et benedixit ei. De hoc acturi sumus ad illa verba, *Quod minus est, à meliore benedicitur.*

Cui decimas omnium diuisit Abraham. Et de his, quæ ad rem nostram non multùm conferunt, postea.

Primum quidem qui interpretatur Rex iustitiæ. Non abs re Apostolus præmittit hæc verba, *Primum quidem*: sed vt indicet, se totius de Christo cum Melchisedecho comparationis, quam mox facturus est, basim ac fundamentum ponere super hoc, quod ille vir, de quo locuturus est, dicebatur, & erat *Rex iustitiæ*, id est, summus Pontifex, iuxta ea quæ nuper diximus. Quod confirmatur in eo quod addit. C

Deinde autem & Rex Salem, quod est Rex pacis. Allegoriam quærens etiam in nomine Salem: cuius Rex temporalis erat Melchisedech, vt postea quadret etiam in hoc allegorica Christi cum illo collatio.

D

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XI.

Quo sensu Melchisedech dicatur sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem habens.



ERGIT Apostolus: *sine patre, sine matre, sine genealogia.* Iam comperiemus quid valeat fundamentum à Paulo positum, se loqui velle de hoc viro, prout est *Rex iustitiæ*, id est, summus Pontifex: quia inquantum huiusmodi, nullum ex viris patrem, nullam ex fœminis matrem agnoscit: id est, nullum ex hominibus superiorem, magistrum, aut quocumque vocetur nomine, præfectum. Pro quo notandum: quòd quantum ad Prophetas (quo generali nomine Ecclesiasticos, hoc est, Clerum nos intelligere iam declarauimus [a]) nihil in Scriptura frequentiùs, quàm vt illi, qui animarum curam gerunt, aliísque præsunt, à discipulis, & subditis vocitentur *patres*: & vicissim ab istis illi nominentur *filij*. Cuius rei neglecta obseruatio maximam vsque modò in expositione sacri sermonis in multis expositoribus peperit obscuritatem & confusionem. Nihil dico de Prophetarum discipulis, qui toties filij eorum [b] nuncupantur. Neque de Elisæo vocante magistrum suum Eliam, *Pater mi, Pater mi, currus Israël & auriga eius* [c]. A multis quoque aliis exemplis abstineo, vt ad illa veniam, quæ multorum ignorantiam produnt, & tot in chronologiis & genealogiis texendis absurditatum ostendunt originem: maximè in Paralipomenis; de quibus Masius [d] paulò liberiùs audet dicere: *Libros Paral. multis in locis curtos esse, ne dicam confusos, quod nemo non aduertit, qui vel leuiter legit.* Ibi [e] (inter alia) Mesa, qui & Ierioth primogenitus Caleb, ex vxore Azuba (vt patet ibidem vers. 18.) dicitur pater Ziph versu 42.

Patris nomē pro magistris sæpe accipitur.

a lib. 1. c. 5.

b 4. Reg. 2. 3. 7. 15. 4. 38. 5. 22. 6. 1. 9. 1.

c 4 Reg. 2. 12.

d in Iosue cap 21. vers. 11.

e lib. 1. c. 2.

Ff

Item,

Maon	dicitur pater	Bethsur.		vers. 45.
Saaph		Madmena.		vers. 49.
Sue		Maghbena & Gabaon.		ibid.
Sobal		Cariathiarim		vers. 50.
Salma		Bethleem.		ibid.
Hariph		Bethgader.		vers. 51.
Phanuel		Gedo. 1.	Par. 4.	vers. 4.
Eser		Hosa:		ibid.
Asthur		Techuæ.		vers. 5. B
Tehinna		Vrbis Naas.		vers. 12.

Pater alicuius ciuitatis est eius gubernator aut rector animarum.

Vbi omnes isti vocantur patres earum ciuitatum ac regionum, quia in spiritualibus præerant iis qui illas incolebant, id est, pastores eorum erant. Nec dicendum ita vocari, eò quòd illarum vrbium sint fundatores. Vrbes enim nominatas multò illis antiquiores fuisse constat. Sed hoc in eodem prorsus sensu intelligendum est, quo Melchias filius Rechab, id est, Rechabita, dicitur Princeps vici Bethacaram [a], id est, gubernator, vel potiùs in spiritualibus, vt decet Rechabitas, moderator & pastor. Quod etiam patet in hoc, quòd postquam in Paralipom. [b] Sobal dictus est pater Cariathiarim; statim quasi per expositionem, additur; multas in illa vrbe fuisse cognationes, seu familias, vtpote Iethræorum, Aphuthæorum, &c. & quod ipse Sobal *videbat*, id est, visitabat, *dimidium requietionum*: quo nomine residentias iure nonnulli intelligunt, quas nos ritè *parœcias* diceremus. Aliquid præterea hac voce denotari putamus, quod specialiter spectat ad Prophetas: de quo in sequentibus [c]. In hoc igitur sensu Melchisedech rex iustitiæ & summus Pontifex est sine patre, quia nullum habet supra se pastorem, Magistrum, aut Pontificem. C D

a 1. Esdræ 3. 14.

b lib. 1. c. 2. 50.

c lib. 3. c. 16.

Quędã prophetissæ mulieres dicebantur matres & pastores in Israel.

At dices; si ita est, Cur addit, *sine matre*? Numquid & mulieres pastores, aut magistræ, seu matres spirituales aliorum erant? Vtique, respectu quarundam aliarum mulierum prophetissarum, seu Ecclesiasticarum, quales erant illæ, quæ *obseruabant*, (propriè militabant) ad ostium tabernaculi [d]: Item illæ, quarum officium erat psallere & cantare laudes Dei, quarum cantatricum magnam fuisse militiam, id est classem,

d Exod 38. 8. 1. Reg. 2. 22.

Digitized by Google

A seu ordinem etiam cùm populus Israël adhuc esset in deserto, testatur Dauid [a]: vt nos ex Hebræo deducimus, & latè exponimus postea [b]. Imò videtur, quòd Maria soror Moysis & Aaron peculiari modo soror Aaronis ob id appelletur: quod sicut ipse totius populi vtriúsque sexus summus erat Pontifex: sic illa in quibusdam rebus, & negotiis princeps pastor & antistes respectu mulierum.

a Ps. 67. 12.
b lib. 3. c. 16. & 19.
Maria soror Moysis & Aaron, cur Aaronis soror specialiter vocetur.

Quod confirmatur primò ex hoc, quod tanquam præfica, capútque cantatricum prima assumpsit canticum laudis, postquam populus saluus pertransiuit mare rubrum obruto in aquis
B Pharaone cum exercitu suo [c]. *Sumpsit ergo Maria prophetissa* (id est, pro suo prophetissæ munere) *soror Aaron* (cur non & Moysis?) *tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat dicens: Cantemus Domino*, &c.

c Exod. 15. 20.

Secundò colligitur ex hoc, quòd etiam in iis quæ spectabant ad Dei reuelationes & oraculorum responsa, ipsa se fratri Aaron, imò ipsi Moysi parem facit. *Locutáque est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Æthyopissam, & dixerunt: Numquid per solum Moysen locutus est Dominus? nonne &*
C *nobis similiter locutus est?* Et statim dicitur: quòd Dominus locutus est ad Aaron & Mariam in introitu tabernaculi in columna nubis [d].

d Num. 12. 12. & seq.

Sed hoc manifestè constat ex eo, quòd ipsa, sicut fratres eius Moyses & Aaron appellatur *pastor*, cùm Deus per Zachariam [e] ait, se *succidisse tres pastores in mense vno.* Quod Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo & Dionysius exponunt de Moyse, Aaron & Maria. Et apud Michæam [f] dicitur: *Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Ma-*
D *riam.* Exponit Chaldæus: *Misíque ante te tres prophetas, Moysen, vt doceret iudiciorum traditionem, Aaron, vt expiaret populum, & Mariam, vt instrueret mulieres.* Quem ordinem seruatum etiam posterioribus temporibus quis ambigit? Quandam præfuisse illis prophetissis non dubito, quæ texebant storeas, super quas dormiebant prophetæ ad consulendum Dominum: de quibus intelliguntur illa verba, *Et tu fili hominis pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo, & vaticinare super eas, &*

e Cap. 11. 8.
f Cap. 6. 4.
Mulieres prophetissæ in alias mulieres auctoritatem exercebant.

Digitized by Google

dic: Hæc dicit Dominus Deus: Væ quæ consuunt puluillos (al. pul- A
uinaria) *sub omni cubito manus*, &c.[a] & in signum prælaturæ, quoddam genus velaminis deferebant: de quo nos postea[b]. In his quoque legis naturæ temporibus placentas Deo offerendas non à quibusuis, sed à quibusdam insignioribus, & forsitan ex officio, mulieribus depsi, & coqui solitas colligo ex hoc, quòd pro illa tam mystica, solemníque danda Iacobo ab Isaac benedictione, ipsamet Rebecca non solùm præparauit hœdum, quo Isaac vesci debebat: sed etiam coxit panes, qui oblati sunt ei ad manducandum[c]. Quem ritum imitatæ videntur postea idololatræ mulieres, quæ *conspergebant adipem, vt facerent placentas* B
Reginæ cœli[d]. Hinc deriuatum, quòd legimus viduas ministrasse in templo, etiam post legem aliquo ministerij genere: vt patet de *Anna prophetissa* in Euangelio[e].

a Ezech 13. 18.
b lib. 3. c. 4.
c Genes. 27. 17.
d Ier 7. 18.
e Luc. 2. 37.

Diaconissæ vnde sumpserunt originem.

Quibus prophetissis mulieribus videntur successisse Diaconissæ, de quibus mētio in nouo testamento[f], quæ ministerio mēsarum aliisque functionibus mācipatæ erant: vt *custodiendi vestibula sacra*, vti Ignatius[g] loquitur, hoc est portas, quæ mulieribus tantùm patebant, vt per eas ingrederētur ad destinatā sibi templi partem à viris distinctam. Ad eas quoque pertinebat, teste Clemente[h], mitti aliquando ad mulierū domos, cùm nō posset C
ire Diaconus, propter infideles, & improborum cogitationes: præterea, abstergere frontem earum, quæ ab Episcopo inungebantur: ministeriū exhibere circa baptizandas ob honestatem, & decorū. Item circa infirmas: ac proinde viduæ debebant illis obedire. Quis igitur istas tam ætate, quàm officio venerabiles Diaconissas matres Ecclesiæ tunc extitisse negauerit? & cùm eiusdem Patrum, id est, Apostolorum, suo modo cooperatrices essent ad salutem animarum, ambigere poterit illas esse, quas Paulus[i] vocat *sorores*, & ipse, sicut alij Apostoli, circùm, secúmque ducebat in opus (videlicet) ministerij? Quod si sciremus quænam essent tempore legis naturæ in templis ceremoniæ, D
eodem modo, de istis matribus quæ in re muliebri aliis præerant possemus philosophari.

f Act. 6. 1. 1. Timoth. 3. 11. & 5. 9.
g Epist. 12.
h 3. Constit. cap. 8. 15. & 19 lib 8. c. 28.

Diaconissarum munus, & ministeriū quale.

i 1. Cor 9. 5.

Sorores vocantur Apostolorum.

At præterea inuenimus in Scriptura mulieres prophetissas, quæ non solùm mulieribus præerant, sed etiam viris & vtriúsque sexus matres spirituales vocabātur. Quemadmodum Debora prophetissa fuit iudex totius Israël, supremā exercens tam

Digitized by Google

A in temporalibus, quàm in spiritualibus auctoritatem. Iuxta quam se dicebat *matrem*, hoc est, pastorem *in Israël*[a]. Eadem de causa alia similiter prophetissa in vna ciuitate, se matrem illius appellat[b]. Ille igitur vir illustrissimus & sanctissimus, qui Abraham è cæde reuertenti progressus est obuiam, quatenus proprio nomine vocatur Sem, patrem secundùm carnem habuit Noë, & matrem similiter: sed & genealogiam discipulorum, quos à proprio eius nomine Semaios, Semitas, & Semonæos dictas fuisse videbimus[c]. At quatenus est Melchisedech Rex Iustitiæ supremus iustorum perfectorum, & Ecclesiasticorum B Pontifex; est sine patre & sine matre, nullum ex prophetis aut prophetissis agnoscens superiorem. Subscribunt Lyranus & Abulensis. Imò dum Paulus ita loquitur (qui *Pharisæus & filius*, id est, discipulus, *Pharisæorum erat*[d].) Eliæ, Elisæi aliorúmque priscorum doctorum, & prophetarum, vt potè Enoscæorum stylo vtitur; apud quos superiores dicebantur patres; discipuli verò ac inferiores, vocabantur filij: similiter & apud mulieres prophetides, vt nuper vidimus.

Quædam Prophetissæ etiã viris præfuerunt.

a Iudic.5.7.
b 2.Reg.20.19.
c Cap.17.
d Act.23.6.

Sine genealogia. In eodem vtique sensu. Minorum enim prophetarum, Doctorum, ac moderatorum est habere discipulos, C qui tanquam filij in Domino, generentur ab ipsis, educentur, & dirigãtur, sicut Apostolus aiebat: *Nam si decẽ millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres: Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui*[e]. Vnusquisque autem istorum magistrorum, patrúmque spiritualium suos habet filios, qui illius stirps, aut genealogia nuncupentur. Vnde Enos suam habuit, quæ *Enoscæorum*; Cainan suam, quæ *Cinæorum*; Ascenez suam, quæ *Cenezæorum*; Heber suam, quæ *Hebræorum*; Elias & Elisæus suam, quæ *Rechabitarum* diceretur, vt postea[f] videbimus. Quarum classis nuncupatur *stirps*, cùm dicitur; *Non deficiet vir de stirpe Ionadab, filij Rechab stans in conspectu meo cunctis* D *diebus*[g]. Quæ verba perperam de stirpe carnali ferè ab omnibus intelliguntur: vt similiter ibidem videbimus.

e 1 Cor.4.14.
f lib.3.c.6.
g Iere.35.19
Genealogia pro stirpe mystica & societate.

Huiusmodi genealogias habere affectabant, qui *abducebant discipulos post se*[h]: vel etiam illi, qui de hac aut illa genealogia potiùs quàm de alia esse volentes, dicebant: *Ego quidem sum Pauli, ego verò Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi*[i]. Sed nihil melius ad rem nostram, quàm quòd respondet Paulus:

h Act.20.31
i 1.Cor.1.12.

Digitized by Google

 A

Abducere discipulos post se quid sit. *Diuisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?* Nimirum, Christus non habet particularem quandam genealogiam aut discipulorum classem: sed omnium genealogiarum supremus Pontifex est, & caput omnium Ecclesiarum. Iam *disparietauit omnes filios Seth* [a] & vt cum Paulo Hebræi sermonis peritissimo loquamur, *Ipse est pax nostra, qui fecit vtráque vnum, & medium parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua,* &c.[b] Destruxit, inquam, omnia filiorum Dei sodalitia, quæ iuxta præpositorum, vel magistrorum suorum diuersa nomina diuersis appellabantur nominibus, & velut tot parietibus distinguebantur ab inuicem: fecitque vt *omnes filij Dei, qui erant dispersi, congregarentur in vnum* [c]. Sicut agnouit & fassus est Nathanael vnus ex istis, vir in lege doctissimus, sed *verus Israelita sine dolo*, cùm dixit ei, *Tu es filius Dei, tu es Rex Israël* [d]. Quasi dicat, tu es ille filius Dei naturalis, qui omnium filiorum Dei Israëlitarum verus Rex, omnes in vnum sub tuo regimine & nomine debes aggregare, vt omnium gregum istorum sub te *fiat vnum ouile & vnus pastor* [e]. Cuius figura fuit summus Pontifex Melchisedech, qui non habet particularem aliquam classem, sodalitatem, aut genealogiam discipulorum, sicut suis temporibus Ascenez & Heber nepotes eius habuerunt: sed *est pater omnium filiorum Heber* [f]. Omnium, inquam, quæ in tota Chananæa, & in toto mundo, siue à suo nepote Gomer in Galatia, siue ab Arphaxad in Chaldæa & Babylonia, siue alibi ab aliis erigi potuerunt sodalitia, supremus pater ac moderator est.

a Num. 24. 17.
b Ephes. 2. 14.
Christus disparietauit omnes filios Seth
c Ioã. 11. 52.
d Ioan. 1. 50.
e Ioan 10.
f Gen. 10. 21.

B C

Dies alicuius quo sensu dicantur. *Neque initium dierum, neque finem habens.* Solet S. Scriptura vocare dies alicuius tempus illud & tempestatem, in qua potissimùm aliquo modo emicuit, &, vt dicere solemus, floruit inter homines. Vt cùm dicitur: *facta est manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis* [g]: hoc est, quandiu fuit iudex super Israël, & supremum habuit dominium. De Saüle autem dicitur: *Erat autem bellum potens aduersus Philisthæos omnibus diebus Saül* [h]. Id est, quandiu regnauit. Similiter de Salomone: *Habitabátque Iuda, & Israël absque timore vllo vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua à Dan vsque Bersabeæ cunctis diebus Salomonis* [i]. Præterea notauimus antea, [l], quonam mundi sæculo, vel tempore *cœpit Enos inuocare nomen Domini* [m]: & coniecimus id eue-

g 1. Reg 7. 13.
h 1. Reg. 14. 52.
i 3. Reg. 4. 25.
l lib. 1 c. 11.
m Genes. 4. 26.

D

Digitized by Google

A nisse circa annum mundi 396. Cainam verò filium eius circa annum 461.[a] Idem fecimus de Cenezæorum & Hebræorum sodalitatibus[b]. Igitur aliquo tempore facilè erat notare tempus, quo vniuscuiusque illarum genealogiarum pater & magister suum institutum & magisterium inchoauit, & quando illius morte vel aliquo alio modo finem accepit: cui alius successit, cuius sodalitas aliquod initium habuit, vel in nominis mutatione terminum: vtpotè, quando qui priùs dicebantur filij prophetarum, Rechabitæ appellari cœperunt. Ita vt dici potuerit: Genealogia Enoscæorum tali tempore florere cœpit, & tali
B tempore finem accepit in Essenis. Similiter de aliis congregationibus & genealogiis. At non ita est de summo Pontifice Melchisedech, licet antequam summus esset Pontifex, sub nomine quatenus Sem, Magorum & Samanæorum pater & magister esse potuerit, vt vidimus[c], & videbimus[d]. Cùm enim eius auctoritas & dominium omnes istas, & quascúmque alias præteritas & futuras vsque ad mundi finem amplectatur genealogias, quia toti fidelium congregationi præest, atque Ecclesiæ Catholicæ caput est, quæ non respicit huiusmodi particulares temporum articulos, aut illis circunscribitur: sed quem-
C admodum ab origine mundi initium habuit, non nisi pereunte mundo finem habitura: ita summus Pontifex Melchisedech, *neque initium dierum, neque finem vitæ habens est.* Quo etiam pacto nunc Romanus Pontifex, quem non sine mysterio Spiritus sanctus Papam appellari voluit, quasi ad ista Pauli verba alludens, quia cæterorum *pater patrum*, nullum habet patrem, neque matrem, neque initium dierum, neque finem vitæ habens est.

a lib.1.ca 15
b cap. 5. & infra cap.9.
Melchisedech quatenus Sem, nō quatenus Melchisedech genealogiam, initiū & finem dierū habuit.
c cap.5.
d cap 17.
Sūmus Pontifex, cur Papa vocatur.

Et tandem sacerdotium Melchisedechianum respectu Aaronici, neque initium dierum videtur habere, neque finem vitæ:
D eò quòd Aaronicum initium habuit in medio sæculorum, nempe circa annum mundi 2256. vt videbitur postea[e], & in morte Christi finem habuit. Melchisedechianum autem à primis Adæ temporibus cœpit[f]: perfectum est à Melchisedecho[g], nec vnquam destitit[h], & tandem à Christo mirabiliter sacrosancto suo corpore & sanguine illustratum, ad finem mundi duraturum est.

e lib 3.c.12
f lib.1.c.1.
g Cap.10.
h lib.1 c.17.

Hæc sit vna horum Pauli verborum de Melchisedecho ex-

Digitized by Google

planatio, quatenus summum totius Ecclesiæ tenemus fuisse Pontificem: quod quidem munus Apostolus videtur præsertim respicere in toto isto sermone, vt iam diximus. Quamuis Scriptura[a] sub nomine Sem summum in Ecclesia pontificem illum non obscurè constituat post diluuium; sicut Seth post Adam ante diluuium, his verbis: *Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam*, sed elegantissimè in libro Genesis, vt vidimus[b]. Quæ omnia prorsus quadrant cum arcana æquè ac concisa benedictione, quam ipse accepit à patre Noë his verbis: *Benedictus Iehoua Iudex Sem*, quibus soli Deo, nulli verò mortalium subditus esse perhibetur. Si quis tamen putat Paulum de persona non de dignitate loqui, en illi alteram expositionem paucis profero. B

a Eccl. 49.

b Cap. 9.

Sem tanquā summus Ecclesiæ Pōtifex elegātissimè describitur in Scriptura.

Semel, & iterum idem Apostolus[c] reprehendit Iudæos, præsertim Doctores, quorum erat Scripturas euoluere, quod *intenderent fabulis & genealogijs interminatis* (Græcè ἀπεράντοις, quæ finem non habent) *quæ quæstiones præstant magis, quàm ædificationem Dei, quæ est in fide.* Cùm autem videatur alias scrutari permittere, quæ non sunt interminatæ, quæque ædificant seu astruunt fidem: istas non alias esse puto, quàm quæ ducuntur à Christo vsque ad Abraham, qui est *pater fidei nostræ*[d], & specialiter Iudæorum patriarcha, cuique de Christo factæ sunt promissiones. Vnde Iudæi perpetuò iactabant, *Patrem habemus Abraham, & semen Abrahæ sumus.* Et Matthæus Hebræus non vltra Abraham duxit Christi genealogiam. Et quamuis Lucas illam trahat vsque ad Adam, hoc de ista sola fieri debuit: eò quòd omnes Patriarchæ etiam ab Adam ad Christum relationem habebant tanquam vniuersæ legis finem. Alias verò particulares genealogias vltra Abraham deducere, non nisi quæstiones præstare, vel etiam fidem patefacere, nedum ædificare poterant, *stultas etiam quæstiones* mouebant *contentiones & pugnas* verborum, propter nimiam temporum distantiam. Vnde exponit Hieronymus genealogias Iudæorum, qui à puero ita hisce student, vt ab exordio Adam, vsque ad Zorobabel omnium generationes ita memoriter, velocitérque percurrant, vt eos suum putes nomen referre. C D

c 1. Timot. 1 4. & Tit. 3. 9.

Genealogiæ interminatæ quæ dicātur ab Apostolo.

d Rom. 4 11

Stultæ quæstiones apud Apostolum quæ sint.

Vult igitur Apostolus, vt postquam Christus venit, qui finis est

Digitized by Google

est vniuersæ legis, ista curiosa, inutilis, & periculosa genealogiarum, interminatarum maximè, & quæ ducuntur vltra Abraham, cesset discussio, etiam inter Doctores & legisperitos; quibus vsque ad Christum id facere incumbebat ex officio. Quando ergo Paulus ait Melchisedech esse *sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habentem*: de sola illa genealogia intelligit, quæ Iudæorũ ab Abraham ducentium originem peculiaris est: quam ideo Hebræos alloquens κατ' ἐξοχὴν vocat *genealogiam*. Vnde statim tanquam se exponens, ait de Melchisedech: *cuius generatio* (seu genea-
B logia) *non annumeratur in eis* [a]: id est, in illa genealogia, in qua Leui, & ab eo descendentes annumerantur. Quamuis ergo Sem, seu Melchisedech secundùm genealogiam generalem omnium hominum, & nationum, quæ descendunt à Noë generis humani reparatore [b], habeat patrem, & proinde matrem, & initium dierum, & finem vitæ etiam expressum in Scriptura: tamen iuxta specialem Iudæorum, & præsertim Leuitarum, de quibus sermo est, ab Abraham originem ducentium, genealogiam, nullum illorum habet. Simplex valde ac sincera mihi videtur ista expositio. Alias taceo, sine numero expositiones,
C aliud profitens, & ad alia properans. Notet tamen nouus adhuc viuentis Melchisedechis author totum istud, & sequens capitulum.


a Heb. 7. 6.

b Genes. 10. per totum cap.

CAPVT XII.

De æternitate, ordine, & oblatione sacrificij Melchisedechis, secundùm quæ figura fuit Christi.

D



ASSIMILATVS *autem filio Dei*, etiam in hoc quòd Christus filius Dei, vt homo, sine patre est: & vt Deus, sine matre, *manet sacerdos in æternum*. Æternitas sacerdotij Melchisedech satis facilè concipitur, & elicitur ex iis, quæ in præcedenti capite diximus. Cùm enim summus Ecclesiæ Dei Pontifex sit caput corporis mystici, quòd

Sacerdotij Melchisedechis æternitas in quo sit.

secundùm suam totalitatem consideratur: secundùm quam A
nunquam dissipabitur, quantuncúmque in membris particularibus vulneretur, aut mutiletur, quódque semper erit viuum, semper vnum, semper sanctum, semper Catholicum, tam respectu temporum, quàm locorum. Et quicúmque totius illius corporis caput est, non habet initium dierum, neque finem, sicuti diximus: & proinde est sacerdos in æternum. Talis autem erat Melchisedech, vel etiam postquam sacerdotes
a lib 1.c.17. ex tribu Leui, ad hanc dignitatem electi fuerunt, vt antea[a] diximus.

Ideo Melchisedech dicitur assimilatus Christo, vel Christus dicitur, *Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech*[b]: primò propter antiquitatem summi sacerdotij, quod ante diluuium in vno Noë videtur bene ordinatum: cui cùm Melchisedech successerit, & post orbis terrarum in tot partes, velut corporis in diuersa membra, diuisionem: iam in illo velut bene organizati corporis caput venustiùs, & elegantiùs cœpit apparere. Quæ quidem antiquitas non ita resplendet, aut emicat in summo Pontificatu Aaronis, ac in Melchisedech, in quo species quædam est æternitatis à parte ante. Secundò & præcipuè consideratur æternitas summi Pontificatus Christi respectu æternitatis Pontificatus Melchisedechi, quod illud corpus, cuius erat caput, nunquam erat interiturum. Et adhuc peculiari ratione sacerdotij, Christus dicitur sacerdos in æternum: quia nullum aliud succedet alterius rationis sacrificium, & sacerdotium, illi sacrificio & sacerdotio, quod instituit abrogans vetus Leuiticum seu Aaronicum.

b Ps. 109.4.

Summi Pontificatus dignitas primùm in Noë stabilita videtur.

Melchisedech in quo assimilatus dicitur filio Dei.

Præterea, illa assimilatio Melchisedechi cum filio Dei, etiam in ipso nomine *filij Dei* denotatur: quia Melchisedech professione erat filius Dei, id est, Propheta: & Christus filius Dei naturalis erat magnus ille Propheta, promissus à Deo per Moysen: PROPHETAM *de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus*, &c.[c] Sed presertim in hoc, quod sicut Christus est filius Dei naturalis: cæteri autem fideles filij Dei per adoptionem & gratiam, & nõ est alia filiatio, quæ vnquam attingere possit ad dignitatem filiationis, quam habet Christus. Ita Melchisedech est supremus inter filios Dei, nec solùm omnium dignissimus, sed & caput, & pater, & pastor, vt nuper diximus, & prius expositum est[d].

c Deut. 18. 15.

d Cap. 9.

Digitized by Google

A *Intuemini autem quantus sit hic, cui decimas dedit de præcipuis*
Abraham Patriarcha. Vis est in nomine *Patriarcha.* Volens
enim Paulus probare sacerdotium, & pontificatum Melchise-
dech longè digniorẽ, & excellentiorẽ fuisse põtificatu & sacer-
dotio Aaronico, premit hanc Abrahæ dignitatem: quod sit
princeps illorum patrum, ex quibus Aaron summus Pontifex
carnalem traxit originem, nempe pater Isaac, Iacob, Leui,
Caath, Amram: vt talem faciat illationem. Si Patriarcha tan-
ti Pontificis, ex debito dedit decimas Melchisedecho, quan-
tus debet esse Pontifex ille, qui à tanto Patriarcha recepit de-
B cimas?

Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes mandatum habent
decimas sumere à populo secundùm legem, id est, à fratribus suis, quan-
quam & ipsi exierunt de lumbis Abrahæ. Hac phrasi, *de lumbis*
Abrahæ, inculcat ampliùs propagationem carnalem, secundùm
quam filij Israël, ex quacúmque tribu fuissent, qui ex lege
tenebantur Aaroni soluere decimas, ex Patriarcha Abraham
erant oriundi. Et quanquam ex hoc, quòd sicut Aaron, & Leui-
tici sacerdotes descenderunt ab Abraham, æquales illis essent:
ex eo tamen quòd ex præcepto legis tenebantur offerre illis
C decimas, longè inferiores erant. Et tamen ipsi Leuitici gene-
ris sacerdotes tantò illis superiores, cùm adhuc essent in lumbis
Abrahæ Patriarchæ, qui illis multò dignior erat, per illum sol-
uerunt decimas Melchisedecho.

Cuius autem generatio non annumeratur in eis. Hîc habetur
idem verbum Græcum, quo antea dictus est Melchisedech
fuisse *sine genealogia.* Ibi enim erat ἀγενεαλόγητος, hic autem,
ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, *ille autem non genealogizatus ex*
eis. Sensus igitur est, vel secundus quem in fine præcedentis
capitis posuimus: vel iuxta alterum præcedentem, illum vi-
D rum, qui sine vlla particulari discipulorum genealogia est, qua-
lem habebant illo inferiores Ecclesiastici: cùm sit super om-
nem genealogiam; multò minus genealogiam habuisse ex sa-
cerdotibus Leuitici generis: qui tot retrò post illum annis non-
dum erant, sed solùm in lumbis erant Abrahæ, quando deci-
mas recepit ab eo.

Ista igitur verba important aliam honoris, & dignitatis emi-
nentiam, quæ erat in *Rege iustitiæ,* & supremo illo Ecclesiastico,

Digitized by Google

rum Pontifice: qui cùm, inquantum huiusmodi, nullam haberet discipulorum genealogiam, cuius specialis pater diceretur, cùm esset in viuis: sed omnes sua amplectebatur auctoritate: multò minus habebat genealogiam constantem ex Leuiticis sacerdotibus, qui nondum erant, sed solùm in lumbis Patriarchæ eorum Abrahæ, quando obtulit ei decimas. A

Decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones, benedixit. Sine vlla autem contradictione, quod minus est à meliore benedicitur. Præter quàm quod Abrahã magnas acceperat à Deo promissiones: iam enim dixerat ei, *faciam te in gentem magnã, & benedicam tibi*, &c. *atque in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ* [a], erat *Hebræus* [b], id est, ex illorum filiorũ Dei sodalitio, & genealogia, quæ tunc ab Heber Hebræorum nominabatur, imò illorum moderator, vt ex Scripturæ textu ostendimus [c]. Ideò tanquam minor à maiore, subditus à prælato, Episcopus à summo Pontifice benedicitur ille, qui tantæ eminentiæ erat apud Iudæos, nec non Leuitas, quippe qui illorum omnium caput est & Patriarcha. B

a Genes. 12. 2. & 3.
b Genes. 14. 13.
c lib. 1. c. 16.

Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur quia viuit. Semper memoria tenendum est, Apostolum loqui de hoc viro, qui obuiauit Abrahæ, nõ quatenus erat Sem, ex Noë carnali propagatione genitus, sed quatenus est Melchisedech, id est, *Rex iustitiæ*, seu summus Ecclesiæ Dei Pontifex. Deinde notandũ, cum omnibus ferè expositoribus, iuxta Græcũ haberi *contestatus*, quamuis lectio vulgata in idem incidat. Tertiò notandum, quòd Apostolus scribens ad Hebræos, per particulam *hic* denotat Iudaismũ, & per *homines morientes*, de quibus in præsenti tempore dicit, *decimas accipiunt*, intelligit sacerdotes Iudæorum tunc existentes, quos vocat *morientes*, quia sacerdotium eorum iamiam defectum, & finem accepturum erat. Tales autem homines cùm suo sacerdotio deficientes comparat Melchisedecho, quem nouo quodam honoris titulo nominat *contestatus quia viuit*, vel iuxta Græcũ, *testatione dictus quia viuit*. Per quod complexum, intelligit Melchisedechum, cuius sacerdotium permansurum est in æternum, Deo id attestante cum iuramento, vt mox dicet Apostolus ex Psalmista [d], *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum; Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.* Quod quidem iuramentum C D

d Ps. 109. 4.

Digitized by Google

A factum à Patre filio suo Christo, tribuitur Melchisedecho, tanquam ei, qui fuit eius figura: Ita vt, cùm per tale iuramentum contestatus est Christus, quod sacerdotium eius futurum esset æternum: contestatus etiam aliquo modo est Melchisedech, qui longè ante Christum tale in figura exercuit sacerdotium. Sic Theophylactus videtur intellexisse, & alij post eum.

De viuente adhuc Melchisedecho noua opinionis causa quæ est.

Quamuis vitam hîc, & mortem naturalem, & non mysticam meditantes multis sese implicent difficultatum inuolucris. Hinc noua & extranea prorsus opinio traxit originem, B quòd Melchisedech naturali adhuc nunc fruitur vita. Horum ergo verborum genuinus sensus est: Quod sacerdotes Leuitici, qui in genealogia Abrahæ viuere videbantur (nam eo quod Catalogus genealogicus, in quo non nisi in hac vita superstites ascribebantur, vocabatur *liber vitæ*: de quo nos alibi [a], in multis sibi succedentibus eiusdem tribus sacerdotibus, iam adueniente Christo, vel ipso mortuo, in suo deficiente sacerdotio moriuntur: Melchisedech verò, qui non genealogizatus in eis, videbatur esse *sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens*, iam viuit, & quodammodo re- C uiuiscit in Christo: cui de illius vita tale datum est à Patre cum iuramento testimonium: *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedech.* Cùm enim Christus iuxta promissum sibi cum iuramento factum à Patre implet figuram sacerdotij Melchisedechis, qui non genealogizatus in genealogia Abrahæ seu Iudæorum nusquam fuisse videbatur, simul cum Patre æterno testatur, quòd Melchisedech, eiúsque sacerdotium viuit: sacerdotium verò eorum, qui genealogizati viuere videbantur, deficit, perit, relinquitur; & sic qui mortuus, vel nusquam fuisse videbatur, vi- D uit, & de hoc diuinum habet testimonium, qui autem viuebant, moriuntur.

[a] Iob. 14. 10.

Melchisedech, qui sine genealogia mortuus videbatur, viuit in Christo: sacerdotes autem Leuitici, qui in genealogia viuebant, mortui sunt in Christo.

Cùm ergo Apostolus ait, *Et hîc quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatus quia viuit*, sensus est: In præsenti statu Iudæorum sacerdotes Aaronici, mox in suo sacrificio defectum passuri, decimas accipiunt: in statu verò Melchisedechiano, ille Pontifex decimas accipiebat, qui à Deo testificationem acceperat, nunquam eius sacrificium finem

acceptutum. Vnde constat huius super illud sacerdotium præstantia.

Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundùm ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundùm ordinem Aaron dici? Particula μὲν vim habet causalitatis; quasi diceretur; εἰ μὲν, *si enim.* Intendit Apostolus probare, quod dixerat, sacerdotium Aaronicum languescere, & ad defectum accelerare, ista nempe ratiocinatione. Multis post Aaron sæculis surrexit quidam sacerdos, qui non erat secundùm eius B ordinem, sed secundùm ordinem Melchisedech constitutus à Deo per ista verba: *Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.* Si igitur adimpleri debebant scripturæ in sacerdotibus Aaron, frustra & falsò dixisset Deus hoc alteri, qui non est sacerdos secundùm Aaron, sed secundùm Melchisedech: & iste sacerdos qui surrexit, fuisset, secundùm Aaron, quod tamen falsum esse comperitur. Proinde consummatio fieri debebat, non per sacerdotium Leuiticum, sed per sacerdotium Melchisedechicum.

Sacerdotiũ Leuiticum consummari habebat per sacerdotem Melchisedechianum, & iste erat Christus.

Translato enim sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat. Etiam C hîc de lege, vt in præcedenti tmemate mentionem facit. Per legem autem intellige non Decalogum, ad cuius obseruantiam tam Christiani, quàm Iudæi tenentur: sed aliquod institutum quibusdam ritibus & ceremoniis constans: cui annexum est quoddam sacerdotium ei proportionatum. Aaronicum autem carnale erat, & temporarium, simile legi, quæ erat carnalis. Christi verò sacerdotium, spirituale, quale decebat Melchisechum Regem iustitiæ, qui figura eius erat. Proinde post sacerdotium Aaronicum Christus à Deo missus surrexit sacerdos secundùm ordinem Melchisedech: quia Aaronicum imperfectum erat, & insufficiens: & ideò credere debuit sacerdotio D Christi, quod longè perfectius est.

In quo enim hæc dicuntur, de alia tribus est, de qua nullus altari præsto fuit. Manifestum est enim, quod ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus locutus est. Clara sunt ista, quibus probat translatum esse sacerdotium, non solùm iuxta expressum Dei ad Christum factum iuramentum: sed etiam ex tribu Leui, in qua constitutum erat à Deo sacerdotium legis Mosai-

Digitized by Google

cæ, ad tribum Iudam, de qua est Christus, cui nihil tale vnquam de sacerdotio legis Mosaicæ promissum fuerat.

Et ampliùs adhuc manifestum est; si secundùm similitudinem Melchisedech (qui significat *regem iustitiæ*, quod semper, & hîc præsertim ponderandum est) *exurgat alius sacerdos*, qualis est Christus, *qui non secundùm legem mandati carnalis*, vtpote de carne circuncidenda & lustranda, & aliis, quæ carnem tantùm non autem animi fibras attingunt: *sed secundùm virtutem vitæ insolubilis*. Id est, secundùm iustitiam, in lege naturali, quæ insolubilis est, contentam. propter quam ipsa lex naturalis nuncupatur
B *iustitia*, à qua nomen habet Melchisech: quæque seruatur per charitatem & Christi gratiam, qua anima *vitæ insolubilis* & immortalis perfectam insolubilitatem æternámque cum Deo coniunctionem acquirit.

Contestatur enim, supple Deus cum iuramento, vt dictum est, *Quoniam tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedech. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex. Introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum. Et quantum est non sine iure iurãdo (alij quidem sine iure iurãdo sacerdotes facti sunt,*
C *hic autem cũ iureiurando per eum dixit ad eum: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum) in tantùm melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco, quòd morte prohaberentur permanere: hic autem eo quod maneat in æternum sempiternum, habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis*, &c. Quibus verbis declarat & confirmat, quæ dixerat. Et nos hîc materiam de Melchisedech terminabimus. Qui mortuo patri anno mundi 2006. in supremo Ecclesiæ Pontificatu successit, cùm tunc 449. vitæ
D suæ duceret annum. Tantæ autem in Ecclesia semper fuit dignitatis & auctoritatis, vt, etiam viuente patre, ab eius natiuitate anni mundi numerarentur, vt ex Methodio iam collegimus, & mox iterum visuri sumus.

Digitized by Google

Capvt XIII.

Quo tempore nonnulli ex Noëtica familia discedentes ex terra Orientali Etham cœperunt ædificare ciuitatem Babel. A quo habuit principium: quando Nembrod in ea regnare cœpit: quo tempore, & à quibus turris Babel ædificata est: quando, & quo modo facta est diuisio linguarum. B



Xpedita de Melchisedech, & pronepote eius Heber digressione, quam terrarum factæ diuisionis occasione fecimus, ordo chronologiæ exigit, vt nunc de gentium per orbem dispersione, quæ quarta hominum post diluuium transmigratio dici potest, differamus, facem nobis præferente Moyse [a] his verbis, *Erat autem terra labij*
a Gen. 11. 1. *vnius, & sermonum eorumdem. Cúmque proficiscerentur de oriente,* C
inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Quæ sicut supra modum concisè scripta sunt: ita à nobis concisè quidem, pro nostro instituto, sed quantum fieri potest dilucidè exponenda sunt. Et primò notandum. Quòd licet iste progressus ad campum Sennaar fiat sub duce Nembrod: qui tamen proficiscuntur, sunt de stirpe Sem, de qua sermo præcesserat; vel saltem ei attribuitur: eò quòd isti homines ab Arphaxad mittebantur, vt videbimus. Secundò notandum, opportunè admodum illa verba præmitti, antequam de ciuitate & turri Babel, necnon de linguarum confusione texatur D
historia, imò priusquam fiat sermo de transmigratione ex terra Orientali in campum Sennaar, quæ centum annis dictâ confusione antiquior est.

Siquidem illius transmigrationis tempore iam *terra* (vtique tota) *erat vnius laby*, &c. Et postea, qui turrim Babylonicam ædificare meditantur, dicent, *Celebremus nomen nostrum*, &c.[b]
b Vers. 4.
Quòd sanè apud alias iam existentes nationes faciendum existimant.

Digitized by Google

A stimant. Ex quo deducitur, quod in confusione linguarum iam totus orbis terræ incolebatur ab hominibus, qui vnius erant labij nempe à 43. annis, hoc est à iam facta diuisione terrarum.

Tertiò notandum, illos qui proficiscūtur ad terram Sennaar, non esse omnes homines, vt multi putant, sed illos tantum, vel potiùs quosdam ex illis, qui tunc ab annis 77. sub Arphaxadis, seu Ionithi moderamine habitabant, & valde multiplicati erant in oriēte, id est, terra orientali Etham, vt vidimus[a]. Nam, vt optimè argumentatur Cajetanus, *si fuissent omnes homines*
B *valde stulti fuissent cogitando, & dicendo: Ædificemus nobis ciuitatem*, &c. *Sed vox ista illorum tantum est, qui profecti, ex Oriente venerunt ad habitandum in campo Sennaar.*

a Cap. 2.

Quartò, non promptam aut expeditam, sed textam paulatimque factam, nempe, ab habitationes quæritantibus transmigrationem mihi sapiunt, ista verba tam in Hebræo & Græco, quàm in Latino textu, *cùmque proficiscerentur de Oriente inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo*: in paruulis leuiterque constructis (vt credo) habitaculis, statim enim post diluuium videtur, ex Dei mente, & pro filiorum nepotumque
C Noë sanctitate aliquid reuixisse primæ simplicitatis: qua *vestimentum, & domus erat ad protegendum turpitudinem*[b]. Deinde necessitate coacti, & edocti, initoque consilio, solidiùs sine lapidibus, qui illis deerant, ædificandi artem inuenientes, *dixit alter ad alterum, faciamus lateres*, &c. Quam artem exercuisse videntur in priori parte illiùs campi Sennaar, paruas ibi primò construendo ciuitates. Deinde vlteriùs procedendo, cùm peruenissent ad aliam partem, quæ opportuna illis visa est, in qua magnificas ciuitates ædificarent: nouo inito consilio dicunt: *Venite faciamus nobis ciuitatem.* Nimirum, quæ cæterarum vr-
D bium caput, & metropolis esset, de quibus sic intelligo quod de Nembrod legitur, *fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Arad, & Chalamis in terra Sennar*[c]. Ex eo autem quod Sennaar significat mutationem ciuitatis, primùm fortasse illius, quæ postea à confusione linguarum dicta est Babel, nomen fuerit. Cùm videlicet eius ædificatores à minoribus illis ad eam venissent, à qua etiam vallis ipsa facile cognominata postea est.

Qui ex terra Oriētali venerunt in campum Sēnaar paulatim id fecerunt

b Eccli. 28. 29.

c Genes. 10. 10.

Videas vsque nunc tres Noëticarum familiarum transmigrationes: quarum prima fuit à montibus Arad, ad regionem Thamna in planitie: secunda Arphaxadis cum quibusdam, ex Tamna ad regionem Etham: tertia quorumdam hominum sub duce Nembrod, ex Etham in campum Sennaar, vbi condita est Babel. Huius autem triplicis habitationis vmbratilem quandam notitiam habuit Plato [a] scribens: Tria apud homines, post diluuium habitationis genera esse instituta. Primò enim homines habitasse in ipsis montium cacuminibus: quòd habitationis genus ait adumbratum esse ab Homero, vbi Cyclopum vitam & sedes in montium antris describit. Secundùm habitationis genus illorum dicit esse, qui in montium radicibus sedes locabant. Cuius etiam ex Homero profert exemplum in Dardano, qui Dardaniam cōdidit, cùm homines in magnis habitarent vallibus Idæ. Tertium genus habitationis fuit, cùm iam relictis montibus atque eorum radicibus, in planos ac patentes campos homines venire cœperunt. Cuius exemplum ponit Plato Ilum, quem Ilij conditorem tradunt. At verum ex sacris huius tertiæ habitationis exemplum fuit ista ex regione Etham ad campum Sennaar transmigratio, & magnæ ibi ciuitatis ædificatio: cuius tempus sic assignat Methodius.

Ciuitas Babel priùs dicebatur Sennaar.

a lib. 3. de legib.

Et post obitum Noë sexcentesimo, & nonagesimo anno in eisdem trium millium annorum, ascenderunt filij Noë de terra Orientali Etham. Cùm stare nullatenus possit, vt ista ex Oriente profectio post mortem Noë contigerit, priora verba addititia sunt, & intrusa: vnde nec haberi in Græco ritè notauit Salianus [b]; in aliis autem quæ sequuntur pergit auctor annos mundi ab vltimi Chiliarcorum natiuitate numerare. Vnde translator videtur legisse in Græco τριῶν χιλιαδῶν, & hoc nomen sumpsisse pro millenario annorum: cùm legendum esset τριῶν χιλιαρχῶν, id est, trium Chiliarcorum. Proinde legendum puto: *& sexcentesimo, & nonagesimo anno eiusdem trium Chiliarcorum ascenderunt*, &c. Vt sit sensus, eos qui erant in terra Orientali Etham inde discere cœpisse vt irent in terram Sennaar, 690. anno à natiuitate Semi trium Chiliarcorum vltimi: idque iuxta mendosam, quam sequitur Methodius, Græcorum chronologiam, in qua talis annus ab ortu Sem cadit in sexagesimum primum

b ann. mūdi 1756. schol.

Digitized by Google

A ætatis Patriarchæ Reu. Sed iuxta rectum Hebræorum, & Latinorum computum in eiusdem Reu annum, circiter decimum tertium, qui est mundi 1800. Hoc igitur anno contigit, quod nuper dicebat Moyses, *Cumque proficiscerentur de Oriente*, &c. Itaque per deserticolas, intellige eos, qui è terra Etham ab Arphaxad missi sunt in terram Sennaar, de quibus Esaias [a], iuxta Hebr. *Iste populus* Chaldæorum *non erat illic, olim Assur fundauit eam deserticolis, qui erexerunt areas eius.* Quasi Nembrod propheta Domini vnus ex eis extiterit: ex quibus B populus Assyrius in terra Sennaar principium acceperit. Nembrod autem, vt multi consultè iudicant, huius coloniæ dux, & vt puto, ab Arphaxad in Gibor, hoc est, Dynastam electus, ab eo tempore atque in illa valle Sennaar cùm auræ popularis venator esset insignis post tres ibi ædificatas vrbes, *cœpit esse Gibor in terra, & erat Gibor Venator coram Domino*, ita vt, *ob hoc exiuit prouerbum. Quasi Nembrod Dynasta Venator coram Domino* [b].

a Cap.23.13

b Gen 10.9.

Septuagesimo verò anno, & nonagesimo (pergit Methodius) *tertiæ chiliadis in quo agebatur nonus annus de iam tertia chiliade ædificata est Babylon magna.* Tu lege, septingentesimo verò anC no, & nonagesimo tertij chiliarchi, nempe Semi, idque iuxta mendosam Græcorum numerationem, in qua 790. annus ab ortu Semi quadrat ferè cum vndecimo anno vitæ Sarug, mundi verò 183. secundùm vulgatæ & Hebraicæ editionis computum. Nonus autem annus de tertia chiliade est fortasse dies Semi natalis, vel anni principium. Hoc igitur anno, *ædificata est Babylon magna*, pergit Methodius, id est, cœpit ædificari, atque ex iis qui sub duce Nembrod aduenerant anno mundi 1800. in campum Sennaar, ibique ex lateribus habitacula vrbesque construxerant, vt paulò ante ex Moyse vidimus: nonD nulli trigesimo post anno, id est, mundi 1830. cogentes concilium dicunt ad inuicem, *Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim*, &c. Puto hîc à Moyse turrim cum ciuitate coniungi breuitatis affectatæ causa, & illos primò de sola ciuitate construenda tunc cogitasse, vt habitationem multitudini compararent, ac regni metropolim constituerent. Deinde post aliquot annos de habitatione minùs solliciti, qua non ampliùs indigebant, pompam & magnificentiam affectantes iterum

Babel ciuitas quando cœpit ædificari.

c Gen.c.11

Digitized by Google

tesimo nonagesimo tertij chiliarchi ædificatam fuisse Babylonem magnam, & regnasse in ea Nembrod, postquam magna effecta est. Ad hoc referri videtur quod Eupolemus apud Alex. Polihistorem scribit, Babylonem primò à gigãtibus ædificatam fuisse: & quod habet Berosus[a], Chus patrem Nembrod dictum fuisse Chur & patrem fuisse Curetium. Non quod ipse fuerit Curetes (Hebr. Rapha) sed primorum Rephaim tempore in diuisione terrarum Dynasta fuerit in Æthiopia: sicut postea nepos eius Nembrod in Babylonia antequam regis nomen accepisset. Sed ad Methodium reuertamur.

a lib. 5. Ant.

B *Et ædificauerunt*, inquit, *turrim in terra seu campo Sennaar*. Intellige stabilito iam regno Nembrod, & amplificata iam ciuitate, de cuius ædificatione nuper egerat: ideo nunc de sola turri mentionem facit: cuius solius ædificationis occasione contigit confusio linguarum, de qua sic subiungit, *Et ibi facta est diuisio linguarum: & ex hoc dispersi sunt homines super faciem terræ totius*. Pro cuius elucidatione dicendum est, quod qui nesciunt distinguere inter terræ diuisionem factam in natiuitate Phaleg à Noë, & tribus eius filiis non solo consilio, propter quod *diuisio terræ* dicta est; sed actuali etiam familiarum per orbem di-
C missione completam, quæ ideo *diuisio gentium* à Moyse vocata est, & inter linguarum confusionem, quam dispersio gentium secuta est, multis sese inextricabilibus inuoluent quæstionibus circa chronologiam. Licet quoque Hebræi benè numerent centum & vnum, vel duos annos à diluuio ad ortum Phaleg: malè tamen confusionem linguarum ad finem vsque vitæ eius referunt, hoc est, ad 340. annum post diluuium, quæ contigit anno mundi 1900. postquam Phaleg vixit adhuc 96. annos. Et cùm optimè dicant Abraham natum fuisse anno 292. post diluuium, male tamen inferunt, eum in morte Phaleg 48. an-
D nos habuisse, dum falso putant confusionem linguarum, in fine dierum Phaleg contigisse.

Distinguenda est diuisio gentis, à confusione linguarum.

Sed potiùs dicendum est, Abraham natum esse 48. anno post dictam confusionem: quæ contigit non quidem anno diluuij 340. sed 344. mundi verò 1900. quemadmodum diuisio terræ, vel gentium contigit anno mundi 1775. Itaque vna ab alia differt centum quadraginta tribus annis. Rerum enim pro-

Digitized by Google

 A

In historia post diluuiũ temporum interualla notãda sunt.
a Genes. 9. 1.

cessus, & ordo quædam annorum interualla requirebat: vt potè, ad multiplicationem hominum (qui per totum orbem mittendi erant, iuxta Dei toties reiteratum præceptum Noë eiúsque filijs, *Crescite, & multiplicamini; & replete terram* [a]) saltem centum annos à diluuio vsque ad generalem terræ, gentiúmque diuisionem. Deinde ab incolatu terræ Orientalis Etham, qui factus est anno diluuij 68. vsque ad multiplicationem eorum, qui inde ad campum Sennaar incolendum mitti debebant, annos 77. Istorum verò ad ibi ciuitates ædificandas, & incolendas, quæ magni regni initia præpararent, tempus congruum fuit 50. circiter annorum. Item à tempore quo Babel B cœpit ædificari, vsque ad eius amplitudinem, ob quam regni caput dici mereretur, decennium. Ab hac autem amplitudine (post quam turris apparatus fieri cœpisse crediderim) vsque ad confusionem linguarum sexaginta facilè transierunt anni: neque minus requirebat opus mole ac magnitudine propè immensum: magis mirum centum annos in constructione arcæ ligneæ positos fuisse. Proinde dicta temporum interualla congruè admodum ab vno Methodio obseruata fuisse videntur.

Methodius solus tẽporis exactè notauit interualla.

Viso igitur tempore confusionis linguarum, iam de re ipsa C breuiter tractare operæpretium est: nempe, quinam turris auctores & fabricatores fuerint; quo fine & quodnam fuit eorum peccatum; quodnam Dei consilium, vt eos ab incœpto opere penitus desistere faceret, & quomodo facta sit confusio linguarum. Quantum ad primum: annuimus iam Caietani rationibus, quibus absurdum planè indicat dicere cum Tostato omnes homines, qui tunc erant, ædificationi huic interfuisse. Quibus nostras iungendo dicimus primò, id esse contra mentem Moysis, qui (vel Deus ipse) vocat hos ædificatores *vnum populum* [b], tanquam vnius regni contribules communi modo loquendi, vt ab aliis populus distinguitur: quæ distinctio non esset, si tunc omnes totius orbis homines ibi essent. Secundò, verisimile nullatenus est eos, qui ex Oriente venerunt in campum seu terram Sennaar, & tempore diluuij, id est, ab annis 144. in illis mansisse regionibus, & postea ita illas deseruisse, vt nullus ibi habitator remanserit, vt huius ædificationis partici- D

b Gen. 11. 6.

Digitized by Google

pes essent, necnon linguarum confusionis, vt de familiarum principibus loquitur Salianus [a] confundens (vt alij) confusionem linguarum cum diuisione terrarum. Tertiò, vna regio, nedum vna ciuitas Babylonis, nequaquam capere potuit omnes homines, qui tunc per multa sæcula viuentes miráque fœcunditate valentes à dicto diluuij tempore innumerabilem genuerant filiorum multitudinem. Quæquidem fœcunditas ex Arphaxadis natiuitate colligitur, qui post duos fratres Ælam & Assur natus, biennio post diluuium ostendit matrem suam intra biennium tres genuisse filios: & tres Noë filios vt egressi
B sunt de arca quamprimum liberis operam dedisse, iuxta Dei iussionem tertiò iteratam, quæ ostendit multiplicationem hominum valdè sibi cordi esse, & iis ex quibus illa pendebat, magnam impertitum fuisse fœcunditatem.

a an. m. 1909. mun. f.

Quartò, si spatio 215. annorum ex 70. viris de familia Iacob prognati sunt sexcenta millia hominum bellatorum exceptis paruulis, senibus & fœminis; ad quem numerum peruenerit Noë familia dicto 144. annorum spatio? Quintò, Diodorus Siculus (cuius auctoritas valet admodum apud omnes) scribit, quod Ninus Rex Babylonis in principio regni sui (quòd fuit
C sexto post linguarum confusionem anno) post multas circa Babylonem deuictas ciuitates, & Reges, sibi quoque subegit Zoroastrem Bactrianorum Regem, qui comparato hominum quadringentorum millium exercitu obuiàm ei processerat: cùm tunc Ninus haberet decies septies centena millia peditum, ducenta millia equitum, curruum autem falcatorum circa decem millia & sexcenta. Quòd si duorum tantum Regum tanta fuit paulò post linguarum confusionem hominum multitudo: quis sanus credet in vna ciuitate seu regione totius orbis homines comprehendi potuisse? Maxima sanè in tanta multi-
D tudine ante confusionem linguarum extitisset hominum confusio: à qua potiùs & meritò, quàm à confusione linguarum illa ciuitas nomen accepisset.

Satis igitur est, ait Salianus [b] modo principes ipsi & capita familiarum, vt vult Epiphanius, in id opus consenserint. Et prætereà S. Augustinus, Hieronymus, & alij numerant 72. gentes & linguas, in quas diuisi sunt homines in dispersione Babel: tot enim personæ puta 72. nominatæ, & enumeratæ reperiuntur [c],

b vbi supra.

c Genes. 10.

nimirùm 14. ex filiis Iapheth, 31. ex filiis Cham & 27. ex filiis Sem. Quorum tamen pace dixerim, quòd ex scriptura[a] nullum alium principem, cum iis qui ex Oriente in campum Sennaar, venerunt fuisse, vt legimus, quàm Nembrod: quem cum suis ab Arphaxad ex terra Orientali missum 43. anno post terrarum diuisionem fuisse iam vidimus: cùm cæteri familiarum principes pacificè degerent in suis regionibus, quæ tunc non autem post confusionem linguarum diuisæ, distinctæque fuerunt. Ergo diuersarum linguarum numerus ab illis sumi non debet. Deinde ex dicto 72. familiarum numero deriuanda sunt nomina patrum, qui diuersam à filiis non faciunt gentem, aut familiam. Item, tota regio quæ contigit Chanaan, & diuidi solet in vndecim, vel duodecim gentes, vt pote Sydonios, Hethæos, Iebusæos, &c. vnico eòque Hebraico idiomate vtebatur: ergo non tot fuerunt linguæ quot numerantur principes: sed neque tot populorum principes & capita quot numerari solent, cùm Iebusæi, Gergesæi, Samaræi, &c. non sint nomina diuersarum nationum, sed vnius gentis Chananæorum diuersa multiplici de causa data eis epitheta, vt vidimus[b]. Quapropter, vnicum Nembrod huiusce (vt ita dicam) missionis, & in campo Sennaar vrbium ædificationis principem fuisse crediderim regiæ præsertim ciuitatis. Non tamen necesse est, vt etiam turris ædificandæ auctor vel promotor fuerit: tum propter eius quam cum Methodio tuemur sanctitatem, quæ ab omni vanitate longè erat, tum quod ei minimè conueniant ista verba, *ne fortè diuidamur*, &c. Rex enim erat ibi mansurus, minimè discessurus, sed potiùs alios ad alias regiones missurus, sicut ipse ex Oriente ab Arphaxad missus fuerat. Quod ergo tam de ciuitate, quàm de turri dixit Caietanus, ego de sola turri libenter intelligerem. *Neque Nembrod*, inquit, *neque aliquem certum hominem auctorem fuisse illius fabricæ, delarat exhortatio & incitatio attributa vagè & indefinitè hominibus: vt intelligamus hinc, quòd Nembrod ciuitatem Babyloniæ inchoatam communi voto & conatu post confusionem linguarum ipse occupauerit*, &c. Huius ergo Regis populus a sexaginta annis mirum in modum in illa regione multiplicatus, qui ideò cito ad alia loca se quoque mittendum optimè sciebat, huius turris verus auctor apud me est. Et hoc sufficiat pro prima quæstione.

[a] Ibidem vers. 10.

[b] Cap 4.

Numerus 72. linguarũ ex numero principũ nepotum Noe probari non potest.

Nẽbrod turris ædificandæ non fuit auctor.

Quantum

Quantùm ad secundum, qua de causa, quóue fine tantæ molis ædificationem excogitarũt, memoriæ reddendum est, quod diximus, fundationem ciuitatis toto decennio differre à fundatione turris. Quandiu autem de solius ciuitatis pro simplici habitatione (quem finem intendere videtur Scriptura [a], in construendis vrbibus, quas vocat *ciuitates habitationis*) constructione sermo factus est, cùm nulla ibi vanitas esset citra peccatum Rex cum suo populo dicere potuit: *Venite faciamus nobis ciuitatem*, &c. At vanitas planè fuit post sufficientem, imò amplissimam habitationem in ciuitate tantæ molis, & altitudinis
B turrim ad habitandum minime necessariam ædificare velle, quod insanæ ac tumultuosæ plebis non autem Regis, facile consilium fuerit. Sicut & quod dicunt, *& celebremus nomen nostrum ne forte dispergamur*, vt volunt Hebræa: subaudi, nõdum vllo memoriæ nomine & gloriæ nostræ relicto monumento, vt exponit lectio Latina, *antequam diuidatur.* Quod autem addunt, *faciamus turrim cuius culmen pertingat ad cœlum*, non infert eos intendisse sic se à diluuio protegere, aut præpotenti Deo bellum inferre, vt cum Iosepho quidam somniarunt: sed tantum hyperbolica locutio est, qua quàm potuerint altissimam
C turrim efficiant, vt etiam ex istis Dei verbis colligitur, *Nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant.* Complere autem nequaquam potuissent intentum de ædificanda turri, quæ cœlum tangeret, & tam dementem cogitationem nunquam admiserunt. Vanitas ergo in hoc est, quòd plus iusto nomen, famámque suam celebrare voluerunt. Licet non penitùs immeritò: æquum enim videbatur, vt posterioribus sæculis primi omnium regnorum magnificentia in insigni aliquo appareret monimento. Displicuit tamen Deo in primis mundi restauratoribus, qui sanctissimi, & adhuc viuentis Noë
D simplicitate, & doctrina multum degenerare videbantur.

a Ps. 106. 7. 36.

Aedificatorum turris verba exponuntur.

Pro tertia quæstione dicimus, Dei consilium intentúmque fuisse multiplex: voluit enim turrim non destruendo, vt facere poterat, sic factum non penitùs improbare, vt & nimiam eius altitudinem impediret, & filiorum Adam, hoc est imbecillium hominum temeritatem reprimeret, & mali consilij vnitatem, per linguarum diuisionem, maxima animorum perturbatione dissiparet. Denique pro sua bonitate, & sapientia ex hoc pec-

Digitized by Google

cato maximum bonum elicere, videlicet factam priùs terrarum gentiúmque diuisionem variorum idiomatum disseminatione coronare, qua nationes iam climatibus, nominibúsque distinctæ, linguis etiam differrent ab inuicem, & in terræ incolis hominibus nouum insignéque totus orbis hac varietate acciperet ornamentum. Huius autem consilij verba sunt Dei ad Angelos suæ voluntatis executores: *Venite descendamus, & confundamus ibi linguam eorum.* Dicendo *venite*, ostendit ita se hoc opus producere velle, vt Angeli sint eius cooperatores: cùm ait *descendamus*, elegans & figurata periphrasis est, qua Deus, cui minimè conuenit descendere, Angelos, qui verè descendunt, velut sibi associans, iter longissimum è cœlo ad ciuitatem Babel pedetentim velut per tot gradus descendere vult, quot annis sua longanimitate expectauit, si fortè isti Babylonij ab eleuatione turris desisterent: cùm autem vlterius procedere non cessarent, vt indicant ista Dei verba, *cœperunt hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant*, eam videlicet quantùm potuerunt eleuando, manifestat eis decretum consilij sui dicens, *Confundamus ibi*, in eodem turris loco, *linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras*, totius nempe orbis, *& cessauerunt ædificare ciuitatem.* Nimirum, qui præsertim in enormi turris eleuatione peccauerant, non solùm ab ea, sed etiam à ciuitatis amplificatione prohibentur, ac præpediuntur, vt ipsis locorum angustiis compulsi citiùs laxiora quærere, & quasi ex conferto alueario huc, & illuc per plura dispergi cogantur examina. B C

Quo modo linguarum diuisio facta est.

Ad quartum quæsitum de modo, quo linguarum confusio facta est, dicimus, illa verba, *confundamus linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui*, non de singulis hominibus esse intelligendum, sic enim humana societas, & coniunctio penitùs dissiparetur: quod est contra Dei mẽtem. Sed ita debet accipi, vt Angeli, seu Archangeli nationum tutelares (iuxta sententiam Origenis) ad Dei nutum per diuersas horum hominum turmas diuersa distribuerẽt idiomata, exempli gratia, Angelus Græciæ præfectus illis omnibus hominibus, qui in dispersione profecturi erant in Græciam, postquam primæ eorum linguæ, nempe Hebraicæ, eos fecerat obliuisci, perfectũ Græci D

Digitized by Google

A idiomatis habitum, quò ſtatim expeditè loqueretur, donabat. Latinorum Angelus idem faciebat illis, qui ad Latium ituri erant: & ſic de aliis. Hoc itaque pacto facta linguarum per Angelos diuiſione, quiſque cum ſuis eadem lingua loquentibus nutu Dei per proprium Angelorum ductus regionem ſuam adiit, nouúmque illuc ſecum detulit idioma. Quod illius regionis habitatores, concurrente Angeli tutelaris miniſterio, Hebraicũ penitùs obliti, ſtatim apprehendentes, mox illo vſi ſunt faciliùs. Sicque factum eſt, vt (exempli gratia) regio, quæ à Iauan dicebatur Ionia, quo nomine iam ab alia diſtinguebatur,

B nouo quoque, quòd Ionicum diceretur, differret idiomate. Ita vt & regio, & incolæ, & eorum idioma à Iauan vocationem acciperent: ſimiliter de aliis philoſophandum eſt; & ſic intelligendum, quod de filiis, & nepotibus Noë dicitur, eorum familias fuiſſe diſtinctas ſecundùm nationes, & linguas in gentibus ſuis [a].

Porrò labium vniuerſæ terræ, nempe Hebræum plùs vel minùs corruptum eſt, ſecundùm maiorem, vel minorem diſtantiam à terra Chanaan, in qua per Heber ibi tunc habitantem, lingua Hebræa, in ſua puritate ſeruata eſt. Videlicet, parùm

C corrupta eſt in Chaldæa, Æthiopia, Arabia, Ægypto, & Cilicia, vbi tunc erant Arphaxad, Chus, Petruſim, Meſraim & Tharſis: magis autem in Africa, in qua erat Phut: magis in Ionia, & Græcia, in qua erant Iaphet & Iauan: adhuc magis in Media, vbi erat Madaim, & ita de aliis. Deus autem per dictos Angelos matrices tantùm linguas condidit, atque hominibus indidit: ex quibus poſtea cæteræ prognatæ ſunt. Nimirum, Latinam quæ matrix eſt Italicæ, Vallachicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ: Græcam, quæ Doricæ, Ionicæ, Aeolicæ, Atticæ: Slauonicam, quæ Polonicæ, Bohemicæ, Moſcouiticæ: Germanicam, quæ

D Heluericæ, Saxonicæ, Anglicæ, Scoticæ: Tartaricam, quæ Turcicæ, & Sarcamanicæ genitrix eſt, &c. vt ritè perpendit Genebrardus. Et de linguarum confuſione iſta ſufficiant. Iam ad noſtrum Methodium redeat oratio.

a Gen. 10. 32.

CAPVT XIV.

De ditione Arphaxadis in terra Etham, in qua Scriptura dicit parentes Abrahæ habitasse à principio: *de pace, quæ erat inter Arphaxad, & Regem Nembrod: de aliorum regnorum principio: de rege Pontipio, quem editio vulgata vocat* Regem Ponti. B



POSTQVAM igitur de sola turris ædificatione, quam confusio linguarum, & dispersio gentium sequuta est, Methodius dixit, *Et ædificauerunt turrim in terra seu campo Sennaar, & ibi facta est diuisio linguarum, & ex hoc dispersi sunt homines super faciem terræ totius,* statim & immediatè subiungit: *Ionithus autem filius Noë tenuit introitum in Etham.* Quæ verba referri debent ad id, quod paulò ante dixerat, Noë *dedisse donationes Ionitho filio suo, & dimisisse eum in terram Etham*: vt sit sensus, quòd licet ex ijs, qui C occasione confusionis linguarum sic per mundum dispersi sunt, multi venissent de terra Etham missi à Ionitho, & licet eorum, qui in terra Sennaar valde multiplicati fuerant, maxima dispersio facta fuerit: ipse tamen Arphaxad semper mansit in sua regione Etham: in qua ditionem principatúmque suum extendit, *Vsque ad mare, quod,* supple mare (puto esse Persicum) *Vocatur Heliochora, id est, regio Solis, in quo,* nempe mari, *Solis ortus fit,* respectu Palestinæ, *& habitauit ibidem,* in regione Orientali Etham. D

a an. mũdi 1931. n. 97. *Cainas fluuius Indiæ à Cainan nomen habet.* b Plin lib 6. cap. 17. Ezech. 27. 23.

Notet, quæso, Lector, quàm hîc bene quadret, quod Salianus [a] quærens habitationem Arphaxadis, & apud auctores non inueniens, ait: *Præsto est Cainas Indiæ fluuius* (forsitan Tigris vel quicúnque alius tunc sic dictus à Cainan) *cuius eum facimus accolam sine cuiusquam iniuria. Is sese in Gangem exonerat, & Brachmanorum agrum irrigat, vt ait Plinius* [b], *& Arrianus in Indicis.* Imò, & nominis literę radicales, & regionis situs omnino

suadet Arphaxad vrbem condidisse, quam suo proprio nomine donauit: de scriptura loquitur, cùm ait [a]: *Haran & Chene* (Hebr. כנה) *Et Eden negotiatores tui*: sitáque videtur non longè à sinu Persico in Oriente Arabiæ felicis, vt colligi potest ex textu præcedenti, vbi mentio fit de Saba. Denique illam regionem, seu regnum amplissimum, & illustrissimum, quod vsque nunc vocatur *la Chine*, à Cainan, id est, Arphaxad, vt principium, ita & nomen accepisse quis non videt? Imò Scaliger [b], vt in Eusebium cesset incandescere, si benè sapiat, inueniet apud Iaponios Chinarum vicinos, ab ipso Arphaxad, aut eius discipulis circa hoc tempus introductam, non quidem Christianorum monachorum, sed antiquissimorum prophetarum Enoscæorum, aut Cinæorum sectam, in iis, qui Bonzij ibi nunc appellantur; licet paulatim, vt alij multi per totum orbem diffusi eiusdem instituti, in idololatriam lapsi sint [c]. Istorum autem vt Recabitarum munus erat canere Psalmos, ac resonare, & habitare in tabernaculis, vt de eis scriptura [d] loquitur. Sed & cuilibet comperire licebit paulò post aduentum Arphaxadis in dicta regione Etham circa annum mundi 1724. diluuij autem 68. iam in Chaldæa suscitatam fuisse primam Brachmanorum originem, quorum princeps & Choragus dicebatur *Iarcha*, quod est Hebr. Rapha, sicut iste Cainan nomine dignitatis vocabatur Arphaxad, id est, Rapha Cased, Curator Chaldææ, vt notauimus [e].

Bracmahorũ prima origo.

a Ezech. 27. 23.

b in Elench. contr. Sera cap. 29.

c 1. Par. cap. 2. 55.

d Cap. 2.

e in Genes. cap. 12. num. 4.

Hîc quoque terminatur multorum anxietas, seu quæstio, & maximè Pererij [f]. Quomodo parentes & maiores Abrahæ, qui erant posteri Sem & Arphaxad, venerint in Chaldæam, ibíque habitauerint. Licet enim ea regio circa Babylonem esset sub imperio posteriorum Cham, & Nembrod: alia tamen pars Orientalis versùs Armeniam à posteris Arphaxad habitata remansit: ad quam vsque idololatria Babylonica peruenit, quæ & Thare infecit familiam in Vr Chaldæorum. Et nos de hoc antea [g]. Sed pergit Methodius: *Et post hæc*, post linguarum confusionem, *fecerunt sibi filij Cham*, ad instar Nembrod, *regem ex ipsis, cui nomen Pontipius.* Hic Zoroastres esse videtur, quem Epiphanius [h] synchronon facit Nembrodo. Cùm enim vel ipse, vel aliquis eius successor in editione Latina dicatur *Rex Ponti*, iuxta Hebræum verò *Rex Eleazar*: & cùm Zoroastres fue-

f Cap. 6.

g initio Panarij.

h Genes. 14. 1.

rit Rex Bactrianorum: profectò Rex Pōti, vel Eleazar erit Rex Bactriæ vel Bactrianorum. Et proinde eodem ferè tempore apud Bactrianos Zoroastres à filiis Cham in regem electus est, quo Nembrod regnare cœpit in Babylone. Ad hæc Methodius:

Et septuagesimo, inquit, *& nonagesimo temporis trium millium annorum, tertio regni Nembrod.* Si de millenariis annorum mundi hîc agitur, & pro septuagesimo legatur septingentesimo; annus septingentesimus & nonagesimus tertiæ chiliadis, iuxta mendosam Græcorum supputationem, cadit in vigesimum circiter annum Phaleg: qui ad amussim Hebræorum & Latinorum est mundi 1777. Sed hoc stare non potest: proinde, quia additur, *tertio regni Nembrod;* quicquid sit de præcedenti computo, tertius annus regni Nembrod est mundi 1843. Hoc igitur anno *miserunt* (nonnulli, puto ex Græcia, cui à diuisione gentium præerat Iapheth) *viros potentes in arte tectoria constructores, & descenderunt in terram Etham ad Ionithum filium Noë: & ædificauerunt ei ciuitatem iuxta nominis ipsius* (Cainan) *nuncupationem*: de qua nuper Ezechiel. Capientur nunc ista facilè, si præsupponamus ea, quæ de terra Etham, & de Ionitho sæpè iam diximus. Sensus igitur est, quosdam in principio regni Nembrod misisse artifices ex Græcia oriundos ad Arphaxad, qui Chaldææ spiritualiter & temporaliter præerat in terra Etham, vt ei ciuitatem ædificarent: quæ, vt ipse, vel Ionithia & potius Chenne, vel vt fluuius Cainas appellata est. Prosequitur Methodius:

Et pax multa erat in terra Ionithi & Nembrod vsque ad præsentem diem. Quis dies iste fuerit aut annus non facilè est diuinare: iste tamen loquendi modus subindicat, ea, quæ iste author scripsit sumpta esse ex vetustissimo quodam libro, vt potè Enochi, in quo dubium non est multa post diluuium à Patriarchis addita fuisse. Porrò ista Nembrodi pax cum sapientissimo, ac piissimo patriarcha Arphaxad ostendit, Nembrodum minimè fuisse tyrannum aut impium: sed potiùs virum pacificum ac studiosum. Iterum Methodius:

Scripsit autem Ionithus epistolam ad Nembrod ita dicens: Quia regnum filiorum Iapheth ipsum incipiet delere regnum Cham. Quibus verbis Petrus Comestor tale dedit glossema: Multa, inquit,

præuidit ac prædixit: In primis autem de quatuor monarchiarum ortu ſucceſſione & occaſu. Quam prophetiam multis poſt ſæculis Daniel edidit. Prædixit autem ille primos omnium regnaturos ex poſteritate Cham, vt fuit Belus & Ninus regni Babylonici & monarchiæ Aſſyriorum conditores: ſecundos regnaturos de ſtirpe Sem Perſas & Græcos: poſtremos de genere Iapheth, Romanos. De qua expoſitione candidus lector iudicet: mihi equidem minimè ſapit. Sed audiamus vltima de hac hiſtoria Methodij verba.

Hæ autem regna, videlicet Nembrodi in Babylonia, Ionithi in Chaldæa, Pontipij in Bactria, Iaphethi in Europa, *primùm apparuerunt*, id eſt, prima fuerunt *in terra*: *& poſt, didicerunt omnes gentes conſtituere ſibi regnum, poſt regnum Nembrod expleta tertia chiliade annorum.* Sanè in Græco debuit eſſe εἰκάδι, quòd eſt vigeſima pars, non autem χιλιάδι, quòd eſt centeſima pars. Nam paulò poſt tertiam eicadem, hoc eſt, ter viginti annos, nempe, ſexageſimo quinto regni ſui mortuus eſt Nembrod Rex Babylonis, vt poſt Euſebium omnes aſſerunt.

Quòd autem ante iſta Methodij verba, hoc eſt, peruerſo ordine, ponitur, ad illud credo pertinere bellum, quòd Ninus filius Nembrod poſt mortem patris, & regni ſui principio, cum aliis vicinis regibus geſſit, vt ſcribit Diodorus Siculus. Verba Methodij ſunt: *Regnum autem Nembrod*, tempore Nini, *& filij Sem*, nempe Ionithi (apertè vocat filium Sem, quem priùs [a] vocauerat quartum Noë filium) in terra Etham, *& Pontipij filij Cham*, id eſt, Zoroaſtris Bactrianorum Regis, *& Iapheth*, in Cypro & Europa, *ſe inuicem rebellabant*: hoc eſt, mutuis ſeſe bellis affligtabant. Quòd Diodorus in exordio libri tertij videtur exponere ſcribens, Ninum, cùm regnare orſus eſt, incredibili dominandi cupiditate, totum penè orbem complexum, & exercitum duxiſſe aduerſùs Babylonios, nonnullis Armeniæ ciuitatibus in poteſtatem redactis, regem eius (credo Ionithum, id eſt, Arphaxad, qui vſque ad ſextum regni Niniæ, imperij autem Aſſyriorum 165. & 438. id eſt, vltimum ſuæ ætatis annum longè poſt Ninum vixit) humaniter excepiſſe, (pro eius, nempe, veneranda canitie & admirabili ſanctitate;) Poſtea decem & ſeptem annis Indos & Bactrianos ſubiugaſſe, item Ægyptios, Phœnices, interiorem Syriam, aliáſque multas re-

[a] Cap. 2.

Digitized by Google

giones, Propontidem, etiam atque Bithyniam, & Cappadociam, &c. Ad extremum debellasse Zoroastrem regem Bactrianorum. Quòd vltimum Nini bellum circa annum regni eius 48. ponitur ab Eusebio.

Methodij verba honorificè excipienda, non contemnẽda.


Sic igitur exposita Methodij verba tantùm abest, vt tanquam fabulosa contemni debeant, quin potiùs magna cum reuerentia excipienda sint; quippe quæ maxima nobis vsque modò abstrusa arcana reuelant, multúmque ad libri Genesis arctiori stylo conscripti intelligentiam luminis exhibent; sed & eorum, qui illa corruperunt malitiam, vel potiùs ignorantiam ipsa clariùs meridiana luce propalant. Nec tamen deinceps tantisper ambigere permittunt, an secundus Cainan extiterit in rerum natura, cùm loca ex Scripturis indigitent, quibus constat illummet esse, qui dignitatis nomine Arphaxad vocatus est. Vocamus autem secundum Cainan iuxta Græcorum & Latinorum scripturam, & tritum loquendi modum: alioquin prioris nomen à posterioris nomine multum differt, & proinde non nisi vnum Kenan Cinæorum institutorem & Enoscis filium, & vnicum Cainan Semi primogenitum alio nomine Arphaxadem propriè fuisse tenendum est. B

Secundum Cainã fuisse ex Methodij verbis deducitur.

C

CAPVT XV.

De alia speciali prophetarum post diluuium sodalitate, quæ à Iapheth Iephthæorum, ab Ascenez Cinæorum dicta est.



VONIAM vsque nunc egimus de tribus illis sanctissimis viris illustrissimísque patriarchis Sem, Arphaxad & Heber, hósque duos vltimos filiorum Dei, seu religiosorum vidimus extitisse choragos: iustum est aliquid dicere de duobus aliis, nempe Phaleg, & Iectan, quos pius parens Heber eiusdem secum professionis esse voluit, vt significare videntur ista iuxta Hebr. verba: *Et ipsi Heber natus est duo filij, nomen vnius Phaleg, &c.* a *& nomen fratris eius Iodan.* D

a Genes. 10. 25.

Distri-

Digitized by Google

Distributiua apud Hebræos, & frequentissima locutio est, ac si diceretur, vterque filiorum istorum Heber natus est ei, hoc est, factus ei filius spiritualis ac discipulus, iuxta vim participij ילד *Iullad*, de quo nos antea [a]. Et hoc est quod Rab. Salomon apud Genebrardum [b] ait de vtroque: *Secundò genuit Iectan, à diminuendo, siue minorando nuncupatum, quod diminuerit sibi de mundi negotijs, vt vacaret rebus diuinis, & philosophiæ. Quasi è duobus ipsius filiis vniuersa sapientia manatura esset in homines: diuina per Phaleg Hebræorum patrem; humana, & philosophica per Iectan In-*
B *dorum, & Orientalium genitorem: vnde Philosophia illis locis ab omni antiquitate floruit. Illic enim Brachmanes Gymnosophistæ, &c.* Quibus verbis significatur, vtrumque Heberis filium ita diuinæ sapientiæ vacasse studio, vt Iectan à patre datus sit Arphaxadi in discipulum, cum quo in Chaldæa Orientali manserit: Phaleg autem tunc infantem secum portauerit in terram Chanaan, vbi eum sui quoque postea fecerit alumnum instituti Hebræorum nuncupati.

a cap. 9.
b An. mūdi 1931.
Iectan discipulus fuit Arphaxadi in Oriente.

Aliam quoque prophetarum scholam, Cinæorum alumnam quæ ab illustrissimo mundi Chiliarcho, & filio Noë, Iapheth,
C Iephthæorum diceretur, extitisse, inde colligimus; quòd Caleb dux ille de tribu Iuda strenuissimus honoris causa cognominatur *filius Iephone Cenezæus* [c]: vbi nomen Iephone, Hebraice יפנה *Iephunne*, propter similitudinem ה cum ח, & cum interpositione literæ seruilis נ, facile deductum fuit à proprio nomine יפת *Iepheth*, ad significandum scholam Iaphethæorum: quo modo à nomine Raphaim, schola eorū per additionem litteræ ה nominata est Arapha [d]. Itaque cùm Caleb toties cognominatur *filius Iephunne Cenezæus*, idem est ac si vocaretur alumnus, aut discipulus scholæ, vel sodalitatis Iephthæorum (cor-
D ruptè Aphuthæorum [e]) Cenezæorum: vt quemadmodū Othoniel appellatur *filius Cenez*, id est, Cenezis discipulus, eo quòd erat ex societate ab Ascenez nepote Iaphethi instituta: ita Caleb sit quidem ex discipulis Iapheth: sed ex eorum sodalitate, qui doctrinā Iaphethi ab Ascenez eius nepote per Chananitidē, post diuisionem terræ disseminatam amplexati sunt. Inde colligitur, & confirmatur, quod sæpe diximus, omnia ista nomina Iaphethæorum, Cenezæorum, Hebræorum, Nazaræorum, Re-

c Iosue 10. 6 & 14. & alibi sæpissimè.
d sup. lib. 1. cap. 10. lib. 2. cap. 8. & 9.
e 1. Paral. 2. 55.

Digitized by Google

A *quam calcauit pes tuus erit possessio tua, & filiorum tuorum in æternum, quia secutus es Dominum Deum meum. Concessit ergo Dominus vitam mihi sicut pollicitus est vsque in præsentem diem. Quadraginta quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbum istud ad Moysen: quando ambulabat Israël per solitudinem: hodie octoginta quinque annorum sum. sic valens, vt eo valebam tempore, quando ad explorandum missus sum: illius in me temporis fortitudo vsque hodie perseuerat tàm ad bellandum, quàm ad gradiendum: Da ergo mihi montem istum, quem pollicitus est Dominus, te quoque audiente, in quo Enacim sunt, & vrbes magnæ, atque munitæ: si fortè sit Dominus mecum, &*
B *potuero delere eos, sicut promisit mihi: Benedixitque ei Iosue* (benedictio Noë per benedictionem Iosue adimpletur) *& tradidit ei Hebron in possessionem. Atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo vsque in præsentem diem.* Nimirum, cùm Hebron esset in tribu Iuda 22. millibus passuum ab Ierosolymis versus Austrum, vt habet Masius[a], Caleb princeps, & caput tribus Iuda, ex Sem trahens originem, fit possessor regionis, quam Deus ex Semo per Abraham, Isaac, & Iacob descendentibus promiserat: & quatenus Cenezæus est, nempe, ex sancto Ascenezis à Gomer, & Iapheth descendentis sodalitio, illius regionis ta-
C bernaculorum, sacrorumque locorum suscipit dominium. Vt in illo quoque, sicut & in filiis Leui, quibus data est *Cariath-Arbe patris Enac, quæ vocatur Hebron in monte Iuda, & suburbana eius per circuitum*[b], aliud simul impleatur Dei oraculum, ad Abraham cùm esset iuxta ipsam Hebron, postque solemne sacrificium ita loquentis: *Semini tuo dabo terram hanc*, &c. *Cinæos, Cenezæos, Cedmonæos*, &c.[c]

a in cap. 10. Iosue.

Caleb vt Cenezæus & tabernacula Iapheth recipit à Iosue in Hebron.

b Iosue 21.

c Gen. 15. 19.

Sed quo pacto, inquies, ciuitas Hebron data est Leuitis, quæ iam tradita erat in possessionem Caleb, quæ exinde fuit Caleb filij Iephone? Hoc exponitur in nuper citato Iosue loco, vbi
D additur: *Agros verò, & villas* (Hebronis) *dederat* (Iosue) *Caleb filio Iephone ad possidendum.* Et sic Sacerdotes Leuitici generis vrbes Hebron, & Dabir habuerunt; Caleb verò professione Cenezæus, iuxta illos possedit agros, & villas, in quibus strictioris obseruantiæ Cenezæi sua figere possent tabernacula.

Pro quorum ampliori declaratione, & confirmatione, notandum est: duos fuisse viros, qui in scriptura vocantur Caleb, & vtrúmque de tribu Iuda. Primus, qui maior dici po-

Duo fuerunt viri nomine Caleb.

Digitized by Google

a 1. Part. 2. 18. test, quia antiquior, fuit filius Esron[a]: secundus, seu minor, A
Tres fuerũt viri dicti Cenez. ille est, de quo nuper egimus, & dicitur filius Iephone. Præterea sciendum, tres fuisse viros nomine Cenez. Quorum primus fuit nepos Esaü, & filius Eliphazis, vt habetur in Genesi[b]: secundus fuit pater Othonielis[c] primi post Iosue iudicis in Israël: qui cùm cœpisset vrbem Cariathsepher, & vastasset eam, dedit ei Caleb filius Iephone filiam suam Axam[d]. Tertius Cenez fuit filius Elæ, filij Calebi secundi, qui erat filius Iephonis Cenezæi[e]. Proinde Othoniel non erat frater Calebi secundi, sed nepos. Ideo vbi legimus, *Othoniel filius Cenez frater Caleb minor*[f], aliqui legunt, *Othoniel filius Cenezis fratris Calebi minoris.* B

b cap. 36.15.
c 1. Part. 4. 14.
d Iudic. 1.13
e 1. Par. 4.15.
f Iudic. 1.13.

Quod tamen cùm absurdum appareat, ex eo quòd Caleb dedit Othonieli filiam suam Azam in vxorem: puto sensum esse, Othonielem Calebo natu quidem longè maiorem, quatenus filius est Cenez, hoc est Cenezæus sicut Caleb: attamen inter fratres Cenezæos dignitate minor est: quo sensu Sem Iapheto natu minor, ipso maior esse dicitur, vt vidimus[g]. Duos igitur in Othoniele, & Caleb habemus sub nomine Cenezæorum, vel Iephtæorum Cinæos de tribu Iuda: vt inde constet, multos ex proceribus, qui inter Israëlitas erant, istius fuisse societatis. Ex quorum numero multi fuerunt, qui contra Moysen rebellarunt in factione Core, Dathan & Abiron, quibus 250. se sociarunt, qui ex Enoscæis erant, vt etiam vidimus. C

g Cap. 10.

Præterea, vnum duntaxat reperimus hominem cognomine Cenezæum, nempe, dictum Caleb filium Iephone[h], licet iuxta editionem Latinam etiam patri eius Iephoni[i], hoc cognomen dari possit. Quæritur ergo, vnde vel Iephone, vel filius eius Caleb, vel vtérque hoc cognomen habuerit? Non potuit illud accipere à primo Cenez, qui fuit filius Eliphazis, neque ab vrbe Cenez, quam Hieronymus[l] optimè constituit in Idumæa meridionali, iuxta quod de ea legitur in Genesi[m], cùm ipse sit de tribu Iuda. Non à secundo Cenez patre Othonielis: tum quia non tanti nominis vir fuisse videtur, vt ab ilo progeniti, & descendentes Cenezei debuerint appellari: tum quia non constat Iephonem, aut eius filium Caleb, ab illo secundo Cenez descendere. Igitur hoc cognomen habere non potuit ab aliis, quam ab illis Cenezæis, de quibus Deus locutus est D

h Num. 32. 12. Iosue 14.6. & 14
i Iosue 14. 14.
l de loc. Heb.
m cap. 36. 42.
Caleb cur cognominatur Cenezæus.

A ad Abraham[a], vt sæpe iam & nuper diximus. Quos non aliquē populum, aut gētem extitisse, præter ante[b] dictas rationes, inde manifestè colligitur: quòd cùm Caleb iste natus sit in Aegypto, tempore seruitutis Israël, vt apertè cōstat ex illius verbis nuper recitatis: oporteret Aegyptios esse illos Cenezæos, quorū Deus curam, vel regiones possidendas posteritati Abrahæ promiserat: nec vlla ratio est, cur potiùs Caleb, quàm omnes alij ex filiis Israël, qui nati sunt in Aegypto, Cenezæus appellaretur. Quæ cùm absurdissima sint & falsa: concludendum est, Caleb hoc cognomen accepisse, quia Cenezæus erat: hoc est, ex illorū

B filiorum Dei instituto, qui post diluuium ab Ascenez filio Gomeris, nepote Iapheti, & pronepote sāctissimi Patriarchæ Noë supremo illorum magistro ac moderatore Cenezæi sunt appellati, non tanquam aliqua gens, aut populus, qui sub isto nomine prorsus ignotus est apud Auctores, vt videre est apud Salianum[c]: sed qui erant prophetæ, doctores, & scribæ habitantes in tabernaculis, diuinæque vacantes Psalmodiæ, sicut Cinæi, quibus in illo Dei cum Abraham colloquio iunguntur. Nec obstat, quòd pronepos Noë, non Cenez, sed Ascenez dicitur. Nam præter modicam nominum differentiam, Philo Iudæus

C vocat illum Cenez vsitato (vt credibile est) apud Iudæos more.

Denique attendendum valdè est, ex hoc quòd duo eiusdem tribus Iuda viri illustres hoc nomine Cenez appellati sunt, in quanta apud Israëlitas nomen sanctissimi prophetæ Ascenez fuerit reuerentia, & quòd non nisi in cæterarum tribuum præcipua, & clarissima sic affectatum inueniatur. Vnde licet colligere non gratis, aut frustra talem fuisse tanti prophetæ venerationem: sed illius instituti ac professionis exercitia, vtpote cantandi, psallendi, Deóque multipliciter ministrandi, tam ante, quàm post Moysen, apud ipsos in Gessen, & vbicúmque habi-

D tabant, in vsu fuisse, quandiu manserunt in Ægypto.

Profectò, vix licet dubitare, tabernacula Sem, adeóque cultum diuinū in tabernaculis iuxta ritum Melchisedechis in Ægypto etiam Cenezæorum ministerio viguisse, maximè in domo & familia Iephone, id est, Iephthæorum apud Caleb, tempore mansionis Israëlitarum in Aegypto: quemadmodum per Heberem, vel Misraim Chami filium primum Aegypti, post gentium, & tertiæ diuisionem dynastam (vel potiùs spiritualem

a Gen 15.19
b lib.1.c.13.

Cenezæi non potest esse gēs aliqua vel populus.

c An. mun. 1931. nu. 31.

Cenez seu Ascenez quā celebre nomē fuit in tribu Iuda.

Cenezæi munus suū exercebant tempore seruitutis Aegyptiorum.

Digitized by Google

nimirùm 14. ex filiis Iapheth, 31. ex filiis Cham & 27. ex filiis Sem. Quorum tamen pace dixerim, quòd ex scriptura [a] nullum alium principem, cum iis qui ex Oriente in campum Sennaar, venerunt fuisse, vt legimus, quàm Nembrod: quem cum suis ab Arphaxad ex terra Orientali missum 43. anno post terrarum diuisionem fuisse iam vidimus: cùm cæteri familiarum principes pacificè degerent in suis regionibus, quæ tunc non autem post confusionem linguarum diuisæ, distinctæque fuerunt. Ergo diuersarum linguarum numerus ab illis sumi non debet. Deinde ex dicto 72. familiarum numero deriuanda sunt nomina patrum, qui diuersam à filiis non faciunt gentem, aut familiam. Item, tota regio quæ contigit Chanaan, & diuidi solet in vndecim, vel duodecim gentes, vt pote Sydonios, Hethæos, Iebusæos, &c. vnico eoque Hebraico idiomate vtebatur: ergo non tot fuerunt linguæ quot numerantur principes: sed neque tot populorum principes & capita quot numerari solent, cùm Iebusæi, Gergesæi, Samaræi, &c. non sint nomina diuersarum nationum, sed vnius gentis Chananæorum diuersa multiplici de causa data eis epitheta, vt vidimus [b]. Quapropter, vnicum Nembrod huiusce (vt ita dicam) missionis, & in campo Sennaar vrbium ædificationis principem fuisse crediderim regiæ præsertim ciuitatis. Non tamen necesse est, vt etiam turris ædificandæ auctor vel promotor fuerit: tum propter eius quam cum Methodio tuemur sanctitatem, quæ ab omni vanitate longè erat, tum quod ei minimè conueniant ista verba, *ne fortè diuidamur*, &c. Rex enim erat ibi mansurus, minimè discessurus, sed potiùs alios ad alias regiones missurus, sicut ipse ex Oriente ab Arphaxad missus fuerat. Quod ergo tam de ciuitate, quàm de turri dixit Caietanus, ego de sola turri libenter intelligerem. *Neque Nembrod*, inquit, *neque aliquem certum hominem auctorem fuisse illius fabricæ, delarat exhortatio & incitatio attributa vagè & indefinitè hominibus: vt intelligamus hinc, quòd Nembrod ciuitatem Babyloniæ inchoatam communi voto & conatu post confusionem linguarum ipse occupauerit*, &c. Huius ergo Regis populus a sexaginta annis mirum in modum in illa regione multiplicatus, qui ideò cito ad alia loca se quoque mittendum optimè sciebat, huius turris verus auctor apud me est. Et hoc sufficiat pro prima quæstione.

a Ibidem vers. 10.

Numerus 72. linguarũ ex numero principũ nepotum Noe probari non potest.

b Cap 4.

Nẽbrod turris ædificandæ non fuit auctor.

Quantum

Digitized by Google

A Quantùm ad ſecundum, qua de cauſa, quóue fine tantæ mo-
lis ædificationem excogitarũt, memoriæ reddendum eſt, quod
diximus, fundationem ciuitatis toto decennio differre à fun-
datione turris. Quandiu autem de ſolius ciuitatis pro ſimplici
habitatione (quem finem intendere videtur Scriptura [a], in con- a Pſ. 106. 7. 36.
ſtruendis vrbibus, quas vocat *ciuitates habitationis*) conſtructio-
ne ſermo factus eſt, cùm nulla ibi vanitas eſſet citra peccatum
Rex cum ſuo populo dicere potuit: *Venite faciamus nobis ciui-
tatem*, &c. At vanitas planè fuit poſt ſufficientem, imò ampliſ-
B ſimam habitationem in ciuitate tantæ molis, & altitudinis
turrim ad habitandum minime neceſſariam ædificare velle,
quod inſanæ ac tumultuoſæ plebis non autem Regis, facile
conſilium fuerit. Sicut & quod dicunt, *& celebremus nomen no-* *Ædificatorum turris verba exponuntur.*
ſtrum ne forte diſpergamur, vt volunt Hebræa: ſubaudi, nõdum
vllo memoriæ nomine & gloriæ noſtræ relicto monumento,
vt exponit lectio Latina, *antequam diuidatur*. Quod autem ad-
dunt, *faciamus turrim cuius culmen pertingat ad cœlum*, non infert
eos intendiſſe ſic ſe à diluuio protegere, aut præpotenti Deo
bellum inferre, vt cum Ioſepho quidam ſomniarunt: ſed tan-
tum hyperbolica locutio eſt, qua quàm potuerint altiſſimam
C turrim efficiant, vt etiam ex iſtis Dei verbis colligitur, *Nec de-
ſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant*. Complere au-
tem nequaquam potuiſſent intentum de ædificanda turri, quæ
cœlum tangeret, & tam dementem cogitationem nun-
quam admiſerunt. Vanitas ergo in hoc eſt, quòd plus
iuſto nomen, famámque ſuam celebrare voluerunt. Licet non
penitùs immeritò: æquum enim videbatur, vt poſterioribus
ſæculis primi omnium regnorum magnificentia in inſigni ali-
quo appareret monimento. Diſplicuit tamen Deo in primis
mundi reſtauratoribus, qui ſanctiſſimi, & adhuc viuentis Noë
D ſimplicitate, & doctrina multum degenerare videbantur.

Pro tertia quæſtione dicimus, Dei conſilium intentúmque
fuiſſe multiplex: voluit enim turrim non deſtruendo, vt facere
poterat, ſic factum non penitùs improbare, vt & nimiam eius
altitudinem impediret, & filiorum Adam, hoc eſt imbecillium
hominum temeritatem reprimeret, & mali conſilij vnitatem,
per linguarum diuiſionem, maxima animorum perturbatione
diſſiparet. Denique pro ſua bonitate, & ſapientia ex hoc pec-

Digitized by Google

cato maximum bonum elicere, videlicet factam priùs terrarum gentiúmque diuisionem variorum idiomatum dissem ination e coronare, qua nationes iam climatibus, nominibúsque distinctæ, linguis etiam differrent ab inuicem, & in terræ incolis hominibus nouum inſignſque totus orbis hac varietate acciperet ornamentum. Huius autem consilij verba sunt Dei ad Angelos suæ voluntatis executores: *Venite descendamus, & confundamus ibi linguam eorum.* Dicendo *venite*, ostendit ita se hoc opus producere velle, vt Angeli sint eius cooperatores: cùm ait *descendamus*, elegans & figurata periphrasis est, qua Deus, cui B minimè conuenit descendere, Angelos, qui verè descendunt, velut sibi associans, iter longissimum è cœlo ad ciuitatem Babel pedetentim velut per tot gradus descendere vult, quot annis sua longanimitate expectauit, si fortè isti Babylonij ab eleuatione turris desisterent: cùm autem vlterius procedere non cessarent, vt indicant ista Dei verba, *cœperunt hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant*, eam videlicet quantùm potuerunt eleuando, manifestat eis decretum consilij sui dicens, *Confundamus ibi*, in eodem turris loco, *linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Atque ita diuisit eos* C *Dominus ex illo loco in vniuersas terras*, totius nempe orbis, *& cessauerunt ædificare ciuitatem.* Nimirum, qui præsertim in enormi turris eleuatione peccauerant, non solùm ab ea, sed etiam à ciuitatis amplificatione prohibentur, ac præpediuntur, vt ipsis locorum angustiis compulsi citiùs laxiora quærere, & quasi ex conferto alueario huc, & illuc per plura dispergi cogantur examina.

Ad quartum quæsitum de modo, quo linguarum confusio facta est, dicimus, illa verba, *confundamus linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui*, non de singulis hominibus esse intelligendum, sic enim humana societas, & coniunctio D penitùs dissiparetur: quod est contra Dei mẽtem. Sed ita debet accipi, vt Angeli, seu Archangeli nationum tutelares (iuxta sententiam Origenis) ad Dei nutum per diuersas horum hominum turmas diuersa distribuerẽt idiomata, exempli gratia, Angelus Græciæ præfectus illis omnibus hominibus, qui in dispersione profecturi erant in Græciam, postquam primæ eorum linguæ, nempe Hebraicæ, eos fecerat obliuisci, perfectũ Græci

Quo modo linguarum diuisio facta est.

Digitized by Google

A idiomatis habitum, quò ſtatim expeditè loqueretur, donabat. Latinorum Angelus idem faciebat illis, qui ad Latium ituri erant: & ſic de aliis. Hoc itaque pacto facta linguarum per Angelos diuiſione, quiſque cum ſuis eadem lingua loquentibus nutu Dei per proprium Angelorum ductus regionem ſuam adiit, nouúmque illuc ſecum detulit idioma. Quod illius regionis habitatores, concurrente Angeli tutelaris miniſterio, Hebraicũ penitùs obliti, ſtatim apprehendentes, mox illo vſi ſunt faciliùs. Sicque factum eſt, vt (exempli gratia) regio, quæ à Iauan dicebatur Ionia, quo nomine iam ab alia diſtinguebatur,
B nouo quoque, quòd Ionicum diceretur, differret idiomate. Ita vt & regio, & incolæ, & eorum idioma à Iauan vocationem acciperent: ſimiliter de aliis philoſophandum eſt; & ſic intelligendum, quod de filiis, & nepotibus Noë dicitur, eorum familias fuiſſe diſtinctas ſecundùm nationes, & linguas in gentibus ſuis [a].

Porrò labium vniuerſæ terræ, nempe Hebræum plùs vel minùs corruptum eſt, ſecundùm maiorem, vel minorem diſtantiam à terra Chanaan, in qua per Heber ibi tunc habitantem, lingua Hebræa, in ſua puritate ſeruata eſt. Videlicet, pa-
C rùm corrupta eſt in Chaldæa, Æthiopia, Arabia, Ægypto, & Cilicia, vbi tunc erant Arphaxad, Chus, Petruſim, Meſraim & Tharſis: magis autem in Africa, in qua erat Phut: magis in Ionia, & Græcia, in qua erant Iaphet & Iauan: adhuc magis in Media, vbi erat Madaim, & ita de aliis. Deus autem per dictos Angelos matrices tantùm linguas condidit, atque hominibus indidit: ex quibus poſtea cæteræ prognatæ ſunt. Nimirum, Latinam quæ matrix eſt Italicæ, Vallachicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ: Græcam, quæ Doricæ, Ionicæ, Aeolicæ, Atticæ: Slauonicam, quæ Polonicæ, Bohemicæ, Moſcouiticæ: Germanicam, quæ
D Helueticæ, Saxonicæ, Anglicæ, Scoticæ: Tartaricam, quæ Turcicæ, & Sarcamanicæ genitrix eſt, &c. vt ritè perpendit Genebrardus. Et de linguarum confuſione iſta ſufficiant. Iam ad noſtrum Methodium redeat oratio.

a Gen. 10. 32.

Digitized by Google

Caput XIV.

De ditione Arphaxadis in terra Etham, in qua Scriptura dicit parentes Abrahæ habitasse à principio: *de pace, quæ erat inter Arphaxad, & Regem Nembrod:* de *aliorum regnorum principio: de rege Pontipio, quem editio vulgata vocat* Regem Ponti. B



Ostqvam igitur de sola turris ædificatione, quam confusio linguarum, & dispersio gentium sequuta est, Methodius dixit, *Et ædificauerunt turrim in terra seu campo Sennaar, & ibi facta est diuisio linguarum, & ex hoc dispersi sunt homines super faciem terræ totius,* statim & immediatè subiungit: *Ionithus autem filius Noë tenuit introitum in Etham.* Quæ verba referri debent ad id, quod paulò ante dixerat, Noë *dedisse donationes Ionitho filio suo, & dimisisse eum in terram Etham:* vt sit sensus, quòd licet ex ijs, qui occasione confusionis linguarum sic per mundum dispersi sunt, multi venissent de terra Etham missi à Ionitho, & licet eorum, qui in terra Sennaar valde multiplicati fuerant, maxima dispersio facta fuerit: ipse tamen Arphaxad semper mansit in sua regione Etham: in qua ditionem principatúmque suum extendit, *vsque ad mare, quod,* supple mare (puto esse Persicum) *vocatur Heliochora, id est, regio Solis, in quo,* nempe mari, *Solis ortus fit,* respectu Palestinæ, *& habitauit ibidem,* in regione Orientali Etham. C D

a an. mũdi 1931. n. 97. *Cainas fluuius Indiæ à Cainan nomen habet.* b Plin lib 6. cap. 17. Ezech. 27. 23.

Noret, quæso, Lector, quàm hîc bene quadret, quod Salianus[a] quærens habitationem Arphaxadis, & apud auctores non inueniens, ait: *Præsto est Cainas Indiæ fluuius* (forsitan Tigris vel quicúnque alius tunc sic dictus à Cainan) *cuius eum facimus accolam sine cuiusquam iniuria. Is sese in Gangem exonerat, & Brachmanorum agrum irrigat, vt ait Plinius*[b], *& Arrianus in Indicis.* Imò, & nominis literę radicales, & regionis situs omnino

suadet Arphaxad vrbem condidisse, quam suo proprio nomine donauit: de scriptura loquitur, cùm ait[a]: *Haran & Chene* (Hebr. כַּנֵּה) *Et Eden negotiatores tui*: sitáque videtur non longè à sinu Persico in Oriente Arabiæ felicis, vt colligi potest ex textu præcedenti, vbi mentio fit de Saba. Denique illam regionem, seu regnum amplissimum, & illustrissimum, quod vsque nunc vocatur *la Chine*, à Cainan, id est, Arphaxad, vt principium, ita & nomen accepisse quis non videt? Imò Scaliger[b], vt in Eusebium cesset incandescere, si benè sapiat, inueniet apud Iaponios Chinarum vicinos, ab ipso Arphaxad, aut eius discipulis circa hoc tempus introductam, non quidem Christianorum monachorum, sed antiquissimorum prophetarum Enoscæorum, aut Cinæorum sectam, in iis, qui Bonzij ibi nunc appellantur; licet paulatim, vt alij multi per totum orbem diffusi eiusdem instituti, in idololatriam lapsi sint[c]. Istorum autem vt Recabitarum munus erat canere Psalmos, ac resonare, & habitare in tabernaculis, vt de eis scriptura[d] loquitur. Sed & cuilibet comperire licebit paulò post aduentum Arphaxadis in dicta regione Etham circa annum mundi 1724. diluuij autem 68. iam in Chaldæa suscitatam fuisse primam Brachmanorum originem, quorum princeps & Choragus dicebatur *Iarcha*, quod est Hebr. Rapha, sicut iste Cainan nomine dignitatis vocabatur Arphaxad, id est, Rapha Cased, Curator Chaldææ, vt notauimus[e].

Bracmanorũ prima origo.

a Ezech. 27. 23.

b in Elench. contr. Sera cap. 29.

c 1. Par. cap. 2. 55.

d Cap. 2.

e in Genes. cap. 12. num. 4.

Hîc quoque terminatur multorum anxietas, seu quæstio, & maximè Pererij[f]. Quomodo parentes & maiores Abrahæ, qui erant posteri Sem & Arphaxad, venerint in Chaldæam, ibíque habitauerint. Licet enim ea regio circa Babylonem esset sub imperio posteriorum Cham, & Nembrod: alia tamen pars Orientalis versùs Armeniam à posteris Arphaxad habitata remansit: ad quam vsque idololatria Babylonica peruenit, quæ & Thare infecit familiam in Vr Chaldæorum. Et nos de hoc antea[g]. Sed pergit Methodius: *Et post hæc*, post linguarum confusionem, *fecerunt sibi filij Cham*, ad instar Nembrod, *regem ex ipsis, cui nomen Pontipius*. Hic Zoroastres esse videtur, quem Epiphanius[h] synchronon facit Nembrodo. Cùm enim vel ipse, vel aliquis eius successor in editione Latina dicatur *Rex Ponti*, iuxta Hebræum verò *Rex Eleazar*: & cùm Zoroastres fue-

f Cap. 6.

g initio Panarij.

h Genes. 14. 1.

Digitized by Google

rit Rex Bactrianorum: profectò Rex Pōti, vel Eleazar erit Rex Bactriæ vel Bactrianorum. Et proinde eodem ferè tempore apud Bactrianos Zoroastres à filiis Cham in regem electus est, quo Nembrod regnare cœpit in Babylone. Ad hæc Methodius:

Et septuagesimo, inquit, *& nonagesimo temporis trium millium annorum, tertio regni Nembrod.* Si de millenariis annorum mundi hîc agitur, & pro septuagesimo legatur septingentesimo; annus septingentesimus & nonagesimus tertiæ chiliadis, iuxta mendosam Græcorum supputationem, cadit in vigesimum circiter annum Phaleg: qui ad amussim Hebræorum & Latinorum est mundi 1777. Sed hoc stare non potest: proinde, quia additur, *tertio regni Nembrod;* quicquid sit de præcedenti computo, tertius annus regni Nembrod est mundi 1843. Hoc igitur anno *miserunt* (nonnulli, puto ex Græcia, cui à diuisione gentium præerat Iapheth) *viros potentes in arte tectoria constructores, & descenderunt in terram Etham ad Ionithum filium Noë: & ædificauerunt ei ciuitatem iuxta nominis ipsius* (Cainan) *nuncupationem*: de qua nuper Ezechiel. Capientur nunc ista facilè, si præsupponamus ea, quæ de terra Etham, & de Ionitho sæpè iam diximus. Sensus igitur est, quosdam in principio regni Nembrod misisse artifices ex Græcia oriundos ad Arphaxad, qui Chaldææ spiritualiter & temporaliter præerat in terra Etham, vt ei ciuitatem ædificarent: quæ, vt ipse, vel Ionithia & potius Chenne, vel vt fluuius Cainas appellata est. Prosequitur Methodius:

Et pax multa erat in terra Ionithi & Nembrod vsque ad præsentem diem. Quis dies iste fuerit aut annus non facilè est diuinare: iste tamen loquendi modus subindicat, ea, quæ iste author scripsit sumpta esse ex vetustissimo quodam libro, vt potè Enochi, in quo dubium non est multa post diluuium à Patriarchis addita fuisse. Porrò ista Nembrodi pax cum sapientissimo, ac piissimo patriarcha Arphaxad ostendit, Nembrodum minimè fuisse tyrannum aut impium: sed potiùs virum pacificum ac studiosum. Iterum Methodius:

Scripsit autem Ionithus epistolam ad Nembrod ita dicens: Quia regnum filiorum Iapheth ipsum incipiet delere regnum Cham. Quibus verbis Petrus Comestor tale dedit glossema: Multa, inquit,

Digitized by Google

præuidit ac prædixit: In primis autem de quatuor monarchiarum ortu successione & occasu. Quam prophetiam multis post sæculis Daniel edidit. Prædixit autem ille primos omnium regnaturos ex posteritate Cham, vt fuit Belus & Ninus regni Babylonici & monarchiæ Assyriorum conditores: secundos regnaturos de stirpe Sem Persas & Græcos: postremos de genere Iapheth, Romanos. De qua expositione candidus lector iudicet: mihi equidem minimè sapit. Sed audiamus vltima de hac historia Methodij verba.

Hæ autem regna, videlicet Nembrodi in Babylonia, Ionithi in Chaldæa, Pontipij in Bactria, Iaphethi in Europa, *primùm apparuerunt*, id est, prima fuerunt *in terra*: *& post, didicerunt omnes gentes constituere sibi regnum, post regnum Nembrod expleta tertia chiliade annorum.* Sanè in Græco debuit esse εἰκάδι, quòd est vigesima pars, non autem χιλιάδι, quòd est centesima pars. Nam paulò post tertiam eicadem, hoc est, ter viginti annos, nempe, sexagesimo quinto regni sui mortuus est Nembrod Rex Babylonis, vt post Eusebium omnes asserunt.

Quòd autem ante ista Methodij verba, hoc est, peruerso ordine, ponitur, ad illud credo pertinere bellum, quòd Ninus filius Nembrod post mortem patris, & regni sui principio, cum aliis vicinis regibus gessit, vt scribit Diodorus Siculus. Verba Methodij sunt: *Regnum autem Nembrod*, tempore Nini, *& filij Sem*, nempe Ionithi (apertè vocat filium Sem, quem priùs [a] vocauerat quartum Noë filium) in terra Etham, *& Pontipij filij Cham*, id est, Zoroastris Bactrianorum Regis, *& Iapheth*, in Cypro & Europa, *se inuicem rebellabant*: hoc est, mutuis sese bellis affligebant. Quòd Diodorus in exordio libri tertij videtur exponere scribens, Ninum, cùm regnare orsus est, incredibili dominandi cupiditate, totum penè orbem complexum, & exercitum duxisse aduersùs Babylonios, nonnullis Armeniæ ciuitatibus in potestatem redactis, regem eius (credo Ionithum, id est, Arphaxad, qui vsque ad sextum regni Niniæ, imperij autem Assyriorum 165. & 438. id est, vltimum suæ ætatis annum longè post Ninum vixit) humaniter excepisse, (pro eius, nempe, veneranda canitie & admirabili sanctitate:) Postea decem & septem annis Indos & Bactrianos subiugasse, item Ægyptios, Phœnices, interiorem Syriam, aliásque multas re-

[a] Cap. 2.

Digitized by Google

giones, Propontidem, etiam atque Bithyniam, & Cappadociam, &c. Ad extremum debellasse Zoroastrem regem Bactrianorum. Quòd vltimum Nini bellum circa annum regni eius 48. ponitur ab Eusebio.


Methodij verba honorificè excipienda, non contemnēda.

Sic igitur exposita Methodij verba tantùm abest, vt tanquam fabulosa contemni debeant, quin potiùs magna cum reuerentia excipienda sint; quippe quæ maxima nobis vsque modò abstrusa arcana reuelant, multúmque ad libri Genesis arctiori stylo conscripti intelligentiam luminis exhibent; sed & eorum, qui illa corruperunt malitiam, vel potiùs ignorantiam ipsa clariùs meridiana luce propalant. Nec tamen deinceps tantisper ambigere permittunt, an secundus Cainan extiterit in rerum natura, cùm loca ex Scripturis indigitent, quibus constat illummet esse, qui dignitatis nomine Arphaxad vocatus est. Vocamus autem secundum Cainan iuxta Græcorum & Latinorum scripturam, & tritum loquendi modum: alioquin prioris nomen à posterioris nomine multum differt, & proinde non nisi vnum Kenan Cinæorum institutorem & Enoscis filium, & vnicum Cainan Semi primogenitum alio nomine Arphaxadem propriè fuisse tenendum est.

Secundum Camā fuisse ex Methodij verbis deducitur.

CAPVT XV.

De alia speciali prophetarum post diluuium sodalitate, quæ à Iapheth Iephthæorum, ab Ascenez Cinæorum dicta est.



VONIAM vsque nunc egimus de tribus illis sanctissimis viris illustrissimísque patriarchis Sem, Arphaxad & Heber, hósque duos vltimos filiorum Dei, seu religiosorum vidimus extitisse choragos: iustum est aliquid dicere de duobus aliis, nempe Phaleg, & Iectan, quos pius parens Heber eiusdem secum professionis esse voluit, vt significare videntur ista iuxta Hebr. verba: *Et ipsi Heber natus est duo filij, nomen vnius Phaleg,* &c.[a] *& nomen fratris eius Iodan.*

a Genes. 10. 25.

Distri-

Distributiua apud Hebræos,& frequentissima locutio est, ac si diceretur, vterque filiorum istorum Heber natus est ei,hoc est, factus ei filius spiritualis ac discipulus, iuxta vim participij ילד *Iullad*, de quo nos antea [a]. Et hoc est quod Rab. Salomon apud Genebrardum [b] ait de vtroque: *Secundò genuit Iectan, à diminuendo, siue minorando nuncupatum, quod diminuerit sibi de mundi negotijs, vt vacaret rebus diuinis, & philosophiæ. Quasi è duobus ipsius filiis vniuersa sapientia manatura esset in homines: diuina per Phaleg Hebræorum patrem; humana,& philosophica per Iectan In-*
B *dorum,& Orientalium genitorem: vnde Philosophia illis locis ab omni antiquitate floruit. Illic enim Brachmanes Gymnosophistæ, &c.* Quibus verbis significatur, vtrumque Heberis filium ita diuinæ sapientiæ vacasse studio, vt Iectan à patre datus sit Arphaxadi in discipulum, cum quo in Chaldæa Orientali manserit: Phaleg autem tunc infantem secum portauerit in terram Chanaan,vbi eum sui quoque postea fecerit alumnum instituti Hebræorum nuncupati.

a cap. 9.
b An. mūdi 1931.
Iectan discipulus fuit Arphaxadi in Oriente.

Aliam quoque prophetarum scholam, Cinæorum alumnam quæ ab illustrissimo mundi Chiliarcho, & filio Noë, Iapheth,
C Iephthæorum diceretur, extitisse, inde colligimus; quòd Caleb dux ille de tribu Iuda strenuissimus honoris causa cognominatur *filius Iephone Cenezæus* [c]: vbi nomen Iephone, Hebraice יפנה *Iephunne*, propter similitudinem ה cum ח, & cum interpositione literæ seruilis נ, facile deductum fuit à proprio nomine יפת *Iepheth*, ad significandum scholam Iaphethæorum: quo modo à nomine Raphaim, schola eorũ per additionem litteræ ה nominata est Arapha [d]. Itaque cùm Caleb toties cognominatur *filius Iephunne Cenezæus*, idem est ac si vocaretur alumnus, aut discipulus scholæ, vel sodalitatis Iephthæorum (cor-
D ruptè Aphuthæorum [e]) Cenezæorum: vt quemadmodũ Othoniel appellatur *filius Cenez*, id est, Cenezis discipulus, eo quòd erat ex societate ab Ascenez nepote Iaphethi instituta: ita Caleb sit quidem ex discipulis Iapheth: sed ex eorum sodalitate, qui doctrinã Iaphethi ab Ascenez eius nepote per Chananitidẽ, post diuisionem terræ disseminatam amplexati sunt. Inde colligitur,& confirmatur, quod sępe diximus, omnia ista nomina Iaphethæorum, Cenezæorum, Hebræorum, Nazaræorum, Re-

c Iosue 10. 6 & 14. & alibi sæpissimè.
d sup lib. 1. cap. 10. lib. 2. cap. 8. & 9.
e 1. Paral. 2. 53.

A *quam calcauit pes tuus erit possessio tua, & filiorum tuorum in æternum, quia secutus es Dominum Deum meum. Concessit ergo Dominus vitam mihi, sicut pollicitus est vsque in præsentem diem. Quadraginta quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbum istud ad Moysen: quando ambulabat Israël per solitudinem: hodie octoginta quinque annorum sum, sic valens, vt eo valebam tempore, quando ad explorandum missus sum: illius in me temporis fortitudo vsque hodie perseuerat tàm ad bellandum, quàm ad gradiendum: Da ergo mihi montem istum, quem pollicitus est Dominus, te quoque audiente, in quo Enacim sunt, & vrbes magnæ, atque munitæ: si fortè sit Dominus mecum, &*
B *potuero delere eos, sicut promisit mihi: Benedixitque ei Iosue* (benedictio Noë per benedictionem Iosue adimpletur) *& tradidit ei Hebron in possessionem. Atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo vsque in præsentem diem.* Nimirum, cùm Hebron esset in tribu Iuda 22. millibus passuum ab Ierosolymis versus Austrum, vt habet Masius[a], Caleb princeps, & caput tribus Iuda, ex Sem trahens originem, fit possessor regionis, quam Deus ex Semo per Abraham, Isaac, & Iacob descendentibus promiserat: & quatenus Cenezæus est, nempe, ex sancto Ascenezis à Gomer, & Iapheth descendentis sodalitio, illius regionis ta-
C bernaculorum, sacrorumque locorum suscipit dominium. Vt in illo quoque, sicut & in filiis Leui, quibus data est *Cariath-Arbe patris Enac, quæ vocatur Hebron in monte Iuda, & suburbana eius per circuitum*[b], aliud simul impleatur Dei oraculum, ad Abraham cùm esset iuxta ipsam Hebron, postque solemne sacrificium ita loquentis: *Semini tuo dabo terram hanc*, &c. *Cinæos, Cenezæos, Cedmonæos*, &c.[c]

a in cap.10. Iosue.

Caleb vt Cenezæus sit tabernacula Iapheth recipit à Iosue in Hebron.

b Iosue 21.

c Gen. 15. 19.

Sed quo pacto, inquies, ciuitas Hebron data est Leuitis, quæ iam tradita erat in possessionem Caleb, quæ exinde fuit Caleb filij Iephone? Hoc exponitur in nuper citato Iosue loco, vbi
D additur: *Agros verò, & villas* (Hebronis) *dederat* (Iosue) *Caleb filio Iephone ad possidendum.* Et sic Sacerdotes Leuitici generis vrbes Hebron, & Dabir habuerunt; Caleb vero professione Cenezæus, iuxta illos possedit agros, & villas, in quibus strictioris obseruantiæ Cenezæi sua figere possent tabernacula.

Pro quorum ampliori declaratione, & confirmatione, notandum est: duos fuisse viros, qui in scriptura vocantur Caleb, & vtrúmque de tribu Iuda. Primus, qui maior dici po-

Duo fuerunt viri nomine Caleb.

Digitized by Google

a 1 Part. 2. 18. teſt, quia antiquior, fuit filius Eſron [a]: ſecundus, ſeu minor, ille eſt, de quo nuper egimus, & dicitur filius Iephone. Præterea ſciendum, tres fuiſſe viros nomine Cenez. Quorum primus fuit nepos Eſaü, & filius Eliphazis, vt habetur in Geneſi [b]: ſecundus fuit pater Othonielis [c] primi poſt Ioſue iudicis in Iſraël: qui cùm cœpiſſet vrbem Cariathſepher, & vaſtaſſet eam, dedit ei Caleb filius Iephone filiam ſuam Axam [d]. Tertius Cenez fuit filius Elæ, filij Calebi ſecundi, qui erat filius Iephonis Cenezæi [e]. Proinde Othoniel non erat frater Calebi ſecundi, ſed nepos. Ideo vbi legimus, *Othoniel filius Cenez frater Caleb minor* [f], aliqui legunt, *Othoniel filius Cenezus fratris Calebi minoris.* B Quod tamen cùm abſurdum appareat, ex eo quòd Caleb dedit Othonieli filiam ſuam Azam in vxorem: puto ſenſum eſſe, Othonielem Calebo natu quidem longè maiorem, quatenus filius eſt Cenez, hoc eſt Cenezæus ſicut Caleb: attamen inter fratres Cenezæos dignitate minor eſt: quo ſenſu Sem Iapheto natu minor, ipſo maior eſſe dicitur, vt vidimus [g]. Duos igitur in Othoniele, & Caleb habemus ſub nomine Cenezçorum, vel Iephtæorum Cinæos de tribu Iuda: vt inde conſtet, multos ex proceribus, qui inter Iſraëlitas erant, iſtius fuiſſe ſocietatis. Ex quorum numero multi fuerunt, qui contra Moyſen rebellarunt in factione Core, Dathan & Abiron, quibus 250. ſe ſociarunt, qui ex Enoſcæis erant, vt etiam vidimus. C

Tres fuerũt viri dicti Cenez

b cap. 36. 15.
c 1. Part. 4. 14.
d Iudic. 1. 13
e 1. Par 4. 15.
f Iudic. 1. 13.
g Cap. 10.

Præterea, vnum duntaxat reperimus hominem cognomine Cenezæum, nempe, dictum Caleb filium Iephone [h], licet iuxta editionem Latinam etiam patri eius Iephoni [i], hoc cognomen dari poſſit. Quæritur ergo, vnde vel Iephone, vel filius eius Caleb, vel vterque hoc cognomen habuerit? Non potuit illud accipere à primo Cenez, qui fuit filius Eliphazis, neque ab vrbe Cenez, quam Hieronymus [l] optimè conſtituit in Idumæa meridionali, iuxta quod de ea legitur in Geneſi [m], cùm ipſe ſit de tribu Iuda. Non à ſecundo Cenez patre Othonielis: tum quia non tanti nominis vir fuiſſe videtur, vt ab ilo progeniti, & deſcendentes Cenezei debuerint appellari: tum quia non conſtat Iephonem, aut eius filium Caleb, ab illo ſecundo Cenez deſcendere. Igitur hoc cognomen habere non potuit ab aliis, quam ab illis Cenezæis, de quibus Deus locutus eſt D

h Num. 32. 12. Ioſue 14. 6. & 14
i Ioſue 14. 14.
l de loc. Heb.
m cap. 36. 42.

Caleb cur cognominatur Cenezæus.

Digitized by Google

ad Abraham [a],vt sæpe iam & nuper diximus. Quos non aliquē populum, aut gētem extitisse, præter ante [b] dictas rationes, inde manifestè colligitur: quòd cùm Caleb iste natus sit in Aegypto, tempore seruitutis Israël, vt apertè cōstat ex illius verbis nuper recitatis: oporteret Aegyptios esse illos Cenezæos, quorū Deus curam, vel regiones possidendas posteritati Abrahæ promiserat: nec vlla ratio est, cur potiùs Caleb, quàm omnes alij ex filiis Israël, qui nati sunt in Aegypto, Cenezæus appellaretur. Quæ cùm absurdissima sint & falsa: concludendum est, Caleb hoc cognomen accepisse, quia Cenezæus erat: hoc est, ex illorū filiorum Dei instituto, qui post diluuium ab Ascenez filio Gomeris, nepote Iapheti, & pronepote sāctissimi Patriarchæ Noë supremo illorum magistro ac moderatore Cenezæi sunt appellati, non tanquam aliqua gens, aut populus, qui sub isto nomine prorsus ignotus est apud Auctores, vt videre est apud Salianum [c]: sed qui erant prophetæ, doctores, & scribæ habitantes in tabernaculis, diuinæque vacantes Psalmodiæ, sicut Cinæi, quibus in illo Dei cum Abraham colloquio iunguntur. Nec obstat, quòd pronepos Noë, non Cenez, sed Ascenez dicitur. Nam præter modicam nominum differentiam, Philo Iudæus vocat illum Cenez vsitato (vt credibile est) apud Iudæos more.

a Gen. 15.19
b lib. 1. c. 13.
c An. mun. 1931. nu. 31.

Cenezæi non potest esse gēs aliqua vel populus.

Denique attendendum valdè est, ex hoc quòd duo eiusdem tribus Iuda viri illustres hoc nomine Cenez appellati sunt, in quanta apud Israëlitas nomen sanctissimi prophetæ Ascenez fuerit reuerentia, & quòd non nisi in cæterarum tribuum præcipua, & clarissima sic affectatum inueniatur. Vnde licet colligere non gratis, aut frustra talem fuisse tanti prophetæ venerationem: sed illius instituti ac professionis exercitia, vtpote cantandi, psallendi, Deóque multipliciter ministrandi, tam ante, quàm post Moysen, apud ipsos in Gessen, & vbicúmque habitabant, in vsu fuisse, quandiu manserunt in Ægypto.

Cenez seu Ascenez quā celebre nomē fuit in tribu Iuda.

Profectò, vix licet dubitare, tabernacula Sem, adeóque cultum diuinū in tabernaculis iuxta ritum Melchisedechis in Ægypto etiam Cenezæorum ministerio viguisse, maximè in domo & familia Iephone, id est, Iephthæorum apud Caleb, tempore mansionis Israëlitarum in Aegypto: quemadmodum per Heberem, vel Misraim Chami filium primum Aegypti, post gentium, & terræ diuisionem dynastam (vel potiùs spiritualem

Cenezæi munus suū exercebant tempore seruitutis Aegyptiorum.

animarum curatorem, videtur enim societas Cinæorum, qui Misrahæi[b] dicebantur, ab eo nomen accepisse) tẽpla ibi erecta, sacerdotes institutos, ordinata sacrificia, & alia multa, quæ ad verã religionẽ spectabãt, disposita multis antea sæculis fuisse cẽseo, & ferè colligo ex istis Psalmistæ[c] verbis, cùm loquitur de clade primogenitorum in Aegypto facta, Angeli exterminatoris ministerio: *Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.* Templa enim à Misraim cõstructa credo patris nomine vocari *tabernacula Chã*, eo sensu, quo terra Aegypti nominatur *terra Cham*[d] longè post B eius mortẽ: in quibus Rex Pharao & Aegyptij tempore seruitutis Israëlitarum idola colebãt: ad quorum restaurationem ab eodem rege filij Israël coacti fuerunt. Ita enim intelligo, quod sic iuxta Heb. legimus[e], *Et ædificauit* (Israël) *vrbium tabernacula ipsi Pharaoni.* Nomen enim quod ibi *tabernacula* vertitur, passim in scriptura[f] pro locis sacris accipitur. In istis autem Aegypti tabernaculis, Chami vel Misraim tempore, apparet sacerdotes veri Dei (licet posterioribus sæculis idolorum cultores) iuxta naturæ legis frequentiorem ritum, primogenitos extitisse, quales fuisse illos, quos occidit pertrãsiens Angelus nocte paschali, vt indicat textus Hebræus, qui pro *primitias omnis laboris eorũ*, C habet: *caput, vel principium idolorum in tabernaculis Cham.* Cùm enim Angelus, non nisi primogenitos occiderit, sequitur omne caput idolorum quod occisum est, fuisse primogenitum.

Igitur, in Ramesses, vbi manebant Israëlitæ fuerunt tabernacula Cham, in quibus verum Deum colebant, & præsertim Cenezæi familiæ Iephone, id est, Iephthæorum. Imò, dum video Abulensem, & alios asserere vrbem Ramesses illam esse, quam 70. vocant *vrbem Heroüm*[g], eandémque dictam esse pagum Arsenoitarum (quid si Ascenezitarum?) ac deinde Thebas & Thebaidas, tot monachorum incolatu, monasteriisque celebrem, vix alios Heroës, quàm istos Ascenezitas paulatim dictos D Arsenoitas possum intelligere. Et hîc quoque Scaliger[h] comperire poterit antiquitatem Essenorum Aegyptiorum, & facilẽ eorum in monachos Christianos mutationem. Confirmatur tam ex eo, quòd Iacob & Ioseph, & alij qui fuerunt ante Moysen, præsertim ante mortem Ioseph, nunquam tolerassent dilectum Dei populũ inter idololatras commorantẽ sine veræ reli-

b sup. lib. 1. cap. 6.

c Ps. 77. 55.

Vera religionis officia exercebant primi incolæ Aegypti. Vide supra c. 6.

d Ps. 104. 25.

e Exod. 1. 11.

f Exod. 26. 12. & 30. 40. 17. Leuit. 15. 31. Num. 1. 1. 1. Paral. 6. 33. & alibi sæpe.

Chami tabernacula erant templa in Aegypto, in quibus Israëlitæ Deo seruiebant.

g Gen. 46. 28.

h in Elench. contr. Ser. cap. 19.

Digitized by Google

A gionis exercitio tamdiu permanere: quàm quòd etiã post mortem Ioseph, nouum Regem Aegypti, quantumlibet impium & tyrannum Israelitas à suæ religionis exercitiis penitùs impediuisse verisimile nullatenus est. Vnde cum ab Aegypto egressuri Regem conueniunt Moyses & Aaron non simpliciter dicunt: *Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi*[a]: sed semper addũt, *in deserto*, vel *in solitudine*: quasi cùm essent in vrbe sacrificare solerent. Sed ista in sequentibus[b] ex professo tractamus, & ex scriptura[c] solidè probamus. Quamuis nonnullos ex eis idola coluisse, & multi auctores asserant, & ipsa Scriptura[d] testetur. B

a Exod. 5. 1. & 3.
b Ios. 24. 14
c lib. 5. c. 11.
d 1. Reg. 2. 17. & 18 Ezech. 10. 7. 8.

CAPVT XVI.

De diuisione terræ promissionis inter filios Chanaan: de Melchisedecho, post cuius mortem Iebusæi Ierusalem occupauerunt, qui inde postea ab Israelitis, & à Dauide expulsi sunt.

CVM ex tribus Noë filiis duo ab illo præfecti sint in iis, quæ sunt ad Deum, Sem, nimirum, & Iapheth, vnus autem qui est Cham, ad temporale dominium sit destinatus: facilè iam nobis erit regiones omnes C terræ Chanaan inter ipsum, & filios eius distribuere iuxta securiorem expositorum sententiã: omnibus enim super hoc altercantibus opinionibus respondendi prouinciam nõ assumimus.

Cham igitur, iuxta priùs[e] citatum Iosephum habuit Aegyptum, Aethiopiã, Africã, & totam Syriã, in qua sunt omnes prouinciæ Chananæorũ & Arabũ. Quæ vltimæ prouinciæ ita fuerunt distributæ inter nepotes Chami, hoc est, Chanaani, qui toti regioni Chananæorũ nomẽ dedit, filios: vt primogenitus, qui dicebatur Sidon, Phœnicũ regioni præfuerit, condita ibi Phœnice sibi cognomine ciuitate, vt post Iosephũ tradit Hierony- D mus, quæ ab eo Sidon est appellata, & tota regio Sidoniorũ nomen accepit. Sed & generale totius terræ sanctæ Chananæorũ nomẽ specialiter illi tributũ est, ob id forsitã, quod Chanaã, cui successit primogenitus eius Sidõ, suã ibi mansionẽ elegit; quod ex insigni Sidonis (quam ab illo potiùs ædificatam, & primogeniti nomine donatam putauerim) antiquitate licet cõiicere.

e Cap 6.

Chananæorũ nomẽ cur peculiariter tribuitur Sidoniis.

Secundus filius Chanaan fuit Heth, à quo Hethæi, qui montanam regionem incoluêre, quæ postea tribui Iuda sorte obti-

Digitized by Google

git,& vsque ad mare Mediterraneum protendebatur. In ea fuit 1 ciuitas Heth,à cuius ciuibus Abraham locum sepulturæ emit [a]. Vnde erant duæ priores vxores Esau Iudith [b] & Ada [c]. Ibi Hebron ciuitas priùs Cariath-arbe, id est,ciuitas Arbe, sed potiùs inuerso nomine Hebera. Porrò Sidon & Heth iuxta Hebr.soli videntur ex filiis Chanaan, qui propriis appellentur nominibus: alia enim quæ sequuntur nomina Iebusæus, Amorrhæus, &c.nationum potiùs ab eis oriundarum magis esse censeo, vt iam vidimus [d]. Attamen loquamur nunc iuxta plurium opinionem,quæ tenet à propriis nominibus esse deriuata.

a Gen. 23.
b Gen.26.34.
c Gen.36.2.16.
d Cap 4.

Tertius filius Chanaan fuit Iebus,ex quo Iebusæi,qui(vt cen- 3 seo)tempore Semi, seu Melchisedechis(qui,vt supra [e] vidimus, primus Ierosolymorũ fundator extitit, ibíque supremi Põtificatus sedẽ elegit)regionẽ circa Ierosolymã Iebusæorum appellatam,incolebãt.Sed post mortem Melchisedechis, quæ contigit anno mundi 2158. Iebusæi vrbem Ierosolymorum sibi vsurparũt,& à patrimonio Ecclesiæ vi & armis(vt arbitror,eripuerunt, illámque,vel saltem arcem illius tenuerunt vsque ad tẽpora Dauidis,annúmque mundi 2897.hoc est spatio 739.annorũ.

e Cap.10.
Ierusalem quãdo à Iebusæis vsurpari cœpit.

Quartus filius Chanaan fuit Amor,siue Emor,à quo Amorrhæi nomen habuerunt. Isti ante aduentum Israëlitarum habitarunt trans Iordanem ad Orientem; ita vt regnum Amorrhæorum ab Occidente Iordane clauderetur: ab Oriente regno Ammonitarum & Nabathæorum, & à Septentrione torrente Iaboc & regno Basan: quod regnum aliquando in regno Amorrhæorum includitur [f]. Et quia Ierosolymorum erat proximum, quam Iebusæi inuaserant, & ipsa media erat inter septem Chananæorum gentes: idcirco Amorrhæorum nomine omnes illæ gentes comprehenduntur, cùm à Deo dicitur Abrahæ, *nondum iniquitates Amorrhæorum esse completas* [g]. C

Amorrhæorũ nomine totius terræ Chanaã incolæ denotantur.
f Deut.3.8.31.4.
g Gen.15.16

Quintus filius Chanaan est Gergesæorum parens, quem Gergam vocare possis; à quo ciuitas Gergesa nomen habuit, D postea dicta Gerasa. Vnde regio Gerasenorum, & in Græco Euangelij [h] propius ab Hebr. Γεργεσηνῶν Gergesenorum. Quæ ciuitas ab Adrikomio collocatur in monte, cuius meminit Marcus [i], ex quo magno impetu porcorum duo millia præcipitata sunt in mare,atque suffocata.

h Matth. 8.28.
i Cap.5.12.

Sextus est Heuæus, à quo Heuæi, qui diuersarum regionum

fuerunt

Digitized by Google

A fuerunt incolæ. Nam iuxta Adrikomium [a], quidam habitauerunt in monte Hermon maiore ad Orientem Iordanis: alij in Hermone minore in terra Maspha: alij in tribu Beniamin, quorum Metropolis erat Gabaon: alij in regione Pharan prope Cadesbarne iuxta montes Seir, qui sunt ad Meridiem tribus Iudæ. Ratio huius est, quia, vt postea Leuitæ, cùm essent Ecclesiastici, diuersis in locis habitabant, vt de Raphaim eiusdem instituti viris aliquando diximus. Ab Heuæis, quos interpretamur, *Viuere facientes*, exposito iam sensu, terra Chanaan vocata fuisse videtur, *Terra viuentium*, proinde nullam
B constituerunt nationem aut populum peculiarem. Cùm autem circa montem Hermon (in quo vel ante diluuium sacras filiorum Dei conciones fieri solitas vidimus [b]) & circa Hermonem minorem in terra Maspha habitasse legantur, probabile est eos ex illis fuisse, qui, sicut Raphim, cognominabantur Emim, primósque post diluuium incolas fuisse non solùm vrbis Cariathaim, sed etiam vrbis Emath, cui nomen dederunt, atque de primo eorum archimandrita esse intelligendum, quod iuxta Hebr. legimus [c]. *Hi sunt Cinæi, qui venerunt de Hammath patris domus Rechab.* Nomen Regis eorum
C Tob, id est, bonus, (ex quo, & terra Tob, & fortasse nomen Achitob) pietatem eorum simul, & antiquitatem redolet. Isti Heuæi ab vno ex eorum familia nomine Hhori dicti sunt Horrhæi: cum quibus Esau affinitatem contraxit duplici coniugio, nempe Maheleth & Oolibamæ duarum posteriorum vxorum eius. Cuius affinitatis occasione diues admodum effectus paulatim omnibus Horrhæis, & Heuæis, id est, primis Idumææ incolis è sedibus expulsis, Regni Idumæorum per posteros erecti prima iecit fundamenta. Sed de istis Heuæis, quæ sit nostra sententia, vide suprà [d].

D Septimus iuxta Septuaginta Aracæne, qui vrbem Arcen in Libano sitam condidisse scribitur à Iosepho.

Octauus fuit Sinæus, qui fuit conditor ciuitatis Sin, quæ à prędicta ciuitate Arce dimidio milliario distat versus Austrum, vt ait Adrikomius ex Brocardo consentiens Hieronymo, qui non procul ab Arca sitam ait.

Nonus secundum etiam Septuaginta est Aradius, qui iuxta Iosephum Aradæus Aradium insulam obtinuit. Explicat Hie-

Ll

[a] in tribu Manasse num. 58. In Aser numero 47. In Beniamin numero 32. Et in Pharã num. 130.

[b] lib. 1. c. 18.

[c] 1. Par. lib. 1. c. 2. 55.


Esau affinitatem contraxit cum Horrhæis duplici matrimonio.

[d] Cap. 4.

Digitized by Google

CAPVT XIV.

De ditione Arphaxadis in terra Etham, in qua Scriptura dicit parentes Abrahæ habitaſſe à principio : *de pace, quæ erat inter Arphaxad, & Regem Nembrod : de aliorum regnorum principio : de rege Pontipio, quem editio vulgata vocat* Regem Ponti. B



POSTQVAM igitur de ſola turris ædificatione, quam confuſio linguarum, & diſperſio gentium ſequuta eſt, Methodius dixit, *Et ædificauerunt turrim in terra ſeu campo Sennaar, & ibi facta eſt diuiſio linguarum, & ex hoc diſperſi ſunt homines ſuper faciem terræ totius,* ſtatim & immediatè ſubiungit : *Ionithus autem filius Noë tenuit introitum in Etham.* Quæ verba referri debent ad id, quod paulò ante dixerat, Noë *dediſſe donationes Ionitho filio ſuo, & dimiſiſſe eum in terram Etham* : vt ſit ſenſus, quòd licet ex ijs, qui occaſione confuſionis linguarum ſic per mundum diſperſi ſunt, multi veniſſent de terra Etham miſſi à Ionitho, & licet eorum, qui in terra Sennaar valde multiplicati fuerant, maxima diſperſio facta fuerit : ipſe tamen Arphaxad ſemper manſit in ſua regione Etham : in qua ditionem principatúmque ſuum extendit, *vſque ad mare, quod*, ſupple mare (puto eſſe Perſicum) *vocatur Heliochora, id eſt, regio Solis, in quo*, nempe mari, *Solis ortus fit*, reſpectu Paleſtinæ, *& habitauit ibidem*, in regione Orientali Etham. C D

Notet, quæſo, Lector, quàm hîc bene quadret, quod Salianus[a] quærens habitationem Arphaxadis, & apud auctores non inueniens, ait : *Præſto eſt Cainas Indiæ fluuius* (forſitan Tigris vel quicúnque alius tunc ſic dictus à Cainan) *cuius eum facimus accolam ſine cuiuſquam iniuria. Is ſeſe in Gangem exonerat, & Brachmanorum agrum irrigat, vt ait Plinius*[b], *& Arrianus in Indicis*. Imò, & nominis literę radicales, & regionis ſitus omnino

a an. mũdi 1931. n. 97. *Cainas fluuius Indiæ à Cainan nomen habet.*
b Plin lib 6. cap. 17.
Ezech. 27. 23.

Digitized by Google

suadet Arphaxad vrbem condidisse, quam suo proprio nomine donauit: de scriptura loquitur, cùm ait [a]: *Haran & Chene* (Hebr. כנה) *Et Eden negotiatores tui*: sitáque videtur non longè à sinu Persico in Oriente Arabiæ felicis, vt colligi potest ex textu præcedenti, vbi mentio fit de Saba. Denique illam regionem, seu regnum amplissimum, & illustrissimum, quod vsque nunc vocatur *la Chine*, à Cainan, id est, Arphaxad, vt principium, ita & nomen accepisse quis non videt? Imò Scaliger [b], vt in Eusebium cesset incandescere, si benè sapiat, inueniet apud Iaponios Chinarum vicinos, ab ipso Arphaxad, aut eius discipulis circa hoc tempus introductam, non quidem Christianorum monachorum, sed antiquissimorum prophetarum Enoscæorum, aut Cinæorum sectam, in iis, qui Bonzij ibi nunc appellantur; licet paulatim, vt alij multi per totum orbem diffusi eiusdem instituti, in idololatriam lapsi sint [c]. Istorum autem vt Recabitarum munus erat canere Psalmos, ac resonare, & habitare in tabernaculis, vt de eis scriptura [d] loquitur. Sed & cuilibet comperire licebit paulò post aduentum Arphaxadis in dicta regione Etham circa annum mundi 1724. diluuij autem 68. iam in Chaldæa suscitatam fuisse primam Brachmanorum originem, quorum princeps & Choragus dicebatur *Iarcha*, quod est Hebr. Rapha, sicut iste Cainan nomine dignitatis vocabatur Arphaxad, id est, Rapha Cased, Curator Chaldææ, vt notauimus [e].

Bracmahorū prima origo.

a Ezech. 27. 23.

b in Elench. contr. Sera cap. 29.

c 1. Par. cap. 2. 55.

d Cap. 2.

Hic quoque terminatur multorum anxietas, seu quæstio, & maximè Pererij [f]. Quomodo parentes & maiores Abrahæ, qui erant posteri Sem & Arphaxad, venerint in Chaldæam, ibique habitauerint. Licet enim ea regio circa Babylonem esset sub imperio posteriorum Cham, & Nembrod: alia tamen pars Orientalis versùs Armeniam à posteris Arphaxad habitata remansit: ad quam vsque idololatria Babylonica peruenit, quæ & Thare infecit familiam in Vr Chaldæorum. Et nos de hoc antea [g]. Sed pergit Methodius: *Et post hæc*, post linguarum confusionem, *fecerunt sibi filij Cham*, ad instar Nembrod, *regem ex ipsis, cui nomen Pontipius*. Hic Zoroastres esse videtur, quem Epiphanius [h] synchronon facit Nembrodo. Cùm enim vel ipse, vel aliquis eius successor in editione Latina dicatur *Rex Ponti*, iuxta Hebræum verò *Rex Eleazar*: & cùm Zoroastres fue-

e in Genes. cap. 12. num. 4.

f Cap. 6.

g initio Pa- narij.

h Genes. 14. 1.

rit Rex Bactrianorum: profectò Rex Pōti, vel Eleazar erit Rex Bactriæ vel Bactrianorum. Et proinde eodem ferè tempore apud Bactrianos Zoroastres à filiis Cham in regem electus est, quo Nembrod regnare cœpit in Babylone. Ad hæc Methodius:

Et septuagesimo, inquit, *& nonagesimo temporis trium millium annorum, tertio regni Nembrod.* Si de millenariis annorum mundi hic agitur, & pro septuagesimo legatur septingentesimo; annus septingentesimus & nonagesimus tertiæ chiliadis, iuxta mendosam Græcorum supputationem, cadit in vigesimum circiter annum Phaleg: qui ad amussim Hebræorum & Latinorum est mundi 1777. Sed hoc stare non potest: proinde, quia additur, *tertio regni Nembrod;* quicquid sit de præcedenti computo, tertius annus regni Nembrod est mundi 1843. Hoc igitur anno *miserunt* (nonnulli, puto ex Græcia, cui à diuisione gentium præerat Iapheth) *viros potentes in arte tectoria constructores, & descenderunt in terram Etham ad Ionithum filium Noë: & ædificauerunt ei ciuitatem iuxta nominis ipsius* (Cainan) *nuncupationem*: de qua nuper Ezechiel. Capientur nunc ista facilè, si præsupponamus ea, quæ de terra Etham, & de Ionitho sæpè iam diximus. Sensus igitur est, quosdam in principio regni Nembrod misisse artifices ex Græcia oriundos ad Arphaxad, qui Chaldææ spiritualiter & temporaliter præerat in terra Etham, vt ei ciuitatem ædificarent: quæ, vt ipse, vel Ionithia & potius Chenne, vel vt fluuius Cainas appellata est. Prosequitur Methodius: B C

Et pax multa erat in terra Ionithi & Nembrod vsque ad præsentem diem. Quis dies iste fuerit aut annus non facilè est diuinare: iste tamen loquendi modus subindicat, ea, quæ iste author scripsit sumpta esse ex vetustissimo quodam libro, vt potè Enochi, in quo dubium non est multa post diluuium à Patriarchis addita fuisse. Porrò ista Nembrodi pax cum sapientissimo, ac piissimo patriarcha Arphaxad ostendit, Nembrodum minimè fuisse tyrannum aut impium: sed potiùs virum pacificum ac studiosum. Iterum Methodius: D

Scripsit autem Ionithus epistolam ad Nembrod ita dicens: Quia regnum filiorum Iapheth ipsum incipiet delere regnum Cham. Quibus verbis Petrus Comestor tale dedit glossema: Multa, inquit,

Digitized by Google

præuidit ac prædixit: In primis autem de quatuor monarchiarum ortu succeßione & occasu. Quam prophetiam multis post sæculis Daniel edidit. Prædixit autem ille primos omnium regnaturos ex posteritate Cham, vt fuit Belus & Ninus regni Babylonici & monarchiæ Aſſyriorum conditores: secundos regnaturos de stirpe Sem Persas & Græcos: postremos de genere Iapheth, Romanos. De qua expositione candidus lector iudicet: mihi equidem minimè sapit. Sed audiamus vltima de hac historia Methodij verba.

Hæ: autem regna, videlicet Nembrodi in Babylonia, Ionithi in Chaldæa, Pontipij in Bactria, Iaphethi in Europa, *primùm apparuerunt*, id est, prima fuerunt *in terra*: *& post, didicerunt omnes gentes constituere sibi regnum, post regnum Nembrod expleta tertia chiliade annorum.* Sanè in Græco debuit esse εἰκάδι, quòd est vigesima pars, non autem χιλιάδι, quòd est centesima pars. Nam paulò post tertiam eicadem, hoc est, ter viginti annos, nempe, sexagesimo quinto regni sui mortuus est Nembrod Rex Babylonis, vt post Eusebium omnes asserunt.

Quòd autem ante ista Methodij verba, hoc est, peruerso ordine, ponitur, ad illud credo pertinere bellum, quòd Ninus filius Nembrod post mortem patris, & regni sui principio, cum aliis vicinis regibus gessit, vt scribit Diodorus Siculus. Verba Methodij sunt: *Regnum autem Nembrod*, tempore Nini, *& filij Sem*, nempe Ionithi (apertè vocat filium Sem, quem priùs [a] vocauerat quartum Noë filium) in terra Etham, *& Pontipij filij Cham*, id est, Zoroastris Bactrianorum Regis, *& Iapheth*, in Cypro & Europa, *se inuicem rebellabant*: hoc est, mutuis sese bellis affligebant. Quòd Diodorus in exordio libri tertij videtur exponere scribens, Ninum, cùm regnare orsus est, incredibili dominandi cupiditate, totum penè orbem complexum, & exercitum duxiſſe aduersùs Babylonios, nonnullis Armeniæ ciuitatibus in potestatem redactis, regem eius (credo Ionithum, id est, Arphaxad, qui vsque ad sextum regni Niniæ, imperij autem Aſſyriorum 165. & 438. id est, vltimum suæ ætatis annum longè post Ninum vixit) humaniter excepiſſe, (pro eius, nempe, veneranda canitie & admirabili sanctitate.) Postea decem & septem annis Indos & Bactrianos subiugaſſe, item Ægyptios, Phœnices, interiorem Syriam, aliásque multas re-

[a] Cap. 1.

Digitized by Google

giones, Propontidem, etiam atque Bithyniam, & Cappadociam, &c. Ad extremum debellasse Zoroastrem regem Bactrianorum. Quòd vltimum Nini bellum circa annum regni eius 48. ponitur ab Eusebio.

Methodij verba honorificè excipienda, non contemnẽda.


Sic igitur exposita Methodij verba tantùm abest, vt tanquam fabulosa contemni debeant, quin potiùs magna cum reuerentia excipienda sint; quippe quæ maxima nobis vsque modò abstrusa arcana reuelant, multúmque ad libri Genesis arctiori stylo conscripti intelligentiam luminis exhibent; sed & eorum, qui illa corruperunt malitiam, vel potiùs ignorantiam ipsa clariùs meridiana luce propalant. Nec tamen deinceps B tantisper ambigere permittunt, an secundus Cainan extiterit in rerum natura, cùm loca ex Scripturis indigitent, quibus constat illummet esse, qui dignitatis nomine Arphaxad vocatus est. Vocamus autem secundum Cainan iuxta Græcorum & Latinorum scripturam, & tritum loquendi modum: alioquin prioris nomen à posterioris nomine multum differt, & proinde non nisi vnum Kenan Cinæorum institutorem & Enoscis filium, & vnicum Cainan Semi primogenitum alio nomine Arphaxadem propriè fuisse tenendum est.

Secundum Cainã fuisse ex Methodij verbis deducitur.

C

CAPVT XV.

De alia speciali prophetarum post diluuium sodalitate, quæ à Iapheth Iephthæorum, ab Ascenez Cinæorum dicta est.



VONIAM vsque nunc egimus de tribus illis sanctissimis viris illustrissimísque patriarchis Sem, Arphaxad & Heber, hósque duos vltimos filiorum Dei, seu religiosorum vidimus D extitisse choragos: iustum est aliquid dicere de duobus aliis, nempe Phaleg, & Iectan, quos pius parens Heber eiusdem secum professionis esse voluit, vt significare videntur ista iuxta Hebr. verba: *Et ipsi Heber natus est duo filij, nomen vnius Phaleg,* &c. *^a & nomen fratris eius Iodan.*

a Genes. 10. 25.

Distri-

Digitized by Google

Distributiua apud Hebræos,& frequentissima locutio est, ac si diceretur,vterqu efiliorum istorum Heber natus est ei,hoc est, factus ei filius spiritualis ac discipulus, iuxta vim participij ילד *Iullad*, de quo nos antea [a]. Et hoc est quod Rab. Salomon apud Genebrardum [b] ait de vtroque: *Secundò genuit Iectan, à diminuendo, siue minorando nuncupatum, quod diminuerit sibi de mundi negotijs, vt vacaret rebus diuinis, & philosophiæ. Quasi è duobus ipsius filiis vniuersa sapientia manatura esset in homines: diuina per Phaleg Hebræorum patrem; humana,& philosophica per Iectan In-* B *dorum,& Orientalium genitorem: vnde Philosophia illis locis ab omni antiquitate floruit. Illic enim Brachmanes Gymnosophistæ, &c.* Quibus verbis significatur, vtrumque Heberis filium ita diuinæ sapientiæ vacasse studio, vt Iectan à patre datus sit Arphaxadi in discipulum, cum quo in Chaldæa Orientali manserit: Phaleg autem tunc infantem secum portauerit in terram Chanaan,vbi eum sui quoque postea fecerit alumnum instituti Hebræorum nuncupati.

a cap. 9.
b An. mũdi 1931.
Iectan discipulus fuit Arphaxadi in Oriente.

Aliam quoque prophetarum scholam, Cinæorum alumnam quæ ab illustrissimo mundi Chiliarcho,& filio Noë, Iapheth, C Iephthæorum diceretur, extitisse, inde colligimus; quòd Caleb dux ille de tribu Iuda strenuissimus honoris causa cognominatur *filius Iephone Cenezæus* [c]:vbi nomen Iephone, Hebraice יפנה *Iephunne*, propter similitudinem ה cum ח, & cum interpositione literæ seruilis נ, facile deductum fuit à proprio nomine יפת *Iepheth*, ad significandum scholam Iaphethæorum: quo modo à nomine Raphaim,schola eorũ per additionem litteræ ה nominata est Arapha [d]. Itaque cùm Caleb toties cognominatur *filius Iephunne Cenezæus*,idem est ac si vocaretur alumnus, aut discipulus scholæ, vel sodalitatis Iephthæorum (cor- D ruptè Aphuthæorum [e])Cenezæorum: vt quemadmodũ Othoniel appellatur *filius Cenez*, id est,Cenezis discipulus, eo quòd erat ex societate ab Ascenez nepote Iaphethi instituta: ita Caleb sit quidem ex discipulis Iapheth: sed ex eorum sodalitate, qui doctrinã Iaphethi ab Ascenez eius nepote per Chananitidẽ, post diuisionem terræ disseminatam amplexati sunt. Inde colligitur,& confirmatur,quod sæpe diximus,omnia ista nomina Iaphethæorum,Cenezæorum, Hebræorum, Nazaræorum, Re-

c Iosue 10. 6 & 14. & alibi sæpissimè.
d sup lib. 1. cap. 10. lib. 2. cap. 8. & 9.
e 1. Paral. 2. 55.

Digitized by Google

A *quam calcauit pes tuus erit possessio tua, & filiorum tuorum in æternum, quia secutus es Dominum Deum meum. Concessit ergo Dominus vitam mihi sicut pollicitus est vsque in præsentem diem. Quadraginta quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbum istud ad Moysen: quando ambulabat Israel per solitudinem: hodie octoginta quinque annorum sum. sic valens, vt eo valebam tempore, quando ad explorandum missus sum: illius in me temporis fortitudo vsque hodie perseuerat tàm ad bellandum, quàm ad gradiendum: Da ergo mihi montem istum, quem pollicitus est Dominus, te quoque audiente, in quo Enacim sunt, & vrbes magnæ, atque munitæ: si fortè sit Dominus mecum, &*
B *potuero delere eos, sicut promisit mihi: Benedixitque ei Iosue* (benedictio Noë per benedictionem Iosue adimpletur) *& tradidit ei Hebron in possessionem. Atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo vsque in præsentem diem.* Nimirum, cùm Hebron esset in tribu Iuda 22. millibus passuum ab Ierosolymis versus Austrum, vt habet Masius[a], Caleb princeps, & caput tribus Iuda, ex Sem trahens originem, fit possessor regionis, quam Deus ex Semo per Abraham, Isaac, & Iacob descendentibus promiserat: & quatenus Cenezæus est, nempe, ex sancto Ascenezis à Gomer, & Iapheth descendentis sodalitio, illius regionis ta-
C bernaculorum, sacrorumque locorum suscipit dominium. Vt in illo quoque, sicut & in filiis Leui, quibus data est *Cariath-Arbe patris Enac, quæ vocatur Hebron in monte Iuda, & suburbana eius per circuitum*[b], aliud simul impleatur Dei oraculum, ad Abraham cùm esset iuxta ipsam Hebron, postque solemne sacrificium ita loquentis: *Semini tuo dabo terram hanc*, &c. *Cinæos, Cenezæos, Cedmonæos*, &c.[c]

a in cap. 10. Iosue.

Caleb vt Cenezæus est tabernacula Iapheth recipit à Iosue in Hebron.

b Iosue 21.

c Gen. 15. 19.

Sed quo pacto, inquies, ciuitas Hebron data est Leuitis, quæ iam tradita erat in possessionem Caleb, quæ exinde fuit Caleb filij Iephone? Hoc exponitur in nuper citato Iosue loco, vbi
D additur: *Agros verò, & villas* (Hebronis) *dederat* (Iosue) *Caleb filio Iephone ad possidendum.* Et sic Sacerdotes Leuitici generis vrbes Hebron, & Dabir habuerunt; Caleb vero professione Cenezæus, iuxta illos possedit agros, & villas, in quibus strictioris obseruantiæ Cenezæi sua figere possent tabernacula.

Pro quorum ampliori declaratione, & confirmatione, notandum est: duos fuisse viros, qui in scriptura vocantur Caleb, & vtrúmque de tribu Iuda. Primus, qui maior dici po-

Duo fuerunt viri nomine Caleb.

Digitized by Google

A ad Abraham[a], vt sæpe iam & nuper diximus. Quos non aliquẽ populum, aut gẽtem extitisse, præter ante[b] dictas rationes, inde manifestè colligitur: quòd cùm Caleb iste natus sit in Aegypto, tempore seruitutis Israël, vt apertè cõstat ex illius verbis nuper recitatis: oporteret Aegyptios esse illos Cenezæos, quorũ Deus curam, vel regiones possidendas posteritati Abrahæ promiserat: nec vlla ratio est, cur potiùs Caleb, quàm omnes alij ex filiis Israël, qui nati sunt in Aegypto, Cenezæus appellaretur. Quæ cùm absurdissima sint & falsa: concludendum est, Caleb hoc cognomen accepisse, quia Cenezæus erat: hoc est, ex illorũ B filiorum Dei instituto, qui post diluuium ab Ascenez filio Gomeris, nepote Iapheti, & pronepote sãctissimi Patriarchæ Noë supremo illorum magistro ac moderatore Cenezæi sunt appellati, non tanquam aliqua gens, aut populus, qui sub isto nomine prorsus ignotus est apud Auctores, vt videre est apud Salianum[c]: sed qui erant prophetæ, doctores, & scribæ habitantes in tabernaculis, diuinæque vacantes Psalmodiæ, sicut Cinæi, quibus in illo Dei cum Abraham colloquio iunguntur. Nec obstat, quòd pronepos Noë, non Cenez, sed Ascenez dicitur. Nam præter modicam nominum differentiam, Philo Iudæus C vocat illum Cenez vsitato (vt credibile est) apud Iudæos more.

a Gen 15.19
b lib.1.c.13.

Cenezæi non potest esse gẽs aliqua vel populus.

c An. mun. 1931. nu. 31.

Denique attendendum valdè est, ex hoc quòd duo eiusdem tribus Iuda viri illustres hoc nomine Cenez appellati sunt, in quanta apud Israëlitas nomen sanctissimi prophetæ Ascenez fuerit reuerentia, & quòd non nisi in cæterarum tribuum præcipua, & clarissima sic affectatum inueniatur. Vnde licet colligere non gratis, aut frustra talem fuisse tanti prophetæ venerationem: sed illius instituti ac professionis exercitia, vtpote cantandi, psallendi, Deóque multipliciter ministrandi, tam ante, quàm post Moysen, apud ipsos in Gessen, & vbicúmque habi-D tabant, in vsu fuisse, quandiu manserunt in Ægypto.

Cenez seu Ascenez quã celebre nomẽ fuit in tribu Iuda.

Profectò, vix licet dubitare, tabernacula Sem, adeóque cultum diuinũ in tabernaculis iuxta ritum Melchisedechis in Ægypto etiam Cenezæorum ministerio viguisse, maximè in domo & familia Iephone, id est, Iephthæorum apud Caleb, tempore mansionis Israëlitarum in Aegypto: quemadmodum per Heberem, vel Misraim Chami filium primum Aegypti, post gentium, & terræ diuisionem dynastam (vel potiùs spiritualem

Cenezæi munus suũ exercebant tempore seruitutis Aegyptiorum.

Digitized by Google

animarum curatorem, videtur enim societas Cinæorum, qui Misrahæi[b] dicebantur, ab eo nomen accepisse) tēpla ibi erecta, sacerdotes institutos, ordinata sacrificia, & alia multa, quæ ad verā religionē spectabāt, disposita multis antea sæculis fuisse cēseo, & ferè colligo ex istis Psalmistæ[c] verbis, cùm loquitur de clade primogenitorum in Aegypto facta, Angeli exterminatoris ministerio: *Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.* Templa enim à Misraim cōstructa credo patris nomine vocari *tabernacula Chā*, eo sensu, quo terra Aegypti nominatur *terra Cham*[d] longè post B eius mortē: in quibus Rex Pharao & Aegyptij tempore seruitutis Israëlitarum idola colebāt: ad quorum restaurationem ab eodem rege filij Israël coacti fuerunt. Ita enim intelligo, quod sic iuxta Heb. legimus[e], *Et ædificauit* (Israël) *Vrbium tabernacula ipsi Pharaoni.* Nomen enim quod ibi *tabernacula* vertitur, passim in scriptura[f] pro locis sacris accipitur. In istis autem Aegypti tabernaculis, Chami vel Misraim tempore, apparet sacerdotes veri Dei (licet posterioribus sæculis idolorum cultores) iuxta naturæ legis frequentiorem ritum, primogenitos extitisse, quales fuisse illos, quos occidit pertrāsiens Angelus nocte paschali, vt indicat textus Hebræus, qui pro *primitias omnis laboris eorū*, C habet: *caput, vel principium idolorum in tabernaculis Cham.* Cùm enim Angelus, non nisi primogenitos occiderit, sequitur omne caput idolorum quod occisum est, fuisse primogenitum.

Igitur, in Ramesses, vbi manebant Israëlitæ fuerunt tabernacula Cham, in quibus verum Deum colebant, & præsertim Cenezæi familiæ Iephone, id est, Iephthæorum. Imò, dum video Abulensem, & alios asserere vrbem Ramesses illam esse, quam 70. vocant *Vrbem Heroüm*[g], candémque dictam esse pagum Arsenoitarum (quid si Ascenezitarum?) ac deinde Thebas & Thebaidas, tot monachorum incolatu, monasteriisque celebrem, vix alios Heroës, quàm istos Ascenezitas paulatim dictos D Arsenoitas possum intelligere. Et hîc quoque Scaliger[h] comperire poterit antiquitatem Essenorum Aegyptiorum, & facilē eorum in monachos Christianos mutationem. Confirmatur tam ex eo, quòd Iacob & Ioseph, & alij qui fuerunt ante Moysen, præsertim ante mortem Ioseph, nunquam tolerassent dilectum Dei populū inter idololatras commorantē sine veræ reli-

b sup. lib 1. cap. 6.

c Psal. 77. 55.

Veræ religionis officia exercebant primi incolæ Aegypti. Vide supra c. 6.

d Psal. 104. 25.

e Exod. 1. 11.

f Exod. 26. 12. & 30. 40. 17. Leuit. 15. 31. Num. 1. 51. 1. Paral. 6. 33. & alibi sæpe.

Chami tabernacula erant templa in Aegypto, in quibus Israëlitæ Deo seruiebant.

g Gen. 46. 28.

h in Elench. contr. Ser. cap. 29.

Digitized by Google

A gionis exercitio tamdiu permanere: quàm quòd etiã post mortem Ioseph, nouum Regem Aegypti, quantumlibet impium & tyrannum Israelitas à suæ religionis exercitiis penitùs impediuisse verisimile nullatenus est. Vnde cum ab Aegypto egressuri Regem conueniunt Moyses & Aaron non simpliciter dicunt: *Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi* [a]: sed semper addũt, *in deserto*, vel *in solitudine*: quasi cùm essent in vrbe sacrificare solerent. Sed ista in sequentibus [b] ex professo tractamus, & ex scriptura [c] solidè probamus. Quamuis nonnullos ex eis idola coluisse, & multi auctores asserant, & ipsa Scriptura [d] testetur.

a Exod. 5. 1. & 8. 1.
b Iosc. 24. 14
c lib. 3. c. 11.
d 1. Reg. 2. 17. & 28. Ezech. 20. 7. 8.

B

CAPVT XVI.

De diuisione terræ promissionis inter filios Chanaan: de Melchisedecho, post cuius mortem Iebusæi Ierusalem occupauerunt, qui inde postea ab Israëlitis, & à Dauide expulsi sunt.

CVM ex tribus Noë filiis duo ab illo præfecti sint in iis, quæ sunt ad Deum, Sem, nimirum, & Iapheth, vnus autem qui est Cham, ad temporale dominium sit destinatus: facilè iam nobis erit regiones omnes C terræ Chanaan inter ipsum, & filios eius distribuere iuxta seculiorem expositorum sententiã: omnibus enim super hoc altercantibus opinionibus respondendi prouinciam nõ assumimus.

Cham igitur, iuxta priùs [c] citatum Iosephum habuit Aegyptum, Aethiopiã, Africã, & totam Syriã, in qua sunt omnes prouinciæ Chananæorũ & Arabũ. Quæ vltimæ prouinciæ ita fuerunt distributæ inter nepotes Chami, hoc est, Chanaani, qui toti regioni Chananæorũ nomẽ dedit, filios: vt primogenitus, qui dicebatur Sidon, Phœnicũ regioni præfuerit, condita ibi Phœnice sibi cognomine ciuitate, vt post Iosephũ tradit Hierony-D mus, quæ ab eo Sidon est appellata, & tota regio Sidoniorũ nomen accepit. Sed & generale totius terræ sanctæ Chananæorũ nomẽ specialiter illi tributũ est, ob id forsitã, quod Chanaã, cui successit primogenitus eius Sidõ, suã ibi mansionẽ elegit; quod ex insigni Sidonis (quam ab illo potiùs ædificatam, & primogeniti nomine donatam putauerim) antiquitate licet cõiicere.

c Cap 6.

Chananæorũ nomẽ cur peculiariter tribuitur Sidoniis.

Secundus filius Chanaan fuit Heth, à quo Hethæi, qui montanam regionem incoluêre, quæ postea tribui Iuda sorte obti-

Digitized by Google

fuerunt incolæ. Nam iuxta Adrikomium [a], quidam habitauerunt in monte Hermon maiore ad Orientem Iordanis: alij in Hermone minore in terra Maspha: alij in tribu Beniamin, quorum Metropolis erat Gabaon: alij in regione Pharan prope Cadesbarne iuxta montes Seir, qui sunt ad Meridiem tribus Iudæ. Ratio huius est, quia, vt postea Leuitæ, cùm essent Ecclesiastici, diuersis in locis habitabant, vt de Raphaim eiusdem instituti viris aliquando diximus. Ab Heuæis, quos interpretamur, *Viuere facientes*, exposito iam sensu, terra Chanaan vocata fuisse videtur, *Terra Viuentium*, proinde nullam

B constituerunt nationem aut populum peculiarem. Cùm autem circa montem Hermon (in quo vel ante diluuium sacras filiorum Dei conciones fieri solitas vidimus [b]) & circa Hermonem minorem in terra Maspha habitasse legantur, probabile est eos ex illis fuisse, qui, sicut Raphim, cognominabantur Emim, primósque post diluuium incolas fuisse non solùm vrbis Cariathaim, sed etiam vrbis Emath, cui nomen dederunt, atque de primo eorum archimandrita esse intelligendum, quod iuxta Hebr. legimus [c]. *Hi sunt Cinæi, qui venerunt de Hammath patris domus Rechab.* Nomen Regis eorum

C Tob, id est, bonus, (ex quo, & terra Tob, & fortasse nomen Achitob) pietatem eorum simul, & antiquitatem redolet. Isti Heuæi ab vno ex eorum familia nomine Hhori dicti sunt Horrhæi: cum quibus Esau affinitatem contraxit duplici coniugio, nempe Maheleth & Oolibamæ duarum posteriorum vxorum eius. Cuius affinitatis occasione diues admodum effectus paulatim omnibus Horrhæis, & Heuæis, id est, primis Idumææ incolis è sedibus expulsis, Regni Idumæorum per posteros erecti prima iecit fundamenta. Sed de istis Heuæis, quæ sit nostra sententia, vide suprà [d].

D Septimus iuxta Septuaginta Aracæne, qui vrbem Arcen in Libano sitam condidisse scribitur à Iosepho.

Octauus fuit Sinæus, qui fuit conditor ciuitatis Sin, quæ à prędicta ciuitate Arce dimidio milliario distat versus Austrum, vt ait Adrikomius ex Brocardo consentiens Hieronymo, qui non procul ab Arca sitam ait.

Nonus secundum etiam Septuaginta est Aradius, qui iuxta Iosephum Aradæus Aradium insulam obtinuit. Explicat Hie-

Ll

[a] in tribu Manasse num. 58. In Aser numero 47. In Beniamin numero 32. Et in Pharā num. 130.

[b] lib. 1. c. 18.

[c] 1. Par. lib. 1. c. 2. 55.

Esau affinitatem contraxit cum Horrhæis duplici matrimonio.

[d] Cap. 4.

Digitized by Google

a Tradit. Hebr. ronymus[a]: *Aradij sunt, qui Aradium insulam possederunt, angusto freto à Phœnices littore separatum.* A

Decimus est Samaræus. De quo Iosephus scribit, nihil præter nomen in Scripturis superesse. Sanctus Hieronymus putat Samaræos esse Cœlesyrios, in quibus nobilis ciuitas Edessa. Cùm autem Edessa sit ipsa Magog, quam postea[b] Magorum philosophorum primam facimus coloniam, aut habitationem, iudicet lector, vel etiam iuxta ea, quæ de hac ciuitate, ex libro Iudicum[c] antea[d] adduximus: & videat, an fortè Sem, antequam esset summus Pontifex, existente adhuc Noë circa Damascum, prima post linguarum diuisionem restauratæ Enoscæorum, vel Cinæorum sodalitatis iecerit fundamenta in illa ciuitate, à qua Magi, à Sem verò, vt ibi diximus, Semai, Semni, & Samanæi dicti sint, quos nunc Hieronymus appellaret Samaræos. Nonnihil tamen repugnant nomina originalia. B

b Cap. seq.
c cap. 18. 7.
d Cap. 4.
Samarai à Sem fortasse ita dicti.

Vndecimus, & postremus fuit Amathæus. Cuius regionem illam esse dicit Adrikomius, quæ terminus fuit terræ promissæ. Cuius longitudo sæpe in Scriptura definitur *ab introitu Emath*, seu Amath, *vsque ad torrentem Ægypti*[e], nempe à Septentrione ad Meridiem. Ad eam vsque exploratores Moysis peruenerunt. Et cessit illa in sortem tribus Nephtalim[f]. Sita autem est iuxta montem Libanum in finibus regionis Damasci: ea est Epiphania. C

e 4. Reg. 13. 35. 3. Reg. 8. 65.
f Iosf 19. 35.

Restant Pherezæi, quos ferè omnes expositores quendam populum fuisse sentiunt: quos Chananæis tanquam vicinis sæpe iungit Scriptura: vt tribus Iuda alloquitur tribum Simeonis: *Ascende*, inquit, *in sortem meam, & pugna contra Chananæum.* Et mox: *Ascenditque Iudas, & tradidit Dominus Chananæum, & Pherezæum in manus eorum: & percusserunt in Bezec decem millia virorum. Inueneruntque Adonibezec in Bezec: & pugnauerunt contra eum, & percusserunt Chananæum, & Pherezæum*[a]. Vnde apparet Adonibezec fuisse Regem Pherezæorum, & eius Regiam fuisse Bezec. Et suspicio profert, Bezec non distasse à Zedech, quæ est Ierusalem: ex eo quòd Reges Bezec ad instar Regum magnæ ciuitatis Zedech, qui tunc mutauerant nomen Melchisedech in nomen Adoni- D

a Iosf. 1. 4. 5.
Nominis Melchisedech in Adonizedech mutationis causa.

Digitized by Google

A zedech, voluisse videntur Adonibezec nuncupari. At meæ de istis populis priùs [a] positæ hæreo sententiæ. a Cap. 4.

Ista est breuis, securior, & communior terræ promissæ inter filios Chanaan distributio. Cui tamen sese opponere videtur S. Epiphanius in Ancorato, vbi respondens obiectioni aliquorum infidelium, qui Deum criminabantur, de eiectis Israelitarum opera Chananæis è patriis sedibus, ait; Deum olim eas regiones posteritati Semi attribuisse: nepotes autem Chami eas, pulsis legitimis dominis, occupasse, ideóque illos ab Israëlitis ex Ægypto reuersis tandem iniusta pos-
B sessione fuisse depulsos: *Quandoquidem*, inquit, *Palæstina sub sortem Semi cedidit, & tota ipsius vicinia: auarus autem Chanaan filius Cham postea Palæstinorum terram inuasit, hoc est, Iudæam, ipsamque arripuit. Longánimis autem Deus diu expectans, vt pœnitentia ducti restituerent terram filijs Sem, tandem iurisiurandi transgreßionem vltus est.* Hæc ferè Epiphanius. Quæ verba tanguntur in primo recognitionum S. Clementis; & bonam pati possunt interpretationem, vt nunc videbimus. Quamuis Pererius [b], iuxta communiorem ac meliorem ferè omnium enarratorum priùs à nobis positam terræ Chanaanitidis diui- b in Genes. 19. cap. 19. n. 156.
C sionem, meritò non admittat illam, quam paulò ante Epiphanius posuerat his verbis: *Et diuisit quidem* (Noë) *velut hæres mundi à Deo constitutus, tribus filiis suis vniuersum mundum sub sortem missum, & vnamquámque partem iuxta sortem singulis distribuit. Et ipsi quidem Sem primogenito cecidit sors à Perside, & Bactris vsque ad Indiam, & regionem Rhinocorurorum, quæ sita est inter Aegyptum & Palæstinam è regione rubri maris. Ipsi verò Cham obtigit terra à Rhinocorura vsque ad Gades ad Meridiem. Tertio autem filio Iapheth obuenerunt ea, quæ spectant ad Aquilonem, à Media vsque ad Gades & Rhinocoruros.*

D Stare, inquam, non posse videtur ista diuisio. Primò quia Moyses [c], totam regionem Chananæorum cum omnibus eius prouinciis tribuit filiis Chanaan. Secundò, quia Assyria & Babylonia à Nembrode filio Chus, & nepote Cham possidetur, vt clarum est. Proinde, licet cum Pererio hanc S. Epiphanij, non concedamus diuisionem: prioribus tamen eiusdem verbis vtcumque subscribimus. Primò in hoc, quod

c Genes. 10. 15.

Epiphanij sentētia singularis de diuisione terræ Chanaā exponitur, ac defenditur.

ait *Palæstinorum terram, hoc est Iudæam* Semo cecidisse, si, vt videtur, per Palæstinam intelligat regionem illam, quæ Ierosolymis erat proximior. Cùm enim Sem Rex fuerit Ierusalem, in qua summi Pontificatus sedem tenuit, illius ciuitatis viciniores terras Occidentem versus habere etiam potuit, non (vt puto) sorte, nec fortasse eius fratres: sed electione, vel à seipso, vel à sapientissimo patre Noë facta: vt in totius regionis Chanaan, vel etiam orbis meditullio sedes esset summi Pontificis.

Diuisio terrarum à Noe facta inter filios nõ sorte, sed electione facta est.

Secundò, si S. Epiphanius sub nomine Palæstinæ comprehendat, vel intelligat Cœlesyriæ prouinciam, cuius præcipuæ ciuitates Astaroth-carnaim, Cariathaim, Emath, & Magog primorum post diluuium Raphaim, seu prophetarum, filiorúmque Dei fuerunt habitationes, vt antea [a] vidimus, super quos Sem, vt erat *pater omnium filiorum Heber* [b], habebat & exercebat auctoritatem: ex quatuor illis regibus, qui aliquando *percusserunt illos Raphaim in Astaroth, Emath & Cariathaim* [c], vnus Chananæus fuisse videtur, Thadal rex Gentium. Quantò autem iniqua tunc fuit istarum vrbium inuasio, & sanctissimorum percussio prophetarum: tantò iustissima fuit illa à Iosue facta posterioribus sæculis de illis, antiquis quidem harum sacrarum ciuitatum, & sanctæ regionis incolis; sed qui à priscorum sanctitate omnino defecerant. De quibus sic ad verbum in libro Sapientiæ [d] legimus: *Etenim antiquos habitatores sanctæ tuæ terræ odio habens, eò quòd odibilia facerent opera,* &c. *& deuoratorem sanguinis de medio mystathiæ tuæ* (Græcè ἐκ μέσου μυςαθίας σου) *& principes parentes animarum inauxiliatarum voluisti perdere per manus patrum nostrorum, vt dignam coloniam acciperet Dei seruorum apud te omnium pretiosissima terra.* Nimirum, illa terræ Chanaan extrema pars (in qua ante diluuium filij Seth duas columnas insculptis plenas mysteriis erexerant, sanctámque doctrinam disseminauerant, vt antea [e] vidimus: post diluuium autem erant tres dictæ, & quædam aliæ sacræ ciuitates, sanctorum mystarum, scribarum, & Prophetarum coloniæ) erat Dei mystathia, ac velut regio mystarũ, ac proinde terra sancta Dei, & apud eum cæterarum regionum Chananæarũ pretiosissima, ibi erant parentes animarum inauxiliatarum, nempe seruorum Dei, ac religiosorum, qui nullo humano solent niti auxilio.

a lib. 1. c. 9. & lib. 2. c. 8.
b Gen. 10. 21.
c Gen. 14. 5.
d cap. 12. 5. & 6.
e lib. 1. c. 3.

Mystatia Dei id est, mystarum, seu prophetarũ regio vocatur terra pretiosissima, & quanam ista sit.

Cùm autem postea à Iosue captæ fuerunt illæ ciuitates,& datæ Leuitici generis, id est,Ecclesiasticis, viris,& doctoribus,vt factum fuisse docuimus[a]: tunc certè adimpletum est, quod dicebat Epiphanius, *Longanimis Deus diu expectans vt pœnitentia ducti restituerent terram filiis Sem, tandem iurisiurandi transgressionem vltus est.* Siquidem Semi posteritas,secundùm carnem, Persarum, Assyriorum, Chaldæorum & Medorum quidem terras incoluit: sed prætereà nuper dictam Cœlesyriam,quam quartus eius filius Aram, & nepotes Hus, Hul, Gether & Mese inhabitarunt[b]. Et sic prædicta tam libri Sapientiæ, quàm S. Epiphanij verba de illa Palæstinæ seu terræ Chanaan parte ritè possunt intelligi: sicut & de illa parte, quam ipse interpretabatur *Iudæam*,quámque auarus Chanaan inuasit: tunc præsertim, vt censeo, quando mortuo Melchisedech, Iebusæi, qui propè Ierusalem habitabant, ciuitatem eiúsque vicinias,quæ ex patrimonio erant Ecclesiæ, armorum vi rapuerunt,vt nuper diximus. Propter quæ & alia scelera, quæ apertiùs indigitat Scriptura[c] post 336. circiter annos ab Israëlitis expulsi sunt: deinde penitùs à Dauide[d].

a Sup. lib. 1. cap 10.

b Par. 1.17.

S. Epiphanius defenditur.

c Gen 15.16. Exod 23.15 24.15. Leuit 10.25 Iudic.1.8.

d 2.Reg.5.

B

C Si quis autem quærat, quibusnam filiis Sem restitutio illa facienda erat, vel de quorum manibus Iebusæi illam terram & Ierusalem rapuerunt? Cēseo raptam fuisse de manibus eorum, quos Sapiens nuper vocauit *animas inauxiliatas*: nempe, de manibus Heberis, qui cùm esset tunc annorum 442. & caput sodalitatis Hebræorum[e], quæ tunc florebat, essétque trinepos Melchisedecis summi Pontificis, Hebron cum ciuitate Ierusalem possidebat legitimè. Quam tamen vir pius & religiosus, armis non assuetus,nullóque vicinorum fretus auxilio diu conseruare non valuit,aut violentos Iebusæorum impetus sustinere. Sed vel in suo Bethebere solitudinis loco, vel in Hebron, D vel iuxta Ierusalem in *valle Saue*, id est, collegij, seu *valle Regis* Melchisedech, vbi suæ professionis Raphaim morabantur,vt antea[f] vidimus,ad mortem vsque habitauit pacificè.

e Genes. 10. 21

Anima inauxiliata quæ dicātur.

f lib. 2. c. 10.

Idcircò, dum video patrem Salianum[g] non inuenire regionem vllam, quæ data reperiatur Hebero (sicut re vera nulla data est, quia erat Ecclesiasticus & propheta) ideo tribuere ei montem & ciuitatem Hebron, quam sic ab illo censet appellatam; ego illi libenter subscribens, sic, & tunc id factum existi-

g An. mūdi 1931.n.99.

Digitized by Google

mauerim: quando ei ab Ierusalem expulso à Iebusæis, nec quidem in valle Raphaim cum discipulis suis pacificè viuere ac degere concederetur; ciuitatem longè antea à se ædificatam & nominatam Cariath-arbe elegit sibi in habitationem: vbi tunc instituti sui Enacim, id est, Torquatorum, conseruabat sodalitium. Hinc factum, vt tunc Hebræorum, seu filiorum Heber nomen maximè viguerit illustrèque fuerit. Heber autē in morte Melchisedechis erat annorum 433. obiit anno mundi 2189. vitæ autem suæ 464.

[t] Hebrō ciuitas ab Heber m dicta nomē retinuit quando & sua de causa id factum sit

Heberis mors quando contigit.

Porrò, post mortem Melchisedechis cùm iniquitates Chananæorum quotidie crescerent, & mortuo hoc tanto Pontifice, Isaac tunc annorum 110. quem in pontificatu ei successisse credimus, vel quicúmque alius in locum eius suffici potuit, à pessima hominum progenie, contemni cœpit; vnde maxima in Ecclesia Dei confusio subsecuta est. Propter quam, disposuit Deus, vt paulò post, elapsis nempe, 80. circiter annis, Iacob cum tota sua familia, occasione famis hinc euocaretur in Ægyptum. B

Hebere sūmo pōtifice mortuo maxima in Ecclesia Dei cōfusio.

Quibus omnibus quadrant prorsus quæ Doctores Hebræi (licet cū quibusdā non admittat Salianus [a]) dicunt, cū exponūt illa verba, *Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis* [b], hoc nomine *scholas intelligi, in quibus manebat Iacob addiscēs sapientiam & Dei timorem: & duo fuisse huiusmodi tabernacula, alterum Melchisedechis, qui erat sapiens & sacerdos Dei Altissimi* (nempe, *in valle Saue* [c]) *alterum Heberis* (nempe in Hebron) *qui erat propheta* (imò caput prophetarum) *& res diuinas docebat: apud quem Iacob quatuordecim annis habitarit.* Quòd probare facillimum est. Nam Iacob natus est anno patris Isaac 60. aui autem Abrahæ 160. Cùm autem Abraham vixerit 175. annos, Iacob in morte Abrahæ erat annorum quindecim. Quòd si pater Isaac pro solatio senis Abrahæ dedit ei puerum Iacob cùm esset quinquennis: ab illo tempore manens in Hebron apud auum, ibidem frequentare potuit scholas Heberis sub eius ludimagistris. Qui quidem Heber, non nisi quinquagesimo nōno post Abrahæ mortem anno ibi (vt censeo) mortuus est. Et sic Iacob ab anno quinto vsque ad 20. exclusiuè, id est, spatio annorum quatuordecim esse potuit, sub disciplina Heberis; vt nuper dicebant Hebræi. Qui etiam dicunt, Iacob seruisse Abra- C D

a an m. 2218 n 3.
b Genes 25. 27.
c supra lib. 1. c. 10.

Iacob in scholis Heberis eruditus est.

Quinquennis pro solatio Abrahæ senis datus ab Isaac.

Digitized by Google


A hæ quindecim annos. Quòd si seruire sumant pro viuere, hoc ipsum est quod dicimus. Iacob autem cum Abraham habitasse docet Paulus[a].

a Hebr. 11. 9.

Capvt XVII.

Quòd omnes philosophi tam Græciæ, quàm aliarum regionum, à nepotibus Noë prophetis habuerunt originem.

B



IVINA bonitas erga genus humanum specialiter enituit post diluuium, quando in diuisione gentium per Noë, eiúsque nepotes, & filios, præsertim per eos, qui filij Dei, id est, Ecclesiastici erant & prophetæ, cùm multiplici scientia verum Dei cultum vbique terrarum disseminari voluit. In cuius rei argumentum certissimum facilè nobis est ostendere omnes scholas ac sodalitates philosophorum, qui aliquam in moribus modestiam, aut generaliter virtutem, C eiúsque studium profitebantur. item præcipuos Deum colendi ritús, atque in sacrificiis, templísue ceremonias, licet multis sensim superstitionibus infectas à nostris Cinæis, Cenezæis, aliísque filiis Dei in Noëtica schola instructis originem trahere. Quòd iuxta rerum exigentiam videbimus in sequentibus. Nunc generaliùs agendo, quantùm ad Iapheth notatum velim diligenter, quod totum genus Græcorum, inter quos tot, & tam insignes fuerunt Philosophi, támque multiplices illorum sectæ, quicquid boni habuerunt ad nostrum Iapheth, tanquam ad suum caput, aut fontem referre debent.

Philosophorum schola à Cinais, aliisque filiis Dei initium sumunt.

Modus consulendi oraculum Apollinus ex patriarchis habet originē.

D Sed specialiùs visuri sumus modum consulendi oraculum Apollinis super cortinas, & tripodem factum ad instar cancellorum (quo nomine vtuntur Latini ad significandum terminos & limites, extrà quos non licet euagari) decumbendo, ex sacris esse desumptum, & a Iacob aliísque ante legem Patriarchis vsitatum, non alio vtique modo, quàm quo ab istis Noë filiis & nepotibus per traditionem acceperant. Et hoc ipsum esse quod apud Psalmistam[b] iuxta Græcos Interpretes legimus,

b Psalm. 67. 14.

Digitized by Google

Claros vrbs Ionia vnde dicta.

Si dormiatis inter medios cleros, seu terminos, μέσον τῶν κλήρων: sed iuxta Hebr. *inter duo clathra*, seu inter duos cancellos. A quo Græco nomine vrbem Ioniæ, in qua celebre erat oraculum dictam κλάρον fuisse putamus. Similiter philosophandum est de Dodanim, siue Dodan vno ex eiusdem Iaphet filiis, qui primus coluit, vel ædificauit Dodanam Molossiæ in Epiro vrbem, iuxta quam tam famosum apud omnes nationes simile extitit oraculum, quod passim Dodonæum appellabatur.

Dodonæum oraculum à Dodan filio Iapheth ducit originẽ.

Noë religionis, & pietatis semina iecit in Græcia.

Et quia (vt tenemus cum Beroso) sanctissimus patriarcha Noë in Græcia, & præsertim in insulis Cypro, & Creta mansit, ibique vitam finiuit, ac per Iaphethum filium suo totam Græciam, vel etiam Italiam rexit consilio: quales ibi sanctos ritus per suos Raphaim introduxerit, quanta & quàm pura iecerit semina pietatis, quis poterit exprimere? Sed & quis sufficienter deflere tot animarum clades, quas ibi postea intulit inimicus homo, qui, dum dormiunt homines, tantopere vigilans est ad superseminãdum zizania? At tempus Euãgelij illud est opportunum, in quo pater familias suis præcipit messoribus vt separatis superstitionum zizaniis, & ad comburendum collectis, veri, & antiqui cultus cæremonias, tanquam purum triticum, ex quo Christianæ veritatis panis confici debet filiorum, congregent in Dei horreum[a]. De quo Doctorum officio, passim & affatim tractant Patres: & nos quoque alibi[b]. C

Certè Pythagoræos eiusdem fuisse instituti ac Essenos, docent, inter alios, Herodotus[c], Strabo[d], Diog. Laërtius[e], & Iosephus[f]. Esseni à voluptate abhorrebant vel maximè, ait Iosephus: idem legere est de Pythagoræis apud Iustinum[g], & Ciceron[h]. Esseni erant continentiæ amatores. Ausonius dum cœlibem cum matrimonio vitam Pythagoricè confert, hunc profert versiculum.

Est grauior cautis custodia vana maritis.

Esseni in communitate viuebant. De Pythagoræis scripsit Laërtius, nec non Iustinus *Trecenti ex Iuuenibus sodalitij iure sacramento quodam nexi separatam à cæteris ciuibus vitam exercebant.* Gellius verò sic: *Id quoque*, ait, *prætereundum non est, quod omnes simul, qui à Pythagora in cohortem illam disciplinarum recepti erant, quòd quisque familiæ pecuniæque habebant, in medium dabant: & coibatur societas inseparabilis, tanquam illud fuerit antiquum consortium,*

a Matth. 13. 30.
b in lib. Iob. prælud 8.
c lib. 4.
d lib. 7. & 16.
e lib. 8
f lib. 1 contra Appionẽ
g lib. 20.
h lib. de senectute.

Digitized by Google

A *ſortium* (*quod in re, atque verbo Romano appellabatur*: κοινόβιον. Eſſeni albis vtebantur veſtibus. De quodam Pythagoreo Laertius, στολὴ αὐτῷ λευκὴ καὶ καθαρὰ στρώματα λευκὰ ἐξεῖλον, *ſtola ipſi alba, & pura ſtromata alba trahens*. Præterea, Eſſenæ quædam erant mulieres piæ: ſimiliter apud Pythagoræos, vt habet Iuſtinus: *Matronarum*, inquit, *ſeparatam à viris doctrinam, & puerorum à parentibus frequenter habuit*: De qua analogia Pythagoræorum, cum Eſſenis latè diſſerit Serrarius [a].

Sed à Græcis ad Chaldæos demigrandum eſt, quorum primum Rapha ſeu reſtauratorem, & incolam filium Sem Arphaxad fuiſſe nuper vidimus. In Chaldæa fuerunt Philoſophi, qui dicebantur Magi, & præſertim apud Perſas, de quibus Chryſoſtomus [b] ait, Magos Perſas non maleficos, ſed Sapientes intelligi. Docent Proclus [c], & Pſellus [d], Magum, initio ſignificaſſe eum, qui haberet facultatem, qua res inuſitatas, & admirandas ratione quadam occulta, ſed naturali, efficeret, applicando nonnullas ſingulares virtutes, quæ ferè latent cæteros, ſiue vteretur Deo, quaſi magiſtro, ſiue bonis Angelis, ſiue proprio exquiſitiore ſtudio, atque ſolertia, Strabo [e], vocat eos σεμνοῦ τινος βίου ζηλωτάς, id eſt, *vitæ cuiuſdam venerabilis, & ſanctæ ſectatores*. Iſtorum ſcientiam talem fuiſſe docet Philo Iudæus [f], *quam non plebeij modo; ſed etiam reges, & regum maximi, & maximè Perſarum, ſic exercent, vt nemo in Regem eligatur, niſi qui priùs Magorum conſuetudine ſit vſus*. Et iuxta Apuleium [g]. Perſarum lingua Magus eſt, qui noſtra lingua ſacerdos: callere leges cæremoniarum, fas ſacrorum, ius religionum eſt Magum eſſe. Ex quorum ſocietate Abram extitiſſe, cùm ex Chaldea venit in Haran, & Chanaan (vbi propter Heberem eiuſdem inſtituti choragum ibi ſcholas habentem, aliud nempe, *Hebræi* nomen accepit) colligitur ex ſequentibus. D Horum ſtudiis Hiſtaſpis Darij pater puros ſacrorum ritus, motuúmque cœli numeros immiſcuit, ait Am. Marcellinus [h]. Qui inter eos obſeruantiæ ſtrictioris erant, albis amicti procedebant, culcitram è frondibus vilem ac humilem pro lecto habebant, olus in cibum ſumebant, tritico & pane vili vtebantur, vt ſcribit Laertius [i]. Imò, videas in eis priſcorum Enoſcæorum, ſeu Eſſenorum regulas, dum villas inhabita-

a in Trihæreſ. lib. 3. c. 18.

b Hom. 2. in Matth.

c lib. de Magia.

d lib de Dæmon.

Qui olim magi dicebãtur.

e lib. 5.

f li. de ſpec. legibus.

Magorum inſtitutum quale.

g Apolog. 1

h lib. 23.

Magorum & Eſſenorum idem inſtitutum.

i lib. 1. proœm.

Digitized by Google

a Am. Marcell. lib 23. b lib. 8. Cyripæd.

bant nulla murorum corona munitas[a]: & tempore Cyri Regis, teste Xenophonte[b], simul ac dies elucebat Deos hymnis celebrabant, rebúsque diuinis operabantur. A

Magi adoratores Christi ab Essenis institutum acceperunt. c Num 24. 17.

Ex illis fuisse, sed qui paulò licentiùs (vt inter Essenos Machabæi) viuebant, eos, qui ad adorandum Christum venerunt Ierosolymam, dubium non est. Atque in illis impletum prophetæ Balaam vaticinium clamat consensus omnium Patrum, ORIETVR STELLA EX IACOB[c], non solùm in hoc, quod Iacob de ea prædixerat dicens, *& ipse erit expectatio* (propriè aggregatio) *gentium*, & in eo quòd stella duce ad Christum venientes eum adorauerunt: sed etiam in hoc, B quòd per talem adorationem nomine omnium filiorum Dei, sanctorúmque Philosophorum, qui inter gentiles per totum mundum dispersi erant, illum agnouerunt esse filium Dei naturalem, qui alios omnes *filios Dei, qui erant dispersi, congregaturus erat in vnum*[d], iuxta ea quæ ad verbum subiungit Balaam, *& disparietabit omnes filios Seth*. Quorum verborum legitimum sensum non semel dedimus, diximúsque *filios Seth* illosmet esse, qui vel prophetæ, vel filij Dei olim dicebantur: qui apud Gentiles pro diuersis sodalitatibus in principio sanctis ac verè religiosis, sed posteà multiplici superstitione corruptis, dicebantur apud Ægyptios Prophetæ; apud Assyrios Chaldæi; apud Galatas Druidæ; in Bactris Persicis, Samonæi; in Persis, Magi; in I[illegible]is Gymnosophistæ; in Scythis Anacharsis; in Thracibus Zamolxis; vt scribit Cyrillus[e]. Et iure censuit grauissimus doctor, & Martyr Iustinus[f], Christianos esse nominandos, quotquot è Gentibus, licet aduentum Christi præcesserint, ratione μετὰ λόγου (vt Græce loquitur) vixerant. De quibus Magis sub nomine *supplicum*, (quo Philo Iudæus[g] vocat Therapeutas) puto Deum præcisè loqui per Sophoniam[h]: *Trans flumina Æthiopiæ supplices filiæ* (id est, dilectæ societatis) *dispersorum meorum deferent manus mihi.* C D

d Ioan. 11. 52.

Balaam de adoratione Magorum prophetauit.

e lib. 4. cōtra Iulian. f Orat. ad Antoninū.

g lib. de vita cōtempl. h Cap 3. 9.

Ex tot autem philosophorum nominibus duorum præsertim ad rem nostram confert non modicum perquisitio, Samonæorum, nempe, & Magorum. Dum autem illos, & alios omnes à Balaam video comprehendi sub antiquissimo, & generalissimo nomine *filiorum Seth*, qui tot sæculis præcessit diluuium, &

Digitized by Google

A dum video illos, qui in Bactris Persicis dicebantur *Samanai*, in India vocari *Semai*. (vel vt vult Clemens Alexandrinus [a] *Semni*) qui & in Gallia priori *Samanaeorum* vocabulo (per Iaphetum vt credo) donati sunt, vel etiam *Semnotheorum* [b], quos & *Sematheos* in scriptura [c], dictos puto: ausim dicere, id factum aut per ipsum Sem filiorum Seth disciplinam post diluuium renouantem; cùm videlicet pater eius Noë esset in Armenia, antequam Sem supremae dignitatis nomine Melchisedech donaretur: aut quòd pro eius reuerentia, vel omnes fideles, vel saltem religiosiores, & filij Dei *Semai*, quasi *Semitae*, nuncupa-B rentur. De quibus sub alio corrupto nomine Sarmanarum, sic Clemens Alexan. [d] *Ex Sarmanis quidem*, inquit, *ij, qui appellantur Allobij, neque Vrbes habitant, nec domos, aut tecta habent: arborum autem induuntur corticibus, & glandes arborúmque baccas comedunt, & aquam bibunt manibus: non nuptias, non liberorum norunt procreationem*, &c. Magorum autem nomen quidam deducunt à Magog filio Iaphethi: sed perperam, nam ab illo Scythae trahunt originem, quos Graeci Magogas vocant, vt post Iosephum [e] doctiores tenent. Ego vt institutum, ita & nomen habuisse puto à ciuitate Magog, de qua sic Plinius [f] ait: *Coelesy-C ria vrbem habet Bambycen, quae alio nomine Hieropolis Vocatur, Syris Vero Magog*. Ptolomaeus verò [g], septem tantum exprimit insignes Asiae ciuitates, quarum secunda est *Hieropolis*, id est, sacra ciuitas *à multitudine templorum sic appellata à Graecis, cùm proprium ipsius nomen sit Magog*. Sanctissimi illi Raphaim primi post diluuium mundi restauratores Coelesyriam potissimùm elegerunt, in qua habitarent, suásque sodalitates, & gymnasia constituerent, vt constat ex iis quae diximus [h] de tribus illis Coelesyriae vrbibus Astaroth, Emath, & Cariathaim.

D Certè Magog nobilitatem suam prodit, primò ab antiquitate: nam illamet esse videtur, quae apud Iosephum [i] *Mazaca* dicitur, à Mesec filio Iapheth, qui mutatis punctis Mosoch appellatur in editione vulgata [l], & Septuaginta, & Euseb. [m], & Chronico Alexan. Quam agnoscit Ptolomaeus [n], & vocat Caesaream, S. Basilio & Gregorio Nazianzeno nobilitatam: quod ei nomen Cappadoces in honorem Augusti Caesaris dedere, vt ait Sex. Rufus. De hac igitur ita loquitur Iosephus: *Meschmi*,

a l. 1. Strom.
b Strabo lib. 16.
c 1. Paral. 2. 55.
Semai, Seni, Semanai, Semnothei philosophi à Sem filio Noe nomen habuerunt.
d Strom. lib. 1.
Magorũ nomen vnde deductum.
e Ant. lib. 1. c. 7.
f lib. 5 c. 23.
g in 4. Asiae tabula.
h lib. 1. c. 10
Magog quae ciuitas, & eius etymon.
i lib. 1. Ant.
l Gen. 16. 2.
m lib. 1. Chron.
n lib. 5. c. 6. & in Asiae tabula 1.

Digitized by Google

 A

inquit, *à Mescho*, (id est, Mosoch) *auctore appellantur. Cappadocum enim appellatio noua est: veteris autem vestigium adhuc superest, vrbs enim est apud eos hodie quoque Mazaca, satis indicans intelligere volenti, hoc primum fuisse genti nomen.* Quæ sententia Mosoch filiũ Iapheth Cappadocum principem facit; quæ S. Hieronymo non improbatur. Iosephum sequitur Procopius. Mazacam in Cappadocia celebrat Solinus[a], & matrem vrbium vocat.

Mazaca vrbs, qua & Magog à Mosoc primo constructa.

a Cap. 57.

Secundò, ab antiquissima eius sanctitate, priscis enim temporibus Magi (à dicto Mosoch fortasse edocti) exercebant in ea (sicut Druydæ sodales eorum in Gallia) supremum iudicium, iuxta antiquissima Sidoniorum statuta legésque: Et ibi habebant monasterium, quod ab iisdem Sidoniis dono acceperant: vt antea[b], ex Scriptura probauimus. B

b Cap. 4.

Magog qua ciuitas, & eius etymon.

Tertiò, in mysteriis, ac multitudine nominũ suorũ; alia nãque decem præter Magog habuit: Nẽpe, Mazaca, Lesem, Laïs, Panæas, Dan, Edessa, Bãbices, Cæsarea Philippi, Hieropolis, Neroniana, & Belena, vt dicitur nunc. Quorũ secũdum Hebraicũ, quod vertere liceret *Semo*, propter Sem summũ Ecclesię ducem (qui fortasse ibi sedẽ tenuit per aliquot annos, antequam ædificaret, & incoleret Ierusalem) videtur impositũ. Octauum verò Græcum, & recentius ex templorũ in ea multitudine, priscæ, & ad posteriora sęcula seruatæ præ se fert argumentum pietatis. Priscam quidem libẽter colligerẽ ex hoc quòd mõti Hermon sit proxima: circa quem prophetarũ, & filiorum Dei priscis illis tẽporibus frequentes cõuentus fieri solebant, vt vidimus[c], & cum Astrologiam profiterentur. Quid si Magog, id est, *de tecto* vocata sit ab eis, quia super tecta, vt astra contemplarentur, frequenter ascenderent ad laudandũ Deum in operibus suis? Quo postea sancto ritu abusi sũt Idololatrę, qui sæpe de hoc arguuntur[d]. Quemadmodũ de Persarum (ad quos vsque, hinc migrarũt Magi) idololatria, qui nec statuas, nec aras erigebant, sed sacrificabãt in loco excelso astris, quę Deos esse putabant, scribũt Herodotus[e], Strabo[f], & alij auctores. Sacra igitur dicta est illa ciuitas, & ex templorum multitudine, & ex sacris sanctorũ prophetarum conuentibus, orationibus, & sacrificiis, quibus intendebant Et hæc de Magis sufficiant. C D

c lib. 1. c. 17.

Vrbis Magog nomen vnde sumitur.

d Esa. 22. 1. Ierem. 19 13 Soph. 1. 5.

e lib. 7.

f lib. 15.

Magog cur dicta sit Hieropolis.

Ad Indos nunc procedendum, apud quos qui dicebantur Gymnosophistę, ex ipso solo nomine sodalitia præ se ferunt,

Digitized by Google

A & gymnasia, quæ scholæ, & diatribæ antiquitus sunt vocitatæ. Quales erant illæ, quas longè ante Abraham in nuperrimè dictis Cœlesyriæ vrbibus, & iuxta ciuitatem Ierusalem antea fuisse ostendimus [a]. Sed si Gymnosophistarum viuendi modum conferamus cum iis, quæ priùs amplè de Essenis protulimus, statim professionis identitas apparebit. Sicut & Brachmanorum, qui à Megastene apud Eusebium [a] vocantur *Iudæi*: quorum sacerdotes mitra gēmis ornata cum veste linea, baculo, annulo vti solitos memorat Philostratus. S. Hieronymus [b] ex Bardesane Babylonio refert Gymnosophistas apud Indos in duo dogmata diuidi: quorum alterum Brachmanes appellare, alterum Sammanæos, qui tantæ continentiæ sunt, vt vel pomis arborum iuxta Gangem fluuium, vel publico orizi & farinæ alantur cibo: & cùm Rex ad eos venerit, adorare eos soleat, pacémque suæ prouinciæ in illorum precibus arbitrari sitam. Idem alibi [c] Gymnosophistas in Ægypto, Brachmanos in India, vt facit Philostratus [d], constituens, eos lineis vestitos asserit (quanquam papyri tegmine scribat Dydimus) nudos verò Æthiopum esse Gymnosophistas, quos Philostratus etiam Ægypti accolas facit, nec semper nudos, sed dum vnà conueniunt de rebus communibus pertractantes: alioquin, vti eos eo habitu, quo messores Athenis consueuerunt. Cùm autem idem Philostratus [e] doceat illos fuisse doctissimos, vt antea vidimus: Moysen ab illis in Ægypto humanas scientias edoctum fuisse facilè crediderim, ac de illis intelligendum, quod ait Philo [f], *Confestim accesserunt aliunde præceptores quidam vltrò venientes è præfecturis Aegypti proximis*, &c. Augustinus verò de iisdem ita disserit: *Indorum Gymnosophistæ, qui mihi perhibentur philosophari in solitudinibus Indiæ, à generando cohibent*. Et postquam illa quæ dixit Plinius, recitauit eisdem terminis subiūgit: *Hi frigora nimium & æstus flammæ citra dolorem perferunt. Ferunt Alexandrum Magnum, quum in Indiæ expeditione ad Gymnosophistas penetrasset grauissimè ab illis fuisse increpitum, quòd mortalis cum esset, mortali tamen sorte non contentus totum Orientem latrociniis infestaret*. Illorum antiquitatem videtur Cicero [g] his verbis tangere: *Quæ barbara*, inquit, *India vastior, aut agrestior? in ea tamen gente primùm hi qui sapientes habentur nudi ætatem agunt*. Nec mirum si tales filiorum Dei se-

B, C, D (margin letters)

a lib. 1. c. 10.
a de præp. Euang. lib. 9. c. 3.
b lib. 2. contra Iouin.
c Epist. ad Athletam.
d in peregr. Apollonij.
e lib. 3. de vita Apollonij.
f lib. de vita Moysis.
g Tuscul. lib. 5.

Digitized by Google

ctatores habuit India, quæ contigit Iectan filio Hebetis Hebræorum patris & Archimandritæ. Præsertim cùm Gymnosophistæ à nuditate nomen habeant, quasi diceres nudi sapientes, eo quod ferè nudi incedebant, quorum sectatores erant clamorosi ac battologizantes illi, qui *inuocabant nomen Baal de manè vsque ad vesperam, dicentes, Baal exaudi nos: & (cùm nudi essent) incidebant se, iuxta ritum suum, cultris, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine*[a]. Ad hos gymnosophistas nudósque philosophos, quo diuino perciti spiritu phanaticè multa iactabant, alludit Eliphaz vnus ex Iobi amicis, dum exprobrãs Iobo, quasi Deum alloquens multiloquio & battologia vteretur, iuxta Hebræum dicit: *Imminuisti loquelam coram Deo, docuit iniquitas os tuum, & elegisti linguam* (id est loquelam) *nudorum*[b]. Vbi ostendimus istos nudos nondum tunc fuisse idololatras, sed tantùm superstitiosos, & originem trahere ab Enoscæis, qui pellibus caprinis vix operti pauperrimam vitam ducebant. De quibus etiam in hoc libro[c].

Ab Enoscæis seu Essenis ducunt originem.

a 1 Reg. 18. 28.

Baalistæ erãt Gymnosophistæ.

b Iob. 15. 5.

c Lib. 1 c. 13.

Sed pauca dixerim de Druidis nostris, de quibus ita differit Cæsar[d]: *Druydæ rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentum numerus disciplinæ causa concurrit, magnóque sunt apud eos in honore, nam ferè de omnibus controuersiis publicis priuatisque constituunt. Et si quod est admissum facinus, si cædes facta, se de hæreditate, de finibus controuersia est, iidem decernunt, præmia pœnásque constituunt. His duobus generibus alterum & Druydum, alterum Equitum.* Videat, hic lector expressam imaginem Enoscæorum, tam strictioris obseruantiæ, quàm liberioris in equitibus Torquatis, & aliorum multorum, quæ hactenus diximus. De illis etiam Plinius[e], & Am. Marcellinus[f], dicentes, nomen eorum importare quercus, vel inter quercus habitatores: eo quod sua mysteria sub quercubus celebrabant. Quod ab Abraham aliisque priscis Dei filiis discere potuerunt, & per traditionem accepisse, qui sub quercubus in lucis sacrificare & orare solebant. Abraham dicitur *plantasse nemus*[g] ad orandum & sacrificandum. Consedit aliquando ad quercum cum dicitur peruenisse *ad conuallem illustrem*[h], quæ in Hebr. dicitur אלון מורה *Elon moreh*, Elon autem importat quercum. Iosuè dicitur *tulisse lapidem pergrandem, & posuisse eam subter quercum, quæ erat*

d De bello Gall. lib. 6.

e lib. 16. in fine.

f lib. 15.

Druydæ à quercu sic appellãtur.

g Genes. 15.

h Gen. 12. 6.

Digitized by Google

in ſanctuario Domini [a]. Videtur etiam Iacob ſacraſſe quercetum ſummo Deo [b]. Ex contextu enim videtur ſub ea quercu Deus apparuiſſe. Nam ſtatim ſequitur: *Apparuit iterum Deus Iacob poſtquam*, &c.

a Ioſ. 24. 26.
b Gen. 35. 8.

Druidarum diſcipulus fuit Pythagoras, à quibus ſuum videtur accepiſſe κοινόβιον, ſeu ὁμακοεῖον in forma monaſterij. De quo Plinius [a] & Clem. Alexandrinus [b] primos Aſtrologiæ & Philoſophiæ doctores conſtituit Chaldæos de Syria, Prophetas vel Sacerdotes Ægypti, Druidas Galliarum, & Magos Perſarum. Et Cicero [c] poſtquam egit de Chaldæis tanquam primis Theologis, ait: in Galliis eſſe Druidas eiuſdem profeſſionis eximios, & in augurandi arte potiſſimùm. Credebant reſurrectionem corporum & immortalitatem animarum: excommunicatione vtebantur, vnum verum Deum adorabant, & cum diſciplina Magorum, Perſarum, ſeu Chaldæorum ſymbolizabant. Quemadmodum latè probat auctor Antiquitatum vrbis Carnotenſis in ſua Parthenia [d]. Vbi optimè vindicat illos [e] ab eorum calumnia, qui dicunt illos plures Deos adoraſſe, & præſertim illum, qui dicebatur *Belenus*, vt de ipſis ſcribit Auſonius. Quod vt faciat, interpretatur hoc nomen *Bel Enos*, hoc eſt, *Deus homo*: quaſi ſolum illum Deum adorarent, qui aliquando futurus erat homo per incarnationem ex illa Virgine, cui templum Carnotenſe cum hoc titulo VIRGINI PARITVRÆ conſecrauerant. Et optimè, cum Druydæ eſſent ex filiis Seth, quos STELLA EX IACOB per virginem ORITVRA erat diſparietatura [f], & in vnum omnes congregatura, vt ſæpe, & nuperrimè iam vidimus: quod vaticinium per traditionem accepiſſe credibile eſt.

a lib. 17. c. 30
b libro 1. Strom.
c de diuin.
Druidarum inſtitutio, & religio qualis.
d fol. 30. & 31.
e fol. 38. & 39.
Belenus Deus Druidarum falsò putatus vnde nomen habuit.
f Num. 24. 17.

Attamen, alia huius nominis ratio nobis occurrit minimè contemnenda, vt quem adorabant diceretur *Bel Enos*, id eſt, *Deus Enoſcis*: vt ſignificarent ſe Enoſcis eſſe diſcipulos & aſſeclas, atque eundem, quem eorum coryphæus & magiſter coluerat, eiúſque *nomen primus inuocare cœperat* [g] colere Deum. Vel, quod magis arridet, Belenus, quaſi Baal Enos vt ſit nomen ipſius Enoſis, quem, non quidem pro ſuo Deo; ſed pro ſuo tantùm Baale, id eſt, patrono ac tutelari ſibi aſſumebant, cuius ſanctam doctrinam, viuendíque regulam per traditio-

g Gen. 5 vlt.

Digitized by Google

 A

a cap 19. *Druidarum religio ducitur ab Enos & proindeest antiquissima.*

nem acceperant. Vide quæ de nomine Baal postea [a] dicimus.

Quòd si ita est: antiquissimam fuisse Druidarum disciplinam nemo ire potest inficias. Quam, vt nuper tetigimus, Sem supremus Ecclesiæ à patre destinatus Pontifex, tam per se, quàm per suos filios & nepotes post diluuium restaurasse, ac reuiuiscere fecisse videtur in illis philosophis, qui in India ab eo dicti sunt Semai, vel Semni: in Bactris Persis, nec non in Gallia per Iapheth aut nepotes, Sammanæi (quo pacto iam Christiani à Papa Papistæ dicuntur (de quibus sic habet Clemens Alexand. [b] Γαλατῶν οἱ Σαμαναῖοι, ἰνδῶν οἱ γυμνοσοφισταὶ, τῶν οἱ μὲν σαρμάναι, οἱ δὲ βραχμᾶναι, καὶ τῶν σαρμάνων ὑλόβιοι, οἳ ὕδωρ ταῖς χερσὶ πίνουσι. *Gallorum Samanæi, Indorum Gymnosophistæ: quorum alij Sarmanæ, alij Brachmanæ, & è Sarmanis Hylobij, qui aquam manibus portant*, &c. B

b cõtra Iulian lib 4. *Sem priscam Enoscaorum religionem post diluuiũ reflorescere fecit.*

Porrò, extra dubium esse debet post linguarum diuisionem Druidas nostros vel à Gomere filio Iapheth viuendi rationem accepisse (qui Gomer, vt vidimus, in regione Galatiæ, cui Galli nostri recentius nomen dederunt [c] primus post diluuium habitauit, vt omnes fatentur interpretes, & Iosephus [d] ait, *Quos nunc Græci Galatas vocitant Gomarenses olim dictos Gomar condidit*) vel potiùs ab ipso Iapheth ad Gallias vsque dilatato. C Quamuis Genebrardus [e] stultum indicet eos, eorúmque nomen ante Cyrum in Gallia requirere. Quòd si ita est, prior sententia præualeret, vt videlicet in Galatia à Gomeritis suam disciplinam acceperint.

c Plin lib. 5. cap. vlt. & Iustin. l. 25.
d Antiq. l. 1. c. 6.
e Chronol. ann. mundi 2109.
Druydæ vel à Gomere, vel ab ipso Iapheth doctrinã suam acceperunt.

CAPVT

CAPVT XVIII.

De multiplici idololatria, variisque colendi Deos modis, & quando ortum habuit tam in Chaldæa, quàm in terra Chanaan.

B VT nobis facilior fiat ad tertiam mundi ætatem aditus, vna priùs quæstio decidenda se præbet, quæ priorem subsequitur. Nimirum, quando, quóue tempore idololatria habuerit initium, præsertim in terra Chanaan: nam ex istius rei notitia multa Scripturæ loca, quæ pro sua obscuritate iacebant in tenebris, lumen accipiunt; alia quæ in dubiorum nutabant anxietate, firmantur: alia quæ in diutino prauæ expositionis vagabantur errore ad rectitudinem facili negotio reducuntur. Iam antea [a] pro comperto statuimus nullam ante diluuium fuisse idololatriam. Et Augustinus [b] firmare non audet ante di-
C uisionem linguarum genus humanum alienatum fuisse à vero Dei cultu: quantò minùs id de tempore ante diluuium, quando hominibus erat vnum, idémque labium, siue idioma, credimus fuisse affirmaturum?

a lib. 1. cap. 3. & 11.
Nulla fuit idololatria ante diluuium.
b lib. 16. de ciuit. c. 10.

Duas autem inuenio apud Salomonem [c] idololatriæ species, quarum vna altera longè crassior est. Prima est, quam sic videtur describere: *Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex: sed aut ignem, aut Spiritum, aut citatum aërem, aut gyrum stellarum,*
D (id est, circulum zodiaci, qui Hebraicè vno nomine vocatur *Astor*, hoc est, *congregatio circularis*, quod planè ad multa notandum est) *aut nimiam aquam, aut Solem, aut Lunam rectores orbis terrarum Deos putauerunt.* De huiusmodi autem idololatris subiungit Sapiens: *Sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant Deum quærentes & volentes inuenire.* Et certè, minorem reprehensionem merentur, qui Solem, Lunam, astra, elementa tota, & similes res adorauerunt, quàm qui

c Sap. 13. 1. 2. & seq.
Idololatriæ duæ species.
Gyrum stellarum quòd veteres adorabant est circulus zodiaci.
Idololatræ qui adorabant astra minùs errabant, quã ij qui bestias colebant.

Digitized by Google

serpentes, muscas, & vilia eiusmodi animalia, vel mutas & insensibiles statuas. Licet enim quoduis animalculum perfectione naturæ superet cœlos & elementa: nihilominus ad communem vsum & efficientiam magis priora conferunt, & magis habent constantem statum, perpetuitatem, & incorruptionem. *Incorruptio autem facit esse proximum Deo*[a]. De istis tamen idololatris mox addit Sapiens: *Iterum autem nec his debet ignosci*[b]. De altera verò specie sic ait; *Infelices autem sunt, & inter mortuos sors illorum est, qui appellauerunt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ*[c]. B

a Sap. 6. 20
b Sap. 13. 8.
c Ibid. vers. 10.

Primæ speciei Dij duobus modis colebantur: vno modo apertè illis erigendo altaria, offerendo sacrificia cum oculorum ac manuum ad illos eleuatione, aliisque cæremoniis. Talis fuit cultus Baal (nempe Solis, aut alterius astri) tempore Eliæ prophetæ[d]. Talis ille tempore Ieremiæ[e] *Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cœli.* Denique, ferè quoties de cultu Baal, Astaroth & Lunæ, vel Reginæ cœli mentio fit[f], (de cultu, inquam, exteriori) primæ speciei Deorum publica religio denotatur. Alio modo isti Dij à quibusdam colebantur fraudulenter: C nempe, quando oculos coram fidelibus in cœlum leuando, quasi verum Deum cœli adorando, cor & intentio eorum non ad Creatorem cœli, sed ad Solem, & alia astra ferebatur solummodo. Et sic, vno sensu dicebatur, quis *habere Deos in medio sui*, id est, in corde suo: vt mox declarabitur. Et iste cultus interior solus videtur à Deo reprehendi in Israëlitis, cùm essent in deserto, ideóque vocari *errorem cordis*, cùm de illis dicitur: *Quadraginta annis offensus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde*[g]. Quòd obiter, sed benè notandum propter vitulum aureum, quem non ad extra, sed corde tantùm pro idolo habuerunt[h]. D

Duplex Deorum cultus publicus & priuatus.
d 3. Reg. 18. 22.
e cap. 7. 17.
f Iud 2. 13. 3. 7. 10. 6. 1 Reg 7. 5. 12. 10.
g Psal 94. 10
h vide infra lib c. 15.
Deos habere in medio sui, quid significet.

Secundæ speciei Dij formæ fuerunt multiplicis: quidam enim Solem, vel astrum aliud, alij quosdam homines repræsentabant. Propterea, istorum quidam erant publici, & à multis publico ministerio, aut religione colebantur: vt cùm legimus, *templum Astaroth*[i], *Astaroth idolum Sidoniorum*[l], *templum Baal*[m], *templum Dagon*[n], &c. Alij erant arcani & peculiares,

i 1. Reg. 31. 10.
l 4. Reg. 23. 13.
m 4. Reg. 10. 21.
n 1. Reg. 5. 2.

Digitized by Google

A quos quisque pro sua voluntate, vel ex luto, aut alia materia sibi fingebat, quósque posteriora tempora vocauerunt *Penates*, quòd in domorum penetralibus, & penitùs insiderent ἐφέστιοι θεοί, qui ideò penetrales à Poëtis vocantur: & phrasi Hebræa alióque sensu *in medio*, id est, in interiori, & penetrali alicuius esse dicuntur, & psycomanteis. De his intelligendum puto, & de eorum quoque inuentore Zoroastre pronepote Cham, Heberis ac Nembrodi contemporaneo, quod apud S. Clementem[a] sic ait B. Petrus: *Quartadecima verò generatione ex maledi-*
B *cta progenie* (Cham) *quidam propter artem magicam primus aram statuit, dæmonibus honorem sanguinis litans. Quartadecima generatione primum omnium homines idolum statuentes adorauerunt.* Item, de his est illud patriarchæ Iacobi ad suam familiam dictum, *Abijcite Deos alienos, qui in medio vestri sunt*, &c.[b] de quibus mox dicemus.

Dij Penates, cur sic dicũtur, & quo nomine in Scriptura & qui primus eorũ auctor.

a in recogn.

b Gen. 35. 4.

Huiusmodi Deorum Penatum fictorem & Zoroastris imitatorem arbitror fuisse Thare patrem Abrahæ in Chaldæa, circa annum mundi 2000. atque inde paulatim illorum vsum ad familiã, vsque Laban deuenisse. De quo Thare sic loquitur Epiphanius[c]: *Ab eo* (Nachore) *Tharra genitus est, ex quo tempore si-*
C *mulachra primum ex argilla, figulinóque opere reperta sunt, artifice Tharra.* In quo concordat quod de illo asserit Scriptura[d]: *Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor, seruierúntque Dijs alienis.* Ex quibus verbis multi colligunt, etiam Abraham *longo tempore Chaldæorum delirio de astrorũ diuinitate innutritum fuisse*, vt loquitur id asserens Philo[e]: quem secuti sunt S. Ephrem[f], Clemens[g], quidam Hebræi, & ex recẽtioribus Masius, Magalianus, Serrarius, & alij. Et licet hoc esse possit, vt in illo sicut in Paulo cõuerso, maior appareret Dei bonitas & misericordia, magníque gratuita vocatio Patriarchæ,
D qui ad idem ad quod Paulus mirabiliter electus, & segregatus esse videbatur, vt in sequentibus videbitur: placet tamen magis contraria sententia, quam amplectuntur, & propugnant Abulensis, Caietanus, & Carthusianus[h], nec non Pererius in Genesim[i], Cornel. à Lapide[l], & Salianus[m], qui eam neruosè defẽdit citans, quod de Abraham Suidas[n] profert ex Philone: *Abrahamum natum annos quatuordecim de cognitione illustratum patrem* (Thare) *idola fingentem his verbis commonuisse: Quid seducis*

c sub initiũ Panarij.

d Iosu. 24. 2.

e in opusc. de Abrahã.

f serm. 2. de pœnit.

g lib. 1. recognit.

Abrahã an falsos Deos aliquando coluerit.

h in Iosue cap. 2.

i lib. 16. n. 255. & seq.

l in Genes. c. 11. 31.

m An mũdi 2052. n. 3.

n in voce Abraham.

Digitized by Google

homines ob perniciosum lucrum, hoceſt, ob imagines? Non eſt alius Deus, niſi cœleſtis ille totius mundi opifex. Itaque cùm videret homines creaturæ cultum deſerentes magno labore oberrans, verum Deum animo religioſè exquirebat. Fortaſſe illæ imagines erant Theraphim, de quibus poſtea[a]: quæ non ſunt idola, ſed anteceſſorum imagines: & ſic verum eſſet, quòd ſcribit Auguſtinus[b]: *Nã apud Chaldæos cùm iam tunc ſuperſtitiones impiæ præualebant: quemadmodum per cæteras gentes: vna Thare domus erat, de qua natus eſt Abraham, in qua vnius veri Dei cultus, & quantum credibile eſt, in qua iam ſola etiam Hebræa lingua remanſerat.* Quia tamen *dij alieni* vocantur; vel idola erant, vel imagines non approbatæ, vel illas mente praua & fornicante colebat Thare. Quòd de Laban nollem aſſerere, vt ex poſtea[c] dicendis colligitur.

a lib. 3. c. 9.
b de ciu. lib. 16. cap. 12.
c Ibidem.

Prima Idola ſeu ſimulachra ſolis fuerunt.

Aſtrorum autẽ cultus videtur longè priùs in Chaldæa iſtum craſſiorẽ per imagines anteceſſiſſe. Quòd indicant illa Abrahami ad patrẽ verba, *Non eſt alius Deus, niſi cœleſtis ille totius mundi opifex.* Quaſi dicat: non ſol, qui in cœlo eſt, ſed Deus, qui fecit cœlos, ſolus adorari colíque debet. Vnde idola primò facta vocati ſunt חַמָּנִים *Hammanim*, id eſt ſolaria. Quòd diffuſiùs tractatum vide in noſtris Commentariis[d]. Ratio eſt, cur multi ex Iſraëlitis tempore Ioſue dum orando ad cœlum leuarent oculos, quaſi verum Deum adorarent, in corde tamen reuera Solem, & aſtra pro Diis colebant, tam ſæpe Ioſue inculcat eis dicens: *Auferte Deos alienos de medio veſtri*[e], id eſt, de medio cordis veſtri. Quinam autem dij dicantur alieni, vide poſtea[f]. Cauete, ait, omnino ne verum Creatorem cœli & terræ eleuatis in cœlum oculis adorantes ad extra, intus & in corde aliena prorſus intentione Solem, Lunam & aſtra colatis.

d in Iob c. 9.
e Ioſ. 24. 2. 14. 25.
f Cap. vlt.

Idololatria mentalis.

Eodem modo dicendum de aliis ſimilibus locis[g]. Et quod alibi[h] dicuntur Iſraëlitæ poſt talem Samuëlis admonitionem abſtuliſſe Deos alienos: ita debet intelligi, proteſtatos fuiſſe palã & publicè, ſe neque Solem, neque Aſtaroth, hoc eſt ſigna Zodiaci (quæ nomẽ Aſtaroth ſignificare docemus alibi[i]) nunquã deinceps corde & intentione adoraturos, multò minùs ad extra. Quòd facilè patet ex eo quod ibi, quaſi per expoſitionem ſæpe de corde fit mentio. *Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominũ, auferte Deos alienos de medio veſtri* (Gall. *de voſtre interieur*) *Baalim* (in aſtris) & *Aſtaroth* (Zodiacum) & *præparate corda veſtra Domino, & ſeruite illi ſoli.*

g 1. Reg. 7. 3
h Ibidem verſ. 4.

Abiicere Deos alienos de medio ſui quid importat.

i Iob. 9. 9.

Digitized by Google

A Confirmatur per ea, quæ habet Augustinus [a], agitans dicta Iosue verba, & quærens vtrum eximia Iosue religio, pietas & industria passa tunc tantisper fuisset Israëlitas habuisse idola, quæ sanè à diis alienis, qui solo corde coli possunt, distingui debent: *Credendi non sunt*, inquit, *adhuc habuisse aliqua gentium simulachra, cùm superius* [b] *eorum obedientiam prædicauerint: aut verò si haberent, illa eos propositò sequerentur: cùm sic in eos vindicatum sit, quod vnus eorum de anathemate furtum fecerat. Denique Iacob dixit* [c], *hos eis qui cum illo exierant, de Mesopotamia, vbi sic idola colebantur, vt & Rachel paterna furaretur* [d]: *sed post illam admonitionem Iacob dederunt quæ habebant. Vnde apparuit hoc eis ita dictum esse, quod sciebat eos habere ille, qui dixerat. Nunc verò* (cum Iosue loquitur) *post hanc admonitionem Iesu Naue, nullus tale aliquid protulit*. Ad hoc sane refertur, quod scribit Tertullianus [e], Henoch prædixisse, *omnia elementa, omnem mundi sensum, quæ cælo, quæ mari, quæ terra continentur* (hoc est, elementa, animalia, & ipsa astra) *in idololatriam versuros dæmonas, & spiritus desertorum Angelorum*, (per dæmonas, & desertos Angelos intelligit Cinæos deprauatos, de quorum stirpe seu instituto erant Magi in Chaldæa, qui tarde etiam deprauati diabolico spiritu ducti primi idololatriam inuenerunt) *vt pro Deo aduersus Dominum consecrarentur*.

a quæst. 29. in Iosue.

b Ios. 22. 2. 23 & 23. 3. 4. 8.

c Gen. 35. 2.

d Gen 31 19

e lib de Idol. c. 4.

Hæc est igitur subtilior idololatria, quam, præter crassiorem in malè cultis virorum defunctorum, aut astrorum imaginibus, Abraham reprehendebat in patre. Quod innuunt illa Iosephi de illo verba [f]: *Ergo primus omnium* (cùm esset in Chaldæa inter idololatras) *clara voce prædicauit vnum esse Deum verum rerum vniuersitatis conditorem. Hoc verò ex terræ ac maris obseruatione colligebat, tum eorum quæ circa Solem, & Lunam, & reliqua sidera videbat accidere, esse nimirum potentiam quandam, quæ horum curam gerat, & omnia clementer administret, &c.* Eodem modo S. Clemens [g]: *Ab initio*, inquit, *cæteris omnibus errantibus, ipse cùm arte esset Astrologus ex ratione, & ordine stellarum agnoscere potuit conditorem, eiusque prouidentia cuncta gubernari*. Ex quibus deduci posse arbitror, Abraham ex societate fuisse filiorum Dei, qui in Chaldæa Magi dicebantur astrorumque scientiam profitebantur. Indeque coniicio dictam subtiliorem circa solem, & astra idololatriam primò viguisse in

f 1. Antiq. cap. 8.

g lib. 1. recognit.

Idololatria subtilior primo viguit in Chaldæa.

Chaldæa prisca Astrologorum alumna: & proinde (si à Nino erectum patris Nembrodi simulachrum pro Deo haberi, & coli cœpit anno mundi 2000. quo eodem tempore Thare 128. annorum sua potuit fingere idola) subtiliorem, quam dixi, idololatriam ante hoc tempus extitisse; eiusque sicut. & crassioris primum inuentorem fuisse Zoroastrem verisimillimum prorsus arbitror: ex eo præsertim, quòd habet Chronicon Alexandrinum [b]: *Zoroastres ille nobilis Persarum astronomus, moriturus precatus est, vti fulmine ictus interiret: Persisque denunciauit, Vbi me, inquit, cœlestis ignis consumpserit, crematorum ossium* B *meorum cineres tollite, & seruate: nec regnum à vobis ex hac regione tolletur, quandiu ossa mea custodietis. Inuocato ergo Orione* (forsitam abauo suo Cham sub nomine Chamos, vel Nembrodo nuper defuncto, & à populis sub nomine Orionis inter numina, & inter sidera locato, vt mox videbitur) *à cœlesti flamma depastus interiit Persæ, quod ille imperarat executi reliquias cinerum illius hodiéque custodiunt.*

a Salianus anno mũdi 2044.

b pag. 89. *Zoroastres primus auctor Idololatria.*

Cùm autem, teste Gregorio Turonensi [c], & aliis multis iste Zoroastro primus totius artis magicæ, & idololatriæ inuentor extiterit, & à Persis tale nomen (quod *viuam stellam*, vel etiam ἀστροθέτην, *qui astra ponit*, importat, forte quod primus phænomena constituerit) acceperit, ignemque & stellas de cœlo deuocauerit, & ignem adorare docuerit, quo diuinitus immisso consumptus diuinos postea honores adeptus sit: quem vehemens opinio non abripit, ex tunc apud Chaldæos cultum ignis pro Deo ortum habuisse; de quo multi graues auctores, non reluctante Hieronymo, intelligunt illa verba Genesis [d], *Eduxi te de Vr* (id est, de igne) *Chaldæorum*? Imò ex eo quòd Zoroastres, id est, *viua stella* sit appellatus, & morti proximus Orionis astrum inuocauerit, vix ab assertione continere possum, *statuas* illas apud Babylonios *aureas altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex* [e], vel huius noui Dei inuentoris, vel illius ab isto inuocati Orionis sideris simulachra fuisse, quod in cœlo robustissimi, vastissimi, & armati cuiusdam gigantis formam habet, cuius balteus ex tribus rutilantissimis constat stellis, iuxta illud, C D

c lib. 1. hist. Franc. c. 5. *Ignis quo tẽpore pro Deo coli cœpit.*

d Cap. 15. 7. *Statuarum magnarum cultus vnde ortũ habuit.*

e Dan. 3. 1.

Ensiferi nimium fulget latus Orionis [f].

f Lucanus lib. 1.

Cuius cœlestis gigantis tanta apud Poëtas proceritas est, vt

Digitized by Google

nullius sit tanta maris profunditas, quam humeris saltem non excedat,

> ———— *quàm magnus Orion,*
> *Cùm pedes incedit medij per maxima Nerei*
> *Stagna viam scindens humero supereminet vndas*[a]. a Æneid 10

Iste mentis meæ fœtus robur accipit, ex eo quòd astrum Orionis (Hebr. כסיל *Chesil*) influit ad fœtum in ventre matris formandum & delineandum, vt latè ostendimus super ista Dei ad Iobum[b] iuxta Hebr. verba: *Numquid coagulabis delicias* (semina viri, & fœminæ) *Chimah* (vrsæ, præsertim Cinosuræ nomen est, quæ concurrit ad coagulationem vtriusque seminis) *& delineationes Chesil* (Orionis) *aperire facies*? Inde factum existimo, vt quidam ista natiuitatis, aut formationis astra pro Diis adorarent: quemadmodum in morte fecit Zoroastres, inuocando Orionem. Quos tacitè vellicat Iob[c], & Deus per Esaiam[d], & Amos[e]. Inde cœpit, & postea inualuit mos sacrificandi Baali semen suum, id est, liberos. Vnde Hieronymus ait[f]: *Quem Græci Belum vocant, Latini Saturnum dicũt: cuius tanta fuit apud veteres religio, vt et non solùm humanas hostias captiuorum ignobiliumque mortalium: sed & suos liberos immolarẽt.* Quòd & Israelitas imitatos fuisse Hierosolymis circa quam vigebat cultus Baal Moloch, cõqueritur Deus per Ieremiam[g]: *Et repleuerunt locum istum sanguine innocentum,* &c. Quod obnixè prohibitum fuerat sub nomine seminis. *De semine tuo non dabis vt consecretur idolo Moloch*[h]. *Si quis dederit de semine suo idolo Moloch morte moriatur.*

b cap 38.37. *Syderis Orionis fluxus qualis.* *Cinosura influxus qualis.*

c cap. 9. 9. d cap 13 10. iuxta Heb. e cap. 5. f in cap. 46. Esa.

g cap. 19. 4. h Leuit. 18.

Quemadmodum alij Astaroth, hoc est circulum Zodiaci adorabant sub figura primi signi, nempe arietis cornuti, quem Sidonij Astarthe, alij Iunonem appellant: alij Solem sub nomine Baal: alij secundùm Zodiaci signum sub tauri ruminantis, maculam albam, id est, Hyadas in fronte, aliam in humero, id est, Pleiadas habentis figura: quod Ægyptij crassiori etiam cultu in suo Api, vel Serapi fecerunt, quem Israëlitæ fusorio opere repræsentatum adorauerunt in deserto. Ad quem respicit Psaltes dicens: *Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum*[i].

Asta oth est Zodiaci circulus.

i Psal. 105. 20.

Digitized by Google

Sed quia iſta omnia clarè, & amplè tractamus in noſtro Iobo locis citatis, iam incœpta proſequamur. A

Magorũ nomen ſumitur bifariam.

Duplici ergo idololatriæ ſpecie præſuppoſita, priuſquam de illius principio, & origine meam ſtabiliam ſententiam, vnum libenter præmitto, multos Nembrod cum Zoroaſtre confundere, & hunc illum eſſe perperam aſſerere, tum quia coæui ſunt apud Epiphanium [a], tum ob id potiſſimùm, quòd non ſatis diſtinguunt nomen Magiæ, vel Magorum, prout nunc in bonam, nunc in malam partem accipitur: nunc, inquam, ſapientes importat, vt antea vidimus, nunc Aſtrologos. Hinc factum exiſtimo, vt quod Nembrodo conuenit, Zoroaſtri tribuatur, B & è contra. Præterea meminerit lector me longiſſimè ab illis eſſe, qui peſſima quæque de Nembrod proferunt, & affirmant, propter illa paucula verba, quæ de illo ſcripſit Moyſes, *Et erat robuſtus venator coram Domino* [b]: cùm potius in bonam partem, eiuſque ſanctitatis commendationem accipienda eſſe docuerimus [c]. Proinde quantò optimus ipſe fuit magus, & ſapiens, tantò peſſimus Aſtrologus Zoroaſtres extitit.

a Initio Panarij.

Nembrod cum Zoroaſtre male à nonullis confunditur.

b Gen. 10. 9.

c lib. 1. c. 9.

De illo ſub nomine Zoroaſtris in bono ſenſu ſcripſit Dio Chryſoſtomus [d], Magos à Zoroaſtre ortos, qui amore iuſtitiæ captus, cum ſeceſſiſſet in montem, & Diis (id eſt, Deo) familiariùs vſus eſſet, æterno igne cœlitùs delapſo coruſcum ac collucentem ex eo tempore ſe præbuit, non paſſim quidem omnibus, ſed iis, qui bene ad vera intuenda nati erant, & Deum cognoſcendum apti, &c. Hæc Dio. Tale quid Setho patriarchæ & prophetæ ſanctiſſimo contigiſſe vidimus antea [e]. Nembrod Maguſæi apud Perſas ſectæ ſuæ principem inter Deos relatum & inter ſydera locatum Orionem vocant, ait Georgius Monachus, cuius, vel ab alio ſumpta verba Græca ſunt οἵ γε τὸν νεμβρὼτ λέγοντες ἀποθεωθέντα, καὶ γενόμενον ἐν ἄστροις τοῦ οὐρανοῦ καλοῦσι ὠρίωνα. C

d in orat. Boriſt.

Nembrod faciem lucidã geſſit.

e lib. 1. c. 4.

De Zoroaſtre verò ſcribit Laërtius [f], primum fuiſſe ſcientiæ ſideralis Inuentorem. *Poſt Zoroaſtrem*, inquit, *in Perſis Magi extiterunt plures perpetua quadam ſucceſſionis ſerie.* Et Iuſtinus [g]: *Zoroaſtres primus dicitur artes magicas inueniſſe, & mundi principia ſyderumque motus diligentiſſime ſpectaſſe.* Denique tenemus cum Epiphanio [h], ab hoc inuentas eſſe malas artes, ac nominatim Aſtrologiam

f lib. 1. c. 3.

g lib. 1. c. 10.

Zoroaſter malæ artes primò inuentæ ſunt.

g Panarij initio.

Digitized by Google

A Astrologiam, quæ iudiciaria dicitur, & Magiam, ad quam illa sternit iter, sicut hæc ad idololatriam. Cuius nos ipsum constituimus primum inuentorem, maximè illius, quæ subtilior est, & versatur circa astrorum cultum. Exempli gratia, quando morti proximus inuocauit Orionem, vt nuper vidimus. Nempe, vt puto, Cham aut Nembrod paulò priùs mortuum, & pro sua sanctitate ac sapientia inter sidera relatum, & Orionem dictum. Ad cuius giganteæ magnitudinis instar statuam (Quam statuarum proceritatem omnes ferè nationes pro suorum idolorum cultu imitatæ sunt) erectam facilè crediderim ad per-
B petuam tanti viri memoriam: cuius nimium cultum, non quidem imperante, sed indulgente filio Nino, subsecuta sunt sacrificia, & alia supremi cultus obsequia. Quod facilè contingere potuit post initium regni Nini circa annum mundi 2908. quadraginta annis ante natum Abraham, anno Thare 30. Iterum autem probitas, & modestia Nembrod postquam *cæpit esse potens in terra, & fuit principium regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne*[a], in hoc apparuit, quòd (vt decet virum prophetam) suo semper vixerit contentus agello, vt colligere est ex his Iustini[b] de Nini filio verbis: *Fines imperij*
C *tueri magis, quàm proferre mos erat, intra suam cuique patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus Rex Assyriorum veterem, & quasi auitum gentium morem noua imperij cupiditate mutauit.*

Quo pacto Idololatria exterior sumpsit initium.

Quo tẽpore idololatria cæpit in Chaldæa.

a Gen. 10. 10.

b lib. 1. initio.

Nẽbrodi in regnando modestia.

Sed iam de Babylone, & Chaldæa plus satis. Quærendum nunc est, quonam tempore falsus Deorum cultus introductus est in terram Chanaan; Non credo vllam ibi fuisse idololatriam, quamdiu vixerunt Melchisedech, & Abraham: de hoc enim nullum apparet in Scriptura vestigium, quamuis ibi grauissima peccata regnarent, etiam in regionibus quæ Ierosolymis erant proximæ, Amorrhæorum nomine denotatæ, quando
D Deus dixit Abraham illorum iniquitates nondum completas[c]. Maximè namque super hoc inuigilabat diligentissimus Rapha, & sapientissimus Antistes Melchisedech, nec non Heber Hebræorum choragus. Alia ex parte Abraham fidelissimus seruus Dei ac familiarissimus respectu nobilium ac sæcularium, ingentem super hoc nauabat operam.

c Gen. 15. 16

Melchisedech, & Abraham idololatriam auertunt à terra Chanaan.

Sed neque quoad vixit Heber pro illius veneranda canitie: sed tantùm aliquot annis post eius, & Abrahæ mortem, fortas-

Digitized by Google

se circa annum Isaaci 100. mundi verò 2148. Quod colligo ex eo, quod nullum in Scriptura locum inuenio, ex quo deduci verè possit idololatriam viguisse in terra Chanaan, quàm illum, vbi Moyses narrat vastationem vrbis Sichem factam à filiis Iacob ob stupratam Dinam, quando Iacob mandatum à Deo accepit, vt inde surgens habitaret in Bethel: quò mox progressurus *conuocata omni domo sua, ait: Abiicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt. Dederunt ergo ei omnes Deos alienos quos habebant, & inaures quas habebant: at ille infodit ea subter terebinthum, quæ est post vrbem Sichem* [a]. Quæquidem idola (vel potiùs Deos alienos, differunt enim, vt paulò post videbimus) optimè Pererius negat fuisse illa, quæ Rachel furata fuerat patri suo Laban [b]. Tum quia à decem circiter annis, quando hoc contigerat, non permisisset Iacob eos ab illa detineri: tum quia dij Rachel vocantur Theraphim, quæ non sunt idola, sed prædecessorum imaginès: tùm quia non de vna Rachele, sed de pluribus aliis nempe domesticis dicitur, quòd apud illos reperta sunt idola. B

a Gen. 35. 4.

b Gen. 31. 34.

Proinde concludit, & optimè, fuisse illa idola penes famulos (addam ego & filios) ipsius Iacob, & illa fuisse, quæ in direptione vrbis repererant apud Sichemitas, & cum cætera præda propter magnificentiam, & pretium operis abstulerant. Potest etiam dici quod Iacob non audens incandescentes adhuc in Sichem filios reprehendere, prudenter totam conuocat familiam, cui tale dat de abiiciendis Diis alienis mandatum: qui etiam addit præceptum de mutandis mundandisque vestimentis, vt nihil omnino apud eos restaret ex bonis Sichemitarum. Sed quia hoc factum arguit Sichemitas huiusmodi idola habere solitos, nec ex Scriptura constat à quanto priùs tempore illis vti cœperint, ego propter vicinitatem vrbis Ierosolymorum, & conuersationem Abrahæ cum illis, puto Sichemitas ea habere cœpisse, non nisi post ipsius, & Heberis mortem circa annum prædictum sexagesimum septimum, ante raptum Dinæ. Vnde facilè crediderim, saltem parentes, & familias vxorum Iacob [c], Ioseph [d], & Moysis [e], nondum idololatras fuisse quando eis nuptæ fuerint. C D

Quo tempore Idololatria initium habuit in terra Chanaan,

c Genes. 29. 23. & seq.

d Genes. 41. 45.

e Exod. 2. 25.

Quamuis autem in Phœnicia, seu Sidoniorum regione longè priùs idololatriam viguisse appareat ex eo, quòd Rex illius regionis videtur appellari Rex gentium, qui erat vnus ex illis,

Digitized by Google

qui cum Rege Chodorlahomor *percusserunt Raphaim in Astaroth-carnaim* [a], quæ terræ Hus erat metropolis, & in qua habitauit postea Iob, vt alibi [b] docemus: vndę ab Idololatriæ antiquitate illa regio dicta fuisse videatur Galilæa gentium: non tamen ita est. Sed Rex Tadal Rex gentium à Moyse nominatur: non quod tempore, quo illa contigerunt, ita diceretur, sed tempestate Moysis, qui in tota illius historiæ narratione vsitatis suo tempore vtitur nominibus, vt ferè omnes agnoscunt expositores. Proinde, non illius historiæ tempore, vt apparet, hoc

a Gen. 14. 1. 4. & 5.
b in Comment. in Iob c. 1. 1.

B est circa annum mundi 2017. Rex Phœniciæ seu Sidonis, Rex dicebatur gentium, id est, idololatrarum: sed cum scripsit Moyses: quando videlicet in illis partibus cultus Baalim & Astaroth vigebat admodùm. Sed potiùs dicendum, hunc fuisse Regem Phœniciæ, quæ postea dicta est Galilæa gentium, eo quòd illa regio fere tota nunquam à Iosue, & Israëlitis debellari potuit, ideóque apud Hebræos semper gentium nomen habuit, etiam post Euangelium, vt postea [c] videbitur. Ideo Esdras, vel Interpres transtulit hoc in loco *Rex gentium*. Hinc ferè ab omnibus interpretibus alio prorsus sensu expenduntur hæc verba *Rex gentium*: vtpote, quòd regnum eius, & multis

Rex Thadal quo sensu dicatur Rex Gentium.

c lib. de Eccli. post. leg. cap.

C variísque admodùm gentibus ac nationibus mixtum, & conflatum esset: vel quod illa regio cùm esset maritima, & portuosa, mercaturæque faciendæ commoda, diuersas vndique confluentes gentes exciperet.


Non igitur idololatria viguisse videtur in terra Chanaan ante dictum tempus anni mundi 2148. Posset iterum aliquis opponere, quod primus ac velut caput, & princeps dictorum regum Ariochi, Chodorlahomoris, & Thadalis erat Rex Sennaar, id est, Babylonis, seu Babylonicæ regionis, in qua tunc vigebat idololatria: ergo & alij tres erant idololatræ. Non se-

D quitur, sæpe enim legimus in scriptura Reges Iuda, qui fideles erant, cum aliis Regibus infidelibus, & vice versa infideles seu gentiles cum fidelibus pactum iniisse, vt simul ad bellum contra alios Reges pergerent.

Digitized by Google

CAPVT XIX.

Ostenditur ex Scriptura, quo pacto veteres absque vllo peccato suos Raphaim Deos vocabant, inter sidera referebant, pro Baalim, id est, tutelaribus habebant, atque in eorum Cherubim, ac Theraphim honorabant, & quid ista nomina propriè significant. B



X iis quæ in præcedenti capite vidimus satis apertè constat, viros sanctitate, vel dignitate insignes postquam vita functi sunt inter sidera honoris causa fuisse relatos à viuentibus, id est, per quandam analogiam asterismis comparatos. Quod confirmatur tam ex iis, quæ paulò post de Sem filio Noë sub Saturni nomine dicentur ab Eusebio, quam ex his Berosi [a] de Patriarcha Noë verbis; *Tunc senissimus omnium pater Noë iam ante doctos* (Scythas & Armenios) *Theologiam & sacros ritus cœpit eos erudire humanam sapientiam, &c. Docuit item illos astrorum cursus, & distinxit annum ad cursum solis, & duodecim menses ad motum Lunæ. Quæ scientia prædicabat illis ab initio, quid in anno, & cardinibus eius futurum contingeret: ob quæ illum existimarunt diuinæ naturæ esse participem, ac propterea illum Olybama, & Arga, id est, cœlum & Solem cognominauerunt, & illi plures ciuitates dedicarunt.* C

a lib. 3. antiq.

In qua sententia tres indicantur modi, quibus veteres honorabant suos Rephaim antecessores. Primò vocando eos Deos, quod de Seth, Enos, aliisque prophetis iam vidimus [b]. Secundò, vrbes illis dedicando. Tertiò, eos inter sidera collocando, hoc est, asterismis aut sideribus comparando. Quos omnes modos facilè possumus ex scriptura colligere. Et tertium quidem ex Canticis Canticorum, vbi sponsa, id est, Ecclesia comparatur Auroræ, id est, stellæ matutinæ, vel potiùs ingentis molis mulieri, cuius pedes sint super conuexum orbis Lunæ, corpus transeat per D

b lib. 1. c. 4.

Antiqui quot modis honorabant antecessores.

Digitized by Google

A orbes sex aliorum planetarum, ac præsertim Solis, quo vestiatur: caput verò tangat firmamentum, in quo sunt duodecim signa Zodiaci, quibus fungitur coronata, tanquam duodecim rutilantibus stellis. Quæquidem 12. signa vexillorum formam habentia significantur per nomen Hebr. נדגלות *nidgaloth*, id est, *vexillatæ*, (sicut passim alibi per nomen *Astaroth*[a], & omnes constellationes per *militiam cœli*[b]) cùm iuxta Hebr. dicitur: *Quæ est ista quæ respicitur* (in cœlo) *velut aurora, pulchra vt luna, pura vt Sol, reuerenda vt vexillatæ?* De eadem prorsus exponit Euangelista Ioannes[c], cùm ait: *Signum magnum apparuit*
B *in cœlo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Per solem, quo amicta est, Solem Iustitiæ Christum intelligens: quo, *tanquam viro sponsam ornatam, descendentem de cœlo*, quasi exponendo vocat[d], alibi. Idem deducimus ex verbis, quibus semen Abrahæ comparatur stellis. Et Paulus sanctos post resurrectionem similes facit stellis, quæ in cœlo claritate differunt: idque rectissimè propter earum immortalitatem, sublimitatem, lucis gloriam, loci dignitatem, vim quoque earum, energiam, & influentiam.

a Iudic. 2. 13. 3. 7. 10. 6. 1 Reg. 7. 3. 4. 12. 10.
b Deut. 17. 2. 4 Reg. 17. 16 & alibi.
c Apoc 12. 1
d Apoc. 21. 2

Sed specialiter hoc deducimus ex verbis Amos prophetæ[e],
C quæ à B. Stephano, per[f] additionem nominis *Remphaim* elucidari videntur, præsertim si pro illo legamus (vt ipse legisse videtur) *Rephaim*: sicque textum Amos originalem cum illius additione transferamus: *Et eleuabatis cum attentione Melech vestrum, & cum intentione imagines vestras sidus Deorum vestrorum Rephaim, quas fecistis vobis.* Vbi additione nominis *Rephaim* exponitur, de quibus Dijs intendat loqui propheta: nempe, de sanctissimis viris Rephaim, quorum primus ac præcipuus fuit Noë, qui ideo præcipuo siderum seu planetarum, nempe Soli, facilè comparari potuit, & Arga nuncupari. *Saturnus verò* (quem mox
D Sem esse videbimus) *cœli filius* dici *natu maior* (vt à multis tenebatur) *qui rex factus homines ex agresti incultáque vita ad mores, legésque & humaniorem cultum deduxit*: vt de eo scribit Diodorus[g]. Quem Eusebius[h], ex Phœnicum Theologia facit, *Phœniciæ Regem, Astartes fratrem, quam forma & virginitate florentem varijs modis allectam sibi coniunxerit, atque ex ea non paucos filios sustulerit.* Quæ Theologia sub hac allegoria Melchisedecum nouit abscondere, qui verè in Phœnicia homines agrestes vnius veri

e Cap. 5. 25. & 26.
f Act. 7. 43. *Remphaim* malè scriptum pro *Rephaim* Act. 7.
Noe ab antiquis dictus est Cœlum, & Sem quoque dictus est Saturnus.
g lib. 6. c. 16.
h de præp. Euang. lib. 1 cap 7.

Digitized by Google

Dei cultum docuit in Astaroth, id est, in caulis mandrísque A prophetarum, qui in multis illius regionis florebant ciuitatibus: & in hoc sensu frater fuit Astartes, seu potiùs Astaroth, id est, Ecclesiarum seu Ecclesiæ. Et certè Epiphanius [a] citans Clementem & Eusebium de Iacobo fratre Domini laminam in fronte gestante (vt alibi de Ioanne Apostolo) videtur huius ritus causam referre ad sacerdotium Melchisedechianum. Quæ prioribus sæculis etiam ipsa Zodiaci circulo comparata dicebatur Astaroth, vel in numero singulari עשתור *Ghastor,* id est, *congregatio circularis*, quasi hinc & inde congregata. Posterioribus autem, vt potè, Moysis temporibus, in multis B eiusdem Phœniciæ locis dictus circulus Ghastor pro Deo cœpit haberi, inde plurale nomen Astaroth, vt ex scriptura colligitur [b]. Et hoc est quod scribit Cicero, [c] *Astartem Syria Tyrióque conceptam fuisse.* Huius Deæ (id est Ecclesiæ) summus sacerdos (Sem, & eius posteri) gestabat mitram gemmis ornatam, cũ veste linea, baculo, & annulo [d]. Quòd ad Petrum vsque in Antiochia primò sedentem facilè deriuauit. Quid si Sem, postquam è viuis excessit, id est, anno mundi circiter *2159.* ibi in templo super montem ædificato in suo Cherubo honoratus sit? Ad hoc sanè videtur alludere illa Regi Tyr, facta exprobratio de casu miseráque vicissitudine ex admirabili, & magnifico C quondam statu his Dei ad eum verbis: *Tu Cherub extentus & protegens, & posui* (id est, quem olim posueram) *in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te,* &c. [e] Hanc priscam Semi in Phœnicia celsitudinem testantur etiam vrbes, quæ illi dicatæ eius quoque nomine insignitæ sunt: quarum præcipuè fuerunt Lesem, Samir, Asem, Cariathsemes, Bethsemes, & Ensemes.

Sem frater Astaroth, quo sensu.

[a] lib. 9.

[b] Iudic. 2. 13

[c] 3. de nat. Deorum.

[d] Lucianus.

[e] Ezech. 28. 14.

Pergit Eusebius de eodem: *Itaque Saturnus Rex regionis, quem Phœnices Israëlem vocant, posteaquam hominem exuit, ad Saturni stellam addictus est.* Quæ verba sic intelligo, vt regionis Phœniciæ Rex, qui olim dicebatur Sem, erátque filius Cœli, id est, Noë, post mortem addictus est ad stellam Saturni, vt etiam alius in eadem regione sacrorum Rex posterior, qui dicebatur Israël. Ecce quomodo Sem filius Noë, sicut pater eius Deus habitus est, ac sideribus comparatus, & quædam illi ciuitates de-

Digitized by Google

A dicatæ fuerunt: quemadmodum de aliis multis, de republica benè meritis proceribus, & curatoribus factitatum testantur multa huiusmodi vrbium nomina Bethanath[a], Bethbessen[b], Bethchar[c], Bethmec[d], &c. quæ viros quosdam insignes ferè circunloquuntur. Et ob id maximè, quòd qui ciuitatis alicuius primi fundatores erant, eius quoque Baalim, id est, tutelares post mortem habebantur: vt ex Ezechiele[e] constat, vbi, qui iuxta Hebr. dicuntur *Tyri ædificatores*, apud Septuaginta vocantur *Beelim*, hoc est, tutelares. Et qui pro talibus habebantur planetæ Ioui, quasi patri Iuuanti comparabantur. Vnde planeta Iouis Hebraicè vocatur. כוכב בעל *Cocab baghal*, ac si diceres *stella patroni*. Quòd si eundem virum (vt pote Sem) pro sua sapientia exaltare volebant, comparabant eum planetæ Mercurij, quem ideo Hebr. nominabant כוכב חכמות *Cocab hhacmoth*, *stella sapientiarum*: si regiam eius dignitatem extollere cupiebant, supremo omnium planetarum Saturno conferebant, quem Hebræi כוכב שבת *stella sabbati* nominant, vel etiam ac præsertim Soli quem vel חמה *hhema*, vel שמש *Scemes* vocitant: Idem dicendum de C fœminis illustribus, quas vel in luna, vel in Venere tanquam in imaginibus cœlestibus contemplabantur. Quòd in principio purissimè fiebat ac legitimè. Sed tandem abusus fecit, vt qui tales imagines cœlestes pro veris diis coli docebant Heliognosti, Solicolæ, Fortunicolæ, Baalitæ, Astaritæ, vel Astarothitæ, Remphamitæ, Molochitæ, Thannizitæ & generaliter Cœlicolæ dicerentur. De qua stultissima idololatria malè omnino ac falsissimè à Scaligero taxantur Enoscæi, quos vocat Essenos, eo quòd versus Orientem orabant: nec iustiùs eiusdem instituti Pharisæis, idem crimen imputatur.

D Eodem modo philosophandum est de Cham eiusdem Noë filio, tam respectu Ægypti, quæ ab eo passim *terra Cham*[f] nuncupatur, quàm respectu Chananæorum: apud quos primò simpliciter, posteà turpiter sub nomine *Chamos* honoratus est[g]: Idem de Iapheth respectu Europæ, vt vidimus[h]: idem de aliis Rephaim, vt mox iterum videbimus.

Quartus addi potest, modus quo antiquitus Rephaim honorabantur post funera: postea videlicet eorum celebrando, in

a Iof.19 38.
b 1 Machab. 9 61.
c 1.Reg.7.11
d Iof.19.27.
e Cap.27 4.
Chã sub nomine Chamos honoratus.
f Psal.104. 13.17.&105. 21.
g Num. 21. 29. Iudic.11.24. 3 Reg.11.7. 33.
h Cap 5. & 13.

Digitized by Google

quibus egregia eorum facinora, vel rerum primas eorum inuentiones, cùm quibusdam gesticulationibus ac mimicè populo repræsentabant. Exempli gratia, singularem Patriarchæ Noë post diluuium continentiam, eiusdémque nudationem & ebrietatem post vini inuentionem, primò sub simplicibus & honestis, quas posteri contaminauerunt cæremoniis celebrasse videntur, vt antea [a] diximus, atque ex tot fabularum vmbraculis similia multa possumus colligere.

a Cap. 12.

Quemadmodum autem in terra honore quodam perenni illustrabantur in vrbibus, quæ dicabantur eis, ac nominibus eorum vocabantur, vt de multis in Europa locis iam vidimus [b]: ita in cœlo velut indelebili charactere signati, post mortē comparabantur sideribus, atque in eis tanquam in cœlestibus imaginibus, pro regionis tutelaribus agnoscebantur. Vt pote Sem, quatenus Rex ac summus Pontifex, in supremo planetarum Saturno, & à quibusdam in Rege siderum Sole honorabantur: præsertim ab incolis terræ Chanaan, quos cùm ipse motum Solis primus docuisset, sicut pater eius Armenios & abnepos eius Heber Ægyptios: illius nomine, nempe Semes Chananæi solem appellarunt, ipsum verò Baal semes: Ægyptij ab Hebere Hiperon, sicut Armeni idem astrum nomine Noë Arga nuncupauerunt. Scribit enim Diodorus Siculus, Vranum (qui est Noë dictus Arga) nomen suum ad cœlum transtulisse: quòd facilè ex Vrani fabula colligitur. Et sanè à primis istis tribus viris solis ita nomine nuncupatis eorum, vel posteri, vel discipuli sub Græcorum fabulis, Titanum nomen habent absconsum, vt antea [c] vidimus. B C

b Cap. 5.

Noë Sem & Heber ab antiquis dicti Soles vnde nomen Titanum.

lib. 2.

Cùm itaque vnaquæque regio, vel vrbs suum Rapha primúmque curatorem, aut Regem dicto modo post mortem, aut Soli, aut Saturno planetarum supremo, vel etiam benigno Ioui comparatum in Baalim, id est, patronum, protectorem, tutelarem, & quasi maritum (hæc enim omnia importat nomen Baal) assumeret: factum est vt multi quoque pro locorum diuersitate Ioues essent, Saturni, Martes, & Mercurij. Hinc illa vetustissima ciuitatum nomina Baal Gad [d], Baal Hasor [e], Baal Hermon [f], Baal Meon, [g] Baal Pharasim [h], Baal Thamar [i], sicut in regione Iudæa Chariath Baal [l], quasi diceres ciuitates patroni. Sic Masius [m] rectè sentit, quoslibet Deos vocari Baalim. D

c Cap. 7.
d Iof. 11. 17. & 13. 5.
e 2. Reg. 33. 23.
f Iudic. 3. 3.
g Num. 32. 38.
h 2. Reg. 5. 20.
i Iud. 20. 33.
l Iof. 18. 14.
m in Iof. ca. 13. verf. 14.

Quòd

Digitized by Google

A Quod debet intelligi post admissam idololatriam, & de iis qui in sideribus, vt tales adorabantur: de quibus intelligitur, quod passim occurrit, *seruire Baalim & Astaroth*[a]. Quos omnes comprehendit nomen *militiæ cœli*, cùm dicitur *adorare militiam cœli*[b].

Primus autem, qui sub nomine Baal simpliciter ac licitè, deinde turpiter ac fornicariè pro vero Deo habitus est, fuit Nembrod, qui ideò & Beli nomen retinuit, & in planeta Saturni re ac nomine adoratus tot Saturnis, & Baalim viam strauit. Nam quia paulatim tam effrenata fuit populorum erga huiusmodi patronos deuotio, vt vel intēperanter festa eorū colerent (qui B bus sacerdotes Deus pollui vetat his iuxta Hebr. verbis, *Non contaminabit se* (sacerdos) *Baal in populis eius* (Baalis) *ad polluendū se*[c] (vbi tacitè denotatur licere populis suos Baales habere) vel illas in sideribus pro vero siderum creatore, cœlorūque factore colendo erga eos fornicarētur, vt sæpè scriptura[d] loquitur: ideò tandem minatur Deus, se omnes illos Baalim falsósque maritos ac tutelares deleturum. *Et erit in die illo, ait Dominus, vocabis marite mi, & non vocabis me vltra Baal mi: & remouebo nomina* (tutelaria) *Baalim, & non memorabuntur vltrà* (ciuitates, & oppida) *in nomine eorum*[e].

C Prædicta ergo sidera sunt illæ asterismorum imagines & figuræ, quas (vtique priscorū more, sed animo fornicante) faciebant, id est, constituebant sibi in cœlo Israëlitæ cū essent in deserto, & quibus, non Deo cœlorum opifici hostias offerre ac sacrificare intendebant: & vnusquísque eorum suum sidus, id est, suum in aliquo sidere Baalem adorādo maxima cū attentione & obnixa intentione ad diuinitatē vsque eleuabat. Quod importat ista frequens apud Hebræos distributiua locutio: *Eleuabatis cū attentione sidus Deorum vestrorum Rephaim*, &c.[f] Ista est mentis fornicatio quā Psalmista[g] vocat *errorem cordis*: *Quadraginta an-* D *nis offensus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde*. Cōcordant verba B. Stephani[h], & expositio S. Hieronymi[i]. Id quoque est *habere Deos alienos coram vero Deo*[l], qui omnia videt.

Præter dictos quatuor modos exaltandi Rephaim, & eorum memoriā posteritati mandandi, quintus fuit, per exteriores eorum statuas, quæ cū non ad colendum, sed in defunctorum duntaxat memoriā signúmque fierēt, vocabātur Theraphim, quasi Tau Rephaim, quòd est typus aut signum Rephaim, de quibus

a Iudic. 2. 13. 3. 7. 12. 10. 1. Reg. 7. 3. & alibi sæpè.
b Deut. 17. 3. 4. Reg. 17. 16. & alibi.
Baalim paulatim facti sunt Dij.
c Exod. 34. 15. 16. Leuit. 20. 5. & alibi.
d Leuit. 21. 5
e Osee 2. 16
f Hamos 5. 25
g Ps. 94. 10.
h Act. 7. 43.
i in Cap. 5. Amos.
l Deut. 5. 6.
Nominis Theraphim etymologia.

Digitized by Google

a in cap.seq. & lib.3.c.9. postea [a]. Quemadmodũ autẽ inter prædictos modos excellen- A tissimus ille fuit, quo sideribus ac Phænomenis cõparabantur: ita dignissimum fuit post mortem Baalem reputari ac nominari. Exempli causa: licet Sem valdè honoraretur in eo, quòd multa loca, ad eius honorem ædificata dicatáque nomine eius cognominarentur Lesem, Hirsemus, &c. Nec non in suo Theraphim, quòd Moloch seu Melchon dicebatur: longè tamen maiori colebatur honore, cùm post mortem dicebatur Deus, aut Baal, assimilabatúrque sideri.

Figurarum Cherubini, & Theraphim discrimen. b initio Panarij.

Hinc sume discrimen, quod esse censeo inter Heroum, Dynastarum, Rephaimue figuras, quæ dicebantur Cherubim, & B inter illas quæ nuncupabantur Theraphim. Vtrásque enim ex prima institutione factas esse non ambigo ad huiusmodi viros iam vita functos honorandũ. (De quo vide Epiphanium. [b]) Sed cũ tali discrimine, vt Theraph hominem cũ eius, dum viueret dignitatis signis exprimeret: Cherub autẽ in effigie symbolica, quæ cũ eius sidere nonnullam haberet relationẽ. Nimirũ Theraph Molochi seu Melchon (quem Melchisedechum esse putamus) priusquam Israëlitæ Ægyptiorum & gentilium fermento essent infecti, hominis diademate redimiti, regalibúsque aut pontificalibus induti figuram simpliciter habebat in magnæ (dè more) molis statua [c]. Cherub autẽ eiusdem Moloc figurabatur C cum quibusdam qualitatum notis, & relatione ad sidus Saturni, vel Solis, vt mox declarabitur. Sed nonnulla ad hoc intelligendum prænotanda sunt.

c Paral 20 5

Primum quidem non solùm viros auctoritate, dignitate, vel sanctitate cõspicuos in suis personis, sed etiã in suis imaginibus tam Cherubim, quàm Theraphim deos ab antiquis appellatos fuisse, vt patebit in sequẽtibus [d]. II. Antiquos nefas existimasse, si statim ac eorũ Rephaim Heroësque è viuis excessissent, nõ fecissent eorũ Cherubim, aut Theraphim. Et sic filij Israël statim ac mortuus est Iacob, & antequã exequias eius celebrarẽt, Che- D rubim eius fecerunt [e] super basim, seu arcam ligneam. *Et fecerũt filij eius ei basim quemadmodũ præceperat eis* [f]. Quod à nouatoribus & aliis valdè ponderandũ est. Vnde Israëlitæ cũ vehementer suspicarentur, & quasi pro certo tenerent insignem suum ducẽ, *Deníque Pharaonis* [g] Moysen fuisse defunctũ, statim venerũt ad Aaron summũ Pontificẽ, & (quacumque id mente fecerint) in-

d lib.3.c 9.

e Vide infra lib.3.cap.13.

f Gen 50.12

g Exod 7.

Digitized by Google

stanter postularunt, vt mortui, qui ex Ægypto nuperrimè tam potenter ac mirabiliter eos liberauerat Cherub faciendũ curaret: in quo deinceps Moysen eos ad terram Chanaã deducentẽ contẽplarentur, & præteritorum eius mirabilium ac beneficiorum iugiter refricarent memoriã. Sic enim prorsus in bonam, nullatenus in malã partem Moysi sue contemptum accipienda sunt ista eorum verba: *Videns autem populus quòd morã faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus* (verti potest *apud* [a]) *Aaron, dixit: Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant: Moysi enim huic viro* (κατ' ἐξοχὴν) *qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus*
B *quid acciderit.* Hoc ampliùs exponetur postea [b]. III. notandum, tritum valdè fuisse apud veteres, etiam ante Moysen vsum, tam Cherubim, quã Theraphim; vt quilibet æquus rerum æstimator facilè colliget, ex, iam dictis [c], ex postea [d] dicendis, & ex eo quòd Aaron Deos ab eo postulantibus, sine mora, vel contradictione (quicquid multi fingãt sine probatione) imò, cũ alacritate non modica acquieuit: quoniam nomine Deorũ, Cherubim intelligebat. Denique hoc apparet ex illo Dei toties iterato pręcepto de faciendis Cherubim super arcã [e] nunquã exprimendo quales essent eorum figuræ, eo quòd iã Moysi erant notissimæ.

Israelitæ quo sensu absque peccato Deos petere potuerũt ab Aaron.

a Exod. 14. 9. Gen. 14. 6. Psal. 136. 1.
b lib. 3. c. 15.

Facere Cherubim tritũ erat ante tẽpora Moysis.

c Cap. 18.
d lib. 3. ca. 9. & 14.
e Exod. 25. 18. 37. 7.

C Quartò notandum, quòd cùm populus Israël adhuc esset in Ægypto, erat iam arca testimonij seu propitiatorium, corã quo populus Deum adorabat, & vnde sua Deus reddebat oracula, inter duos Cherubos aureos ad cuius instar à Deo iussa est fieri, illa magnifica, cuius magnificentiæ & magnitudinis, *exemplar à Deo in monte monstratum est* [f] Moysi. Et de hoc postea [g]. quòd statim Apostoli Pauli verbis à nobis probabitur. V. Notandum, quòd *arca testimonij* (quasi diceres testimonium in propitiatorio deferentis) sic appellatur, eo, quòd Deus, qui super arcam de propitiatorio responsa dabat, quemadmodum, pro sua
D clementia, passim se dicebat Deum Abraham, Deum Isaac, Deum patrum Israël, quos etiam Deos vocat cùm *Deus Deorum Israël*, vult appellari [h]: ita se talem ad extra ostendere voluit: vt in arca illos successiuè pro diuersis tẽporibus in suæ peculiaris ibi præsentiæ, nec non proferendæ suæ veritatis testes, post eorũ mortẽ assumere voluerit: ideóque eorum imagines & Cherubim in ea repræsentari ac propitiatorio velut sibi opere fusorio, id est, strictissimè vniri. Qui tamẽ propter periculum

Arca & tabernaculum erat iam in Aegypto apud Israelitas

f Exod. 25. 40.
g lib. 3. cap. 14 & 15.

Arca testimonii, cur sic vocata sit.

h Gen. 33. 20.

Digitized by Google

idololatriæ in tot prædictis sanctos defunctos honorādi modis facilè contrahendæ quaslibet alias imagines statuásque (*sibi*, id est, ex propria inuentione, vel deuotione faciendum, nam Theraphim de Ecclesiæ more, vel instituto mansisse constabit in sequentibus [a]) huic populo in lege penitùs interdixit.

a Cap. sequenti, & lib. 3 cap. 9. & 14.

Cherubim in propitiatorio erant imagines quorumdam patriarcharum.

b lib. 3. cap. 14. & 15.

Sextò notandum, quòd in duabus prædictis arcis tres duntaxat fuerunt patriarchæ in suis Cherubis, qui iuxta antiquitatis ordinem sibi successerunt: nempe, in priori quæ erat in Ægypto erat Iacob, & filius eius Iuda: in secunda, seu posteriori, quæ à Moyse in deserto facta est, erat Iacob & Ioseph, vt postea [b] videbitur. B Iuxta quem ordinē, cùm filiis Israël licentiam faciendi sibi Deos, hoc est, Deorū suorum liberatorū Cherubos à summo Pontifice Aaron obtinuissent: ne solito plures facerent; statuerunt, duos quidem duntaxat facere Cherubos super arcam: vnum Iosephi, vt, ad patris Iacob mentem quam nouerāt, ordo requirebat; alterum Moysis, quem sine Cherub relinquere, vel sine illo cœptū iter ad terram promissam prosequi nefas iudicantes, relictis duobus antiquis Iacobi & Iudæ, duos alios nouos Iosephi & Moysis conflare statuerūt; sed contra Dei mentē, vt ibidē amplè declarabitur. Et sic vtérque Cherub erat Deus alienus, & pseudocherub: Moysis quidem in persona, Iosephi C verò in figura: neutrum enim Deus volebat.

Israëlitæ cōtra mentem Dei Cherub Moysis ponūt super arcam

c 3. Reg. 12. 21

Rex Ieroboā erigens duos vitulos, in quo peccauit

d Psal. 121. 4.

e Psal. 77. 67.

f Gen. 49. 24. Deut. 32. 18 iuxta Heb.

Septimò ex dictis sequitur, Regem Ieroboam [c], qui duarum Ephraim & Manasse, hoc est filiorū Ioseph, tribuū ditiones intra regnū suum Israël amplectebatur, non errasse in electione Cherubi Ioseph patris harū tribuū, eo quòd etiam in arca testimonij, quæ tunc erat in Ierusalem, vnus ex duobus Cherubim erat Iosephi, alter verò Iacobi. Vnde legimus in Psalmis [d], *& testimonium Israël* (hoc est, patriarchæ Iacob) *ad confitendum nomini Domini*, nēpe, in quo Deus adorabitur, *& tabernaculum Ioseph* [e], quod erat in Silo. Sed in duobus præsertim peccauit Rex Ieroboam: nempe, in hoc quòd regni sui Baalem Iosephum repræsentauit in forma abominationis Ægyptiorum, id est, vituli, vel etiam vaccæ: & præterea, quòd spreto altero patriarchæ Iacobi Cherubo (quem Deus semper manere super arcam intendebat, eo quòd esset petra [f] omnium duodecim tribuum) Iosephi Cherubim dimisit in duos, quorū vnū posuit in Bethel, & alterū in Dā. De quo quidē Iosephi Cherubo à Ieroboā cōtra Dei mentē facto, quòd tāto schismati, imò idololatriæ præbuit ansā D

Digitized by Google

A sæpe conqueruntur Oseas[a], & Amos[b]: sed ad rem præsentem planè respiciunt ista verba ad Deum tribus Israël[c]. *Argentum suum, & aurum suum fecerunt sibi imagines* (duorum vitulorum) *Vt interirent. Proiectus est vitulus tuus, Samaria, iratus est furor meus in eos. Vsquequo non potuerunt emundari?* Nimirum conqueritur, quòd à tempore huius schismatis vsque ad principium regni Osiæ regis Iuda, id est, à 170. circiter annis hos vitulinos Cherubos in legitimam hominis figuram non mutauerint: rationem addit, *Quia ex Israel, & ipse est.* Quasi dicat: Cùm Ioseph filius Iacob homo fit ab illo prognatus, mirum B est, quòd eum sub bruti figura fœdissima tandiu teneant. Et tamen mirum est, quod de bono rege Iehu scriptum est. *Deleuit Iehu Baal de Israël, veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israël, nòn recessit: nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel, & in Dan*[d].

a Cap 4. & 8.
b Cap. 4. 1.
c Osee 3 4.
d Reg. 10. 28.

Arcas duas successiuè habuerunt Israëlitæ cùm erant in Ægypto.

Ex quibus præterea constat, ferè per totum moræ in Ægypto tempus, vnam ad minùs apud Israëlitas fuisse arcam testimonij, in qua erant Cherubim, Iacobi & Iudæ: Sed & credibile est, aliam adhuc priorem extitisse: in qua ante mortem Iacob erant Cherubim Abrahæ & Isaac, túmque arcam fœde- C ris, arcam testamenti appellari cœpisse, quando *testamentum disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham, in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ*[e]. A quo tempore sicut peculiari modo Deus cœpit appellari Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: ita post mortem Abrahæ, vel saltem Isaaci, aliquod super arcam propitiatorium factum fuisse, illámque vocari cœpisse *arcam testamenti* verisimile sit. Mortuo autem Iacob eiúsque prole iam admodum multiplicata; quando Ecclesia sub viuentis adhuc atque auctoritate valentis Iosephi auspiciis, aliquam bonæ institutionis formam ha- D bere cœpit, à succedente Pontifice Caath aliam arcam factam fuisse, in qua nuper defuncti Patriarchæ Iacob Cherub poni cœpit cum Cherubo Isaaci, qui iam erat in arca præcedenti. Qui quidem ordo insinuari videtur cum de arca deportanda mentio fit in illo vnico loco vbi Iacob (cuius tunc Cherub erat super arcam) quasi retrogradiendo Isaaco, & iste Abrahamo præponitur *Ambulabo igitur, & ego* (nempe in arca deportata) *contra eos, & inducam illos in terram hostilem,* &c. *tunc*

e Act 3 25.

Digitized by Google

orabunt (coram arca) *pro impietatibus suis*: & recordabor fœderis mei, *quod pepigi cum Iacob* (nunc in arca posito) *& Isaac, & Abraham* [a]. Adde quod sic completur numerus quatuor Cheruborum, quos Ezechiel per analogiam ad quædam phænomena, sub figuris animalium symbolicè repræsentauit. Nimirum, Isaac, à quo genealogia Christi ducit principium, in figura hominis: Iacob, qui post luctam cum Angelo, *se vidisse Deum facie ad faciem* [b] asserebat, in aquila Solis contemplatrice; Iudas, iuxta patris benedictionem [c], in leone: & Ioseph in vitulo, cui à patre Iacob (iuxta Hebræum [d]) & à Moyse [e] comparatur.

a Leuit. 26. 41. 42.
Cap. 10.
Cherubim Ezechielis & Mosaicorum discrimen
b Gen. 32. 30.
c Genes. 49. 9.
d Genes. 49 6. & 22.
e Deut. 33. 17.

Quem propterea Iosephum Israëlitæ in forma tauri seu vituli ex auro conflarunt, sed contra Dei mentem, vt suo loco dicetur. At Moyses suos Cherubim non alia quàm hominis forma fieri iussit. Quamuis ex priscorum traditione, & consuetudine ad sanctorum Patriarcharum sanctitatis, & dignitatis excellentiam meliùs exprimendam, quasdam illis symbolicas cœlestésque addiderit qualitates. Nimirum, formam Angelicam, ad significandum, quod sicut Angeli orbes cœlorum optimè moderantur, ita & ipsi sapientissimè rexerunt Dei Ecclesiam. Nam per alas extensas ad instar cœlestis amplitudinis, animi eorum capacitatem denotabant, & sapientiæ latitudinem. Per faciei fulgur, & coruscationem vehementissimi in Deum amoris flammas exprimebant. Sicut & insignem eorum humilitatem, in eo quod propitiatorium, id est, sedem Dei sustentabant. Quæ omnia longè meliùs, & excellentiùs in huiusmodi figuris symbolicis Cherubinorum, quàm in Theraphim, seu simplicibus humanæ figuræ imaginibus exprimebantur, & in ætate puerili ad significandum immutabilem nec vnquam senescentem statum legis naturæ: de quo in sequenti capite.

Cherubim Mosaici non aliam quam humanam formam habuerunt.

Cherubim sunt figura symbolica & cur tales.

Quod & philosophi gentiles imitati sunt, qui nomine Cupidinis aut Amoris cœlum intelligebant: per alas & sagittas eius velocitatem: per faces spectabilitatem in astris: per faciem puerilem illum nescire senium volebant ostendere. Quin etiam veteres Deum infantili ætate pingebant, vtpote, vnicum atque perpetuum rerum omnium principium nullo conficiendum senio. De quo Pierius [f]. Humiliter Romani

f in Hieroglyp. lib 42 cap. 12.

A Imperatores pingebantur imberbes, quasi Dij quidam terrestres, qui numquam senescerent.

At vtique iuuat hîc recitare, quæ de vero Deo, deque symbolicis Deorum imaginibus sic refert Macrobius [a]: *Cùm ad summum, & principem omnium Deum, qui apud Grecos ταγαθὸν, qui πρῶτον αἴτιον nuncupatur, tractatus se audet attollere vel ad mentem, quam Græci νοῦν appellant, originales rerum species, quæ ἰδέαι dictæ sunt, continentem, ex summo natam, & perfectam Deo* (Verbum Dei intelligit) *Cùm de his, inquam loquuntur, summo Deo & mente, nihil fabulosum penitùs affingunt. Sed si quid de* B *his assignare conantur, quæ non sermonem tantummodò, sed cogitationem humanam superant, ad similitudines, & exempla confugiunt. Sic Plato, cùm περὶ τἀγαθοῦ loqui esset animatus, dicere quid sit non est ausus: hoc solùm de eo sciens, quod sciri quale sit ab homine non possit. Solùm verò ei simillimum de visibilibus Solem reperit: & per eius similitudinem viam sermone suo attollendi se ad non comprehensibilia patefecit. Ideo, vt nullum ei simulachrum cum dijs alijs constitueretur, sanxit antiquitas: quia summus Deus natáque ex eo mens, sicut vltra animam, ita supra naturam sunt: quo nihil fas est de fabulis peruenire,* &c.

a lib. 1. in Somnium Scipionis.

C Et post alia quædam de mysterijs reliquorum Deorum differens, subjungit: *Sic ipsa mysteria figurarum cuniculis operiuntur, ne velis ademptis nudam rerum talium natura se præbeat: sed summatibus tantùm viris sapientia interprete viri arcani conscij contenti sunt, reliqui ad venerationem, figuris defendentibus à vilitate arcanum.* Et post pauca iterum sic: *Adeo semper*, inquit, *ita se & sciri, & coli numina maluerunt, qualiter in vulgus antiquitas ipsa fabulata est: quæ & imagines, & simulachra formarum talium prorsus alienis, & ætates tam incrementi quàm diminutionis ignaris, & amictus ornatúsque varios corpus non habentibus assignauit.* D *Secundùm hæc Pythagoras ipse atque Empedocles, Parmenides quoque, & Heraclitus de ijs fabulati sunt: nec secus Trinæus, qui progenies eorum, sicut traditum fuerat, exequutus est.* Hactenus Macrobius.

Vnde, & ex antea dictis facile erit veram nomine כרב *Cherub* etymologiam deducere: in quo iuxta peritiorum sententiam litera כ seruilis est, & particula

similitudinis, non cum nomine רביא *Rabia*, id est, *puer*, quasi Cherub figura sit pueri referens effigiem (quod in Cherubis Ieroboam, & Ezechielis falsum esse constat) sed cum emphatico nomine רב *Rab*, Latinè, *multus* (vt optimè deducit Oleaster [a]) quod, teste Kimhi apud Pagninum [b], importat hominem honorabilem, inclytum, existimatum, aut reputatum, & ob multiplices dignitates, quibus pollet, sic appellatum. Et quia ista multiplex, insignísque magnitudo à priscis illis sapientissimis, & astrologiæ valde deditis viris iudicata est longè meliùs sic repræsentari, quàm per communem, tritam ac simplicem terreni hominis figuram: ideo, huiusmodi virorum imagines sub symbolis cœlestibus repræsentatiuæ optimè, & sapienter vocatæ sunt Cherubim, sed propriè Cherabim: eo quòd factæ sunt ad instar magnorum illorum Rabim, qui in amplissimis vastissimi cœli, maximæque molis ac virtutis repræsentabantur sideribus, aut constellationibus: vt de Nembrodo vidimus in capite præcedenti. Huius autem etymi veritas probatur ex hoc, quòd ferè omnia, quæ tam in lege, quàm in hagiographis reperiuntur, nomina Cherub, aut Cherubim sine ו vau scripta reperiuntur, vt notauit Pagninus [c]. Quemadmodum ergo Rephaim, & Theraphim, ita & Cherabim pronunciatur legitimè, non Cherubim: quasi diceres, ad instar magnatum.

Cherabim dici debet nō Cherubim.

a in cap. 3. Genes. & Exod. 25.

b in verbo רבב.

c in verbo ברב.

Nominis Seraphim etymon.

Quantum ad nomen שרף *Seraph*, & שרפים *Seraphim*, puto esse nomen primò peculiariter affectatum Cherubo Iosephi patriarchæ, qui sub Serapis nomine colebatur ab Ægyptiis, vt vidimus: vel potiùs Cherubo Semi (qui est Melchisedech) qui diceretur Seraph, quasi Sem Repha, quem figurabat. Quod postea commune factum est omnibus Cherubis, vt idem sit Seraphim ac Cherubim. Hæc pauca quæ de hoc essent dicenda benignè, & grato animo suscipiat lector, & boni consulat.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XX.

Cherubim cum Propitiatorio longè ante Moysen fuisse probatur ex verbis B. Pauli: ostenditur Theraphim tunc etiam extitisse, vbi ponerentur, quo cultu honorarentur, & exponitur præceptum Decalogi de non faciendis
B *sculptilibus.*



NONNVLLA adhuc de Cherubim, & Theraphim occurrunt exponenda, ex quibus Lector non modicam cum suauitate percepturus est vtilitatem: & præsertim, quæ de illis cum Propitiatorio disserit Paulus Apostolus [a], si doctissima æquè, ac profundissima eius verba (quæ idcirco ab eo vocantur, *grandis sermo, & interpretabilis* [b]) ritè intelligantur. Et primò quid sit *sermo iustitiæ,*
C de quo sic tunc execratos Hebræos alloquitur, eorum animos ad capiendum ea, quæ de Melchisedech, *Rege Iustitiæ* dicturus est, excitando. *Facti estis,* inquit, *quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps* (hunc autem illum esse dixerat, qui inter doctores Hebræos ignorabat *elementa initij oraculorum Dei* [c], hoc est, quo pacto, & tempore olim cœperit Deus loqui in propitiatorio, de quo mox loquuturus est) *expers est sermonis Iustitiæ.* Est autem sermo iustitiæ, sermo de lege naturali, quæ κατ' ἐξοχὴν vocatur *Iustitia,* vt vidimus [d]. Sub qua ante diluuium vixerunt Seth, Enos, Enoch, & alij, &
D post diluuium Melchisedech, & Patriarchæ. Deinde Apostolus post longum de isto sermonem, vt ad Christum paulatim deducat argumentum suum, proponit in capite octauo duo testamenta, vnum scriptum in cordibus, qualis est lex naturalis deriuata ad patriarchas Abraham, Isaac & Iacob; quæ dum non tolli, vel mutari, sed perfici debebat per Christum, vocat eam (vt & Ioannes [e]) nouum testamentum, iuxta verba Ieremiæ [f], quæ profert, *Consumabo super domum Israël, & super domum Iuda,*

a Hebr. 8. & 9.
b Heb. 5. 11.
Oraculorum Dei initia apud Paulũ quid.
c. vers. 12.
d lib. 1. c. 1.
Lex naturalis dicitur testamentum nouum.
e Epist. 1. c. 2. 7.
f Cap. 31. 31.

Digitized by Google

(de qua erat Christus sacerdos, secundùm ordinem Melchisedech, quod priùs [a] notauerat) *Testamentum nouum*. Nempe vt opponitur senescenti: nam statim alterum, quod scriptum fuit in lapidibus, hoc est, legem Moysi datam, & Israëlitis, vocat *testamentum vetus, antiquatum, senescens, quod prope interitum est* [b] (vt & sacerdotes Aaronicos, *morientes* [c]) quippe quod per Christum erat destructum. A

a Heb. 7. 14
b Heb. 8. 13
c Heb. 7. 8.

Quibus prælibatis, vt paulatim ostendat Christum huius veteris seu senescentis figuras adimplesse, & præsertim illam, qua summus sacerdos semel in anno [d], illam dignissimam tabernaculi Mosaici partem, quæ *Sancta Sanctorum* dicebatur, id est, sanctissima, ingrediebatur, præponit ista verba [e]: *Habuit quidem & prius* (sup. testamentum, quod vocauerat vetus) *tabernaculum, iustificationes culturæ, & sanctum sæculare*. Et hoc valde notandum. Nam copula, *&*, cùm ait *habuit quidem, & priùs*, indicat hæc tria in vtróque testamento fuisse: ac si diceret, tam nouum, & non senescens in lege naturæ testamentum, quàm vetus ac senescens legis Mosaicæ habebat suum tabernaculum, suas iustificationes culturæ, & suum sanctum sæculare. Imò, lex vetus Mosaica à nouo Patriarcharum testamento illa tria mutuata est; nec ea habuit à seipsa, vt mox videbitur. B

d Heb. 9. 14.
e Hebr. 9. 1. 2.

Pergit igitur Paulus ostendere, quid esset in veteri Moysis testamento, dicens, habuisse etiam *tabernaculum*: illam videlicet partem sic appellatam, eo quòd ad instar tentorij vndique cortinis ambiebatur, ac pellibus operiebatur. Hoc autem tabernaculum duabus constabat partibus: vna in qua à parte meridionali erat candelabrum aureum; ab Aquilone, mensa cum panibus propositionis, & in medio propè Sancta Sanctorum, altare thymiamatis; & ista pars simpliciter *sanctum*, aut *sanctitas* dicebatur, quæ nunc à Paulo vocatur *sanctum sæculare*, in Hebræo קֹדֶשׁ עוֹלָם *Kodes gholam*, *sanctitas sæculi*, eo prorsùs sensu, quo dicitur *dies sæculi* [f], *mortui sæculi* [g], *testamenta sæculi* [h], *generationes sæculi* [i], *semitæ sæculi* [l], *montes sæculi* [m], pro diebus mortuis, testamentis, generationibus, semitis, & montibus antiquis. Imò quoties in Exodo, vel Leuitico, sine verbo *erit* iuxta Hebræum legitur, *statutum sæculi*, additúrque *erit in generationibus vestris* [n], vel, *illis &* C D

Tabernaculum quid cōtinebat.

f Esa. 63. 11.
g Psal. 142. 3.
h Eccli. 44. 19.
i Esa. 51. 9.
l Iere. 18. 15. Iob. 22. 15.
m Habac. 3. 6.

n Leuit. 6. 18. 23. 21. 31. Num. 18. 23.

Digitized by Google

pastoris eorum [a], sensus esse videtur, id quod præcipitur iam longè priùs in lege naturæ seruatum nunc nouo præcepto stabiliri. Si verò verbum *erit* præponatur hoc modo. *Et erit eis statutum sæculi*, &c. [b] vel sic, *& custodietis verbum istud in statutum tibi, & filijs tuis vsque in sæculum* [c], aut quid simile [d], nouum rei non antea seruatæ, sed deinceps iugiter seruandæ præceptum est. Et certè, si bene Lector curiosus attendat, comperies priorem loquendi modum vsurpari, cum aliquid præcipitur agendum circa locum quem nunc Apostolus vocat *sanctum sæculare*; quod priscorum patrum erat, non secun- B dæ tantùm, sed etiam primæ mundi ætatis, in qua Enos *cœpit inuocare nomen Domini*: quod de propitiatorio tunc instituto posse intelligi diximus [e], & ad illud tempus referri quoque posse, quod à Paulo nunc dicitur *sanctum sæculi*: quod etiam post diluuium perseuerauit apud patres, & patriarchas longè ante Moysen tempore illius testamenti primo in Adæ eiúsque posterorum cordibus scripti, quod Christus erat perfecturus.

a Leuit. 17. 7.
b Exod. 30. 21. Leuit. 16. 29. 34 Num. 10. 8. 19. 21.
c Exod. 12. 24
d Exod. 28. 43.
e lib. 1 c. 11.
Sanctum sæculare apud Paulũ quid.

Altera huius tabernaculi pars continebat thuribulum aureum, arcam & propitiatorium cum Cherubinis, dicebatúrque *Sancta Sanctorum*, hoc est, sanctissima propter oraculum, quod C dictas res sanctissimas, & præsertim propter oraculum, quòd & testimonium, propitiatorium, locus à sententiis, misericordia & veritas, sanctitas, fortitudo aliisque huiusmodi præclaris vocabatur nominibus, quæ pro hominum tenuitate nomen Dei circumloquerentur, eò quòd esset velut sedes ac thronus, in quo Deus speciali, & eminenti quodam modo, quasi in maiestate sedens oracula sua reddebat, misericordiam largiebatur peccatoribus, ac supremo latriæ cultu adorabatur. De quo sunt ista verba [f]. *Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam: super misericordia tua, & veritate tua, nequando dicant gentes,* D *vbi est Deus eorum.* Id est, non Cherubinis, quæ fecimus, sed nomini tuo, id est, præsentiæ tuæ, quæ est super locum, ex quo fidelibus ostendis misericordiam & veritatem, nempe super propitiatorium, vis gloriam, & adorationem tibi soli debitam exhiberi. Tu tibi ipse in hoc loco da gloriam, vt à misericordiæ & veritatis tuæ effectis Gentes minimè dubitent te ibi peculiari modo adesse præsentem. Cur autem propitiatorium vocetur nomen Dei, ratio est, quòd quemadmodum no-

f Ps. 113. 8.

Digitized by Google

men tetragrammaton יְהוָה ad hoc ordinatum est, vt ineffabilem Dei essentiam pro humano modulo mortalibus significaret: sic ille locus supra tabulam auream inter duos Cherubos aureos Dei ibi speciali modo existentis, & adorandi præsentiam demonstrabat, & tanquam ad hoc institutus, vt qui ex se inuisibilis est, oculo fidei *adoraretur in loco, vbi stabant pedes eius*, vt simpliciter loquitur Psaltes [a]. De illo enim loco intelliguntur huiusmodi phrases, *In nomine Dei leuare manus suas* [b]: *Inuocare in nomine Domini*, sic enim iuxta Hebr. legitur [c]. *Polluere nomen sanctum Dei* [d]: *ponere nomen Dei alicubi* [e] *Ministrare nomini Domini* [f]: *Ascendere in Ierusalem ad confitendum nomini Domini* [g]: *ædificare templum nomini Domini* [h], vel *domum* [i]: *Pœnitentiam agere nomini Domini* [l], Vocatur quoque iste locus in quo Dei præsentia discernitur, *facies Domini*. Sic legitur *non placare* [m], *quærere* [n], *præoccupare* [o], *deprecari faciem Domini* [p], *ministrare ante faciem Domini*, &c. [q] Latina versio passim pro *coram facie Domini*, vertit, *coram Domino*. De quo exempla, quæ nos obruunt, relinquimus. Quod tamen valde notandum est, ad genuinam multorum scripturæ locorũ intelligentiam. B

Propitiatorium dicitur nomen Dei.

a Ps 131. 7. b Psal. 6 c Exod 34 5 Deut. 26 2. Psal. 19. 8. d Leuit. 20. 3. 21. 6. e Deut. 12. 5. f Deut. 18. 5. & 7. g Psal. h 3 Reg. 5. 5. i Ibid & 8. 18. l Ibid v. 35. m 1. Reg. 13. 12. n Ps. 23 6. o Ps. 94. 2. p Ps. 1. 8. 18. q 1. Reg. 2. 18.

Hanc igitur dignissimam, sacrosanctámque tabernaculi partem, siue sacrarium, aut locum vocat Paulus *iustificationes culturæ*, Græcè δικαιώματα λατρείας, Hebraicè verò, חֻקִּים עֲבוֹדָה *Hhukim ghabodah*, quod ritè possumus interpretari *statuta*, vel *ordinationes latriæ*: hoc est maxima ordinatio cultus latriæ, phrasi Hebraica, qua ad rei alicuius excellentiam significandam numerus pluralis vsurpari solet, vt *Sancta Sanctorum* pro loco omnium sanctissimo. Hoc ipsum *statutum latriæ* κατ' ἐξοχὴν vocari videtur statutum, quod & nomen Domini dictum priùs fuerat, cum dicitur de Moyse, Aaron, & Samuele, *Custodiebant testimonia eius, & statutum quod dedit eis* [r]. Et alibi postquã Dauid locutus est de mõte Sion, qui propter Sancta Sanctorũ mõs sanctitatis solet appellari, statuit hoc Dei statutũ vbique prædicare, & annũtiare tanquã rem Domini sapientiæ ac bonitati conuenientissimam. *Ego autem constitui regem meũ super Sion montẽ sanctitatis meæ, Narrabo ipsum statutum* [s], quasi dicat, ipsam sanctitatem, aut Sancta Sanctorũ. Quòd alibi per vocem *nomine Dei* diceret laudabo, vel exaltabo nomen Dei. C D.

r Ps. 98. 7.

s Psal. 2.

Digitized by Google

Statuta ergo *latriæ* est locus sacratissimus, ad hoc institutus, vt ibi Deus inuisibilis tanquam speciali modo præsens adoretur. Quo pacto respectu Eucharistiæ ciborium, vel etiam species sacramentales peculiari, modo præsentem Christum continent. Quòd seriò considerent, velim nostri Nouatores, qui nihil habent simile. Imò habere detrectant præsentiam Christi, realem negantes in Eucharistia. Notent quoque vnitatem spiritus in Ecclesia à tot sæculis perseuerantem. Cùm igitur Paulus ait, *Habuit quidem & priùs* (testamentum Mosaicum) *tabernaculum, iustificationes culturæ, & sanctum sæculare* vel sæculi,
B notandum obiter, illa tria, nempe, tabernaculum, iustificationes culturæ, & sanctum vocari *sæculi*, id est, antiqua, non solùm Mosaïci, vt ita dicam, testamenti: sed etiam respectu prioris patriarcharum testamenti, cuius tempore iam erant antiqua, quia iam à diebus Enos instituta. Apostoli ergo verborum sensus est: Lex Mosaica veterascens habebat illa tria antiqua, ad supremum Dei cultum spectantia, quæ iam tempore patrum Iacob, Ioseph, & aliorum lex naturalis habebat.

Et certè, si res attentè consideretur quicquid erat præcipuum in tabernaculo Mosaico, ad legem naturalem, patriarcharúm- *Tabernaculo antiquo quid Moyses addiderit.*
C que tempus attinebat. Iam enim in Ægypto habebant arcam cũ suo propitiatorio, in quo reposita seruabantur ossa Ioseph, quam Deus sedens inter duos Cherubim operiebat, vt volunt ista verba iuxta Græcum, *Et ossa eius* (Ioseph) *supertecta fuerunt à Domino* [a]. Item, duodecim panes propositionis ad Melchisedechum respiciunt, sicut eorum numerus ad duodecim patriarchas. Candelabrum aureum cum septem lucernis; sicut & mutatio panum singulis diebus sabathi, quòd à mundi primordio seruatum est, ad legem quoque naturalem attinet [b]. Sub qua viuens sanctus Iob, *lucernam Dei super* (vel iuxta) *caput suum* [c]
D habebat in tabernaculo, seu templo. Hebræi post Moysen, nihil de nouo habuisse videntur, præter amplissimum illum locum, in quo erat altare holocaustorum, & lauacrum illud, quod *mare æneum*, postea vocatum est [d]. Nec propriè tabernaculum dicebatur ille locus, sed atrium sacerdotum, erátque supra apertus ad cremanda sacrificia, vel hostias cruentas: habuerunt & manna in vase, & virgam Aaron, & tabulas testamenti, de quibus Apostolus mentionem facit, postquam sigillatim expo-

a Eccl 49. 18.
b vide lib. 1. cap 1.
c Iob. 29. 3.
d 1. Paral. 18. 8.

Digitized by Google

fuit, quæ erant in priscorum tabernaculo. *Tabernaculum enim*
a Heb. 9. 2. *factum est*, inquit[a], *primùm, in quo erant candelabra & mensa*, &c.
Ex quibus colligitur tempore Patriarcharum, longè ante Moysen fuisse propitiatorium, cum Cherubis super arcam, ad hoc institutum, vt ibi Deus supremo latriæ cultu adoraretur publicè in loco sacro. Nulli autem priuato licebat apud se tenere huiusmodi sacrarium, nisi oriundus esset, & de familia vnius ex eis, quos Cherubim repræsentabant, ídque dicebatur esse de familia Deorum, vt ampliùs videbitur in sequentibus.

b lib. 3. ca. 9.

Eodem tempore erant quoque Theraphim, qui sicut Cherubim Dij vocabantur, quos postea gentilitas Lares seu Penates appellauit. Erántque statuæ prædecessorum: quædam quidem paruulæ, quales illæ quas Rachel sub se abscondit in stramento
c Gen. 31. 34 cameli[c], quædam ad communem hominis mensuram, qualis
d 1. Reg. 19. 16. fuit illa de qua legitur[d]: *Tulit autem Michol statuam* (Heb. Theraphim) *& posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit*, &c. Aliæ prodigiosæ quantitatis, quales ante idololatriam fuisse videntur statuæ Beli (qui est Nembrod & Melech, qui est Melchisedech, dictus postea Moloc & Melchom, cuius magni-
e 1. Par. 20. 2. tudo colligitur, ex magnitudine diadematis eius[e], & præsertim statuæ secundæ quantitatis seruabantur in Psycomanthæis, atriis, ambulacrísque domorum quæ loca ad hoc erant ordinata.

Imagines vbi olim ponebantur.

Quemadmodum enim magnatum defunctorum corpora amomis benè lutata, & pro dignitate vestita seriatim, & per ordinem disponebantur in sepulchris familiaribus, & ad multos annos seruabantur, vt non semel, nec parcè probamus in com-
f Cap. 3. 14. 19. 10. 22. 17 14. 21. 32. mentariis nostris, in librum Iob[f], quæ loca ibi vocantur סדרים *Sedarim*, id est, *ordines* Gall. *les rangées*: sic pro eorumdem defunctorum statuis seriatim disponendis, locus erat eodem nomine dictus.

g Ouid. lib. 1. de Trist. *Aspicies illic positos ex ordine fratres*[g]
h Iuuen. Sa. *Et tota veteres exornant vndique ceræ*
i Ouid. 1. fast. (id est, ceratæ imagines) *Atria*[h]. Illic
l Iud 3. 23. *Perlege dispositas annosa, per atria ceras*[i].

[l]De his ordinibus seu ordinum loco sunt ista verba, *Et egressus est Aod per vestibulum* (optimè verti potest per cameram

Digitized by Google

A ordinis, quæ antè[a], & postea[b], alio nomine vocatur פסילים *Pesilim*, id est, *sculptilia*, nempe, locus statuarum) *& clausit ostia* *cœnaculi*. Sed ne quis dicat illud vestibulum fuisse regis idololatræ: Ecce *ædificauit*(Salomon) *domum, & perfecit eam, & texit domum testudinibus*, Gallicè sic optimè, *Il acheua sa maison, & la lambrissa de niches) & ordinibus cedrinis*[c], hoc est, statuis cedrinis, in illis testudinibus ordine positis. Alia de hoc ex margine [d] similia loca, si placet, accipies. Ex huiusmodi ordinum loco, & iuxta domum Dauid, ambulacro vxor eius Michol ad
B manum habuit Theraphim, quod posuit in lecto mariti.

a Vers.19.
b Vers.26.
c 3.Reg.6.
d 2 Par 3.5. & 23.14. 4.Reg.11.15.

Et quia illic tenebantur, tanquam in oratoriis, tum vt coram illis Deus consuleretur per Theraphim[e], tum vt in eis prædecessorum egregia facinora, ac virtutes in memoriam reducerentur, ideòque in tanta veneratione habebantur, vt sanctissimus vir, & pontifex Samuel à nimio eorum cultu cauendum suadeat, his iuxta Hebræum verbis, *Peccatum diuinationis est rebellio, & idololatria Theraphim transgredi*[f], id est, vltrà eis debitum cultum ire. Vnde ad reuerentiam, & ornatum sinopide,
C minióque illa liniebant. Ideò in Canticis[g], capillatura sponsæ assimilatur statuæ Regis purpuratæ, quæ posita est in deambulatoriis, *Et coma capitis tui, sicut purpura Regis iuncti* (seu affixi, nempe clauo adhærentis) *deambulatoriis*. Vbi pro *Rege* Hebr. est, Melech, quòd ibi non appellatiuè, sed propriè pro Melech, id est, Melchisedech, accipi puto, cuius imago inter alios ibi reuerenter, & citra idololatriam seruabatur cum aliis Theraphim. Quam idololatræ, vtpote, Ammonitæ in templis habebant: & circa eam fornicantes purpura quoque, vel minio liniebant. De quo consulendus est Oleaster, & alij[h]. Non sic pia, & fidelis mulier, de qua legimus quod *lex pietatis in lingua*
D *eius*[i]: pietatis autem ac deuotionis signum est, quòd *cõtemplabatur deambulatoria*, (id est, imagines quæ sunt in deambulatoriis) *domus suæ*. Et hæc de ambulacris iuxta palatia magnatum, in quibus Theraphim ponebantur, nunquam autem in templis, nisi ab infidelibus & idololatris.

e Infra lib. 3. cap 9.
f 1.Reg 15. 23.
g Cap. 7 5.
h in Leuit. cap. 18.
i Pro. 31. 26.

Erant & ambulatoria sacra, id est, loca iuxta templum, in quibus Theraphim seu statuæ sanctorum seruabantur, & seriatim disponebantur, easdem ob causas, propter quas iuxta pala-

Digitized by Google

tia habebantur. De quibus est ille prorsus insignis locus, qui iam à nobis dicta valdè confirmat: *Dies multos sedebunt filij Israël sine Rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Theraphim* [a]. Iste Theraphinorum iuxta templum locus significatur, his iuxta Heb. verbis: *Et ædificauit* (Salomon) *atrium interius* (exterius dicebatur atrium sacerdotum, vt nuper vidimus) *tribus ordinibus* (statuarum) *dolati lapidis, & ordine excisarum* (supple rerum, id est, multipliciter variegatæ sculpturæ, Gallicè, *de moresques, phrises, grotesques*) *cedrinarum* [b]. Tres igitur in illo atrio erant statuarum lapidearum ordines, & subtus eos tabulatum cedrinum multiplici sculptura variegatum. B De quo interiori atrio seu ambulacro, est illud Ezechielis [c]: *Et antè cubicula* (atrij) *deambulatorium viginti cubitorum latitudinis*. In hoc ipso loco, idem propheta post fossum, Dei Iussu, parietem, *vidit idolum Zeli* [d] (quòd supra [e] simulachrum Caini fuisse putamus) & insuper, *Ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israël depicta erant in pariete, in circuitu per totum* [f]. Nempe, idololatræ in spatiis, quæ erant inter legitimas statuas, germanósque, id est, iuxta statutum Ecclesiæ Deos ibi positos repleuerant parietes picturis alienorum, vel etiam horribilium deorum, quos simul cùm legitimis, non quidem decumbentes, aut genuflexi (quod nimiæ impudentiæ signum fuisset) sed stantes, mente tamen fornicante, tanquam suprema numina adorabant. Et hoc est, quòd sequitur [g]: *Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum stantium ante picturas, & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua, & vapor nebulæ de thure consurgebat*. De istis quoque iuxta templum ambulacris est illud Iobi sancti Pontificis dictum [h]: *In circuitu meo pueri* (ministri) *mei: quando lauabam deambulatoria mea in butyratione*. Vocat butyrationem quod non erat color, sed quòd nos vocaremus *du Verni*: Posteritas, addit minium. Quibusdam enim anni diebus sacerdos, aut Pontifex stipatus ministris ad honorandam antecessorum memoriam statuas eorum benè fragranti minio liniebat. Quòd postea Gentiles fornicariè erga suas exequuti sunt. De quo sic Plinius [i]: *Minium quoddam apud Romanos non solùm maximæ auctoritatis, sed etiam sacræ. Enumerat auctores Verrius, quibus credere sit necesse: Iouis ipsius simulachri faciem diebus festis*

a Osee 3.4.
b 3. Reg 6.
c Cap. 42. 4.
d Cap. 8 3.
e lib. 1. ca. 7.
f Ezech. 8. 11.
g Vers. 11.
h Cap. 29. 7.
i lib 33. c. 7.

Digitized by Google

A *festis minio illini solitam, triumphantiúmque corpora. Sic Camillum triumphasse. Hac religione, etiam nunc addi in vnguenta cænæ triumphalis, & à Censoribus in primis Iouem miniandum locari. Cuius rei quidem causam miror: quanquam & hodie, id expeti constat Aethiopum populis, totósque eo tingi proceres, hincque ibi Deorum simulachris colorem esse*, super quod minium, vt rutilaret, velut ignis, inducebant non tam colorem, quàm butyreum, quod, vt nuper dicebat Iob, nos vernicem diceremus, & quidam Poëta *leues ceras*, liber verò Sapientiæ [a] fuscum. a Cap.13.14.
Perliniens rubrica, & rubicandum (senescentem) *faciens fuco*
B *colorem illinit.* Vnde idolum Moloc, sic definitum Priapi nomen accepisse videtur, quasi Pyropi. De quo nos alibi [b] copiosè. b in Iob ca. 29.7.
Spontè relinquo 12. vitulos æreos [c], & alias imagines, c Ier.52.20.
quæ in ipso templo erant, præter illa *simulachra, quorum similitudinem ex tribus legis* (quod valdè notandum) *scrutabantur Gentiles* [d]. Sed & multæ in Palestina, aliísque regionibus habebantur d 1 Mach 3. 48.
statuæ antè, & post legem, quarum malus duntaxat vsus prohibitus est, si res benè consideretur. Inter quas fuerunt diuersæ Melechis, seu Melchisedechis, seu Moloci statuæ, quarum vna vocabatur Anamelech, altera dicebatur Adriamelech, vt vidi-
C mus [e]. Item statua Ecclesiæ repræsentatiua, quæ Hebraicè, & in e Cap. 9.
singulari numero [f] est אֲשֵׁרָה *Ascerah*, in plurali verò [g] f Deut.16. 21.
אֲשֵׁרוֹת *Asceroth*, quā vocē multi putant significare lu- Iud 6.28.
cum, vel lucos, in quibus Gentiles (ad instar nemoris plantati 3 Reg.15 13. 16.33.
ab Abraham [h], vel quæ cæterorum [i], in quibus patriarchæ sa- g 3.Reg.14. 15
crificarunt) diis suis, & idolis immolabant. Sed qui attentè con- 4.Reg.17.
siderauerit, rem significatam huiusmodi lucis conuenire non 10.18. 4.
posse videbit: sed cuidam statuæ, quæ pro foribus excelsorum, h Gen.21.33
seu sacrorum locorum (vt nunc cruces ante templa) poneban- i Gen.35 7. Ios 24.26.
tur: circa quas, quia multi fornicabantur, sæpe vt præciderentur statutum est. Exod.20.
D

Quibus sic expositis, faciliùs nobis erit Dei Omnipotentis veram mentem assequi, circa Decalogi huiusmodi præceptum negatiuum, *Ego Dominus, &c. Non habebis Deos alienos, in conspectu meo. Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium, quæ in cœlo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra.* Qui duo versiculi, ad vnicum de vero Deo solo co-

Rr

lendo, præceptum prorsus referuntur. Primus quidem Deorum nomine generaliter comprehendit, tam animalia, quàm hominum personas, eorúmque imagines, tam cœlestes in asterismis, & sideribus, quàm terrestres, in cuiuscúmque materiæ picturis, aut sculptilibus, aliisue rebus, quæ Dei, vel Ecclesiæ præcepta, vel ab eo probata consuetudine Deorum nomine solebant appellari, vt vidimus, & vt scriptura videtur exponere, duo falsorum Deorum genera constituens. Nempe verorum idolorum, quæ pro vero Deo coluntur, cùm nihil sint: & hos vocat dæmonia & abominationes, cùm de iis, qui Iosephum in vitulo, vel ipsum vitulum Ægyptiorum mente pro vero Deo adorauerunt, ait, *Irritauerunt eum in abominationibus, immolauerunt Dæmoniis, & non Deo*: sed de iis, qui nouos Deos contra Dei mentem fecerunt, nempe Iosephum in vitulo, & Moysen, ait, *Prouocauerunt eum in diis alienis, Dij, quos ignorabant, noui recentésque venerunt, quos non coluerunt patres eorum*, id est, Cherubim, quos neque Iacob, neque alius ex patribus vnquam intendit vt fierent. Et isti sunt dij alieni. Quod amplius patebit in sequentibus [a]. Cùm autem sancti viri, atque in dignitate positi ex Dei mente vocentur Dij, nec non eorum imagines, ne quis labatur in errorem pro Deo, id est, sancto pessimum nebulonem honorando: semper determinatiùs loquitur vocãs *Deos alienos*, aliquando iuxta Hebr. *Deos alieni*, hoc est, imagines cuiuscúmque viri qui non sit ex populo Dei electo, & ab Ecclesia pro sancto agnito: quod planè notandum. Et aliquando *Deos alienæ* nempe, cuiuscúmque rei. Et proinde illi Dij coram Deo alieni sunt, qui ab eo per Ecclesiam pro talibus in suis personis, aut imaginibus agniti non sunt. Quo vtique sensu dicitur, *ignis alienus* [b], quem tunc Deus sibi offerri non præceperat, vt patet ex ipso textu, licet & antea gratus esse soleret: *non iuxta præscriptum Moysi*, ait Iosephus [c], *sed quales antea solebant*. Vetat igitur, non solũ, ne quis supremi numinis alicui rei tribuat dignitatẽ: sed etiam ne Dei largè sumpto nomine illam pro Deo habeat, nisi ab Ecclesia talis agnoscatur. Idque fideliter, & coram Deo in conscientia & nõ tantùm externo cultu [d]. Vnde Cherubim, nisi tanquam ornamenta, & appendices honorabantur, & licet essent coram Deo, vel iuxta Deum in propitiatorio, dicerentúrque dij, sicut & illi, quorum erant imagines, minimè tamen

Deut 32.16. 17

a lib. 5. c. 15.

Dij alieni, qui dicãtur.

b De quo in cap. præce.

c Leuit 10. 1. 6. 1 Num. 26. 61

d Antiq. lib. 3. cap. 9.

pro vero Deo, qui verus & solus est Deus habebantur: nec coram illis præcisè fiebat prostratio vel adoratio, sed coram Deo, qui ibi præsens erat.

In altero præcepti versiculo nomen *sculptile* generaliter accipitur pro quacúmque rei verè existentis imagine, præsertim sculpta, sub qua intelligitur ductilis, fusilis, tornatilis, &c. Specialiter tamen videtur Deus, hoc nomine significare voluisse Cherubim & Theraphim, quæ rerum existentium erant imagines, vt vidimus. Illas autem vt sibi quis faciat vetat Deus: non absolutè & simpliciter, quasi omnes prorsùs imagines hîc iure
B naturæ prohibantur, vt crassè nimis nugatur hæreticorum nostrorum stupiditas: sed *sibi*, id est, ad libitum ex propria inuentione, deuotione, affectu, motu, & arbitrio. Ne quis in idem labatur peccatum grauissimum, quo ipse Aaron cum Israëlitis inconsulto Dei oraculo Deum sibi fecerunt, id est, Iosephi Cherubum nō in forma vsitata & humana Cheruborum præcedentium, sed in turpissima forma vituli comedentis fœnum: & præterea multi ex illis Iosephi sculptile adorauerunt, supremo cultu, quod vel in legitimo sculptili nefas erat facere. Sic Moyses, non nisi Deo iubente ex se obscœnam & horribilem
C prorsùs serpentem æneum fecit imaginem, sed propter Christi cruci aliquando figendi mysterium tam Deo gratam, vt plusquam 230. annis prout eam prænoscens patriarcha Iacob felicem prædixerit, tribum filij sui Dan, ex qua illius artifex, nempe Goliab (qui cum Beseleel arcam cum Cherubis, totúmque tabernaculum fecerat[a]) nasciturus erat. De illo enim esse intelligenda videbimus illa verba iuxta Heb. *Erit Dan* Genitiu is est) *serpens in via*) qua Israëlitæ pergebant in terrā Chanaan) *cerastes in semita, mordens calcaneos equi* (id est, auferens venenum ex plagis mortiferis, super quas equitabat) *& cecidit equitans eum retrorsum.* Deinde istius mysterij contemplatione
D exultans spiritu exclamat: *Salutare tuum expectaui Domine.* Quascúmque igitur imagines homines simpliciter ac genuinè repręsentantes, vt Theraphim, vel symbolicas & mysticas, sed rerum verè existentium, vt serpentem æneum & Cherubos aureos, vetat Deus, vt homines sibi, id est, pro libito faciant, vt expositum est.

Dani benedictio de serpente aneo faciendo intelligitur.

a Exod 33. 34. 36. 1.

Addit præterea, *Non adorabis ea*, geniculando & prosternen-

Digitized by Google

do te coram illis, illáque inuocando. Vnde diximus veteres ad Dei mentem, non nisi stantes & ambulantes Theraphim in ambulacris contemplari fuisse solitos, illósque inculpatos, qui vel etiam stantes illis adolebant incensum. Addit præterea, *neque coles*; cultu nempe latriæ, vt omnes cum Septuaginta optimè interpretantur: nam sine peccato Iob, & alij viri sancti statuas & imagines sanctorum prædecessorum minio vngebant, vt vidimus. Proinde Iudæi non ex obligatione huius legis, sed ex deuotione cùm viderent idololatriam vndíque admodùm exuberantem, vt eam suo exemplo penitùs abolerent, posterioribus temporibus, vt ab omni specie idoli & violationis legis huius abessent, spontè sua vix vsi sunt imaginibus, & in templis numquam. Multi cùm ex rudioribus illas facilè pro numinibus coluissent: hoc autem periculum non erat in priuatis sapientioribus. Multo minùs nos Christiani, iam extra pædagogiam legis veteris, vt ait Damascenus [a] tam pinguis Mineruæ sumus, vt Caluinus [b] nos facit, vt arbitremur Gentilium ritu corporeum Deũ corporea in materia sculpi, aut effigiari. Sed eodem prorsus, id est, diuino spiritu, quo in Ecclesia ante & post legem imagines sanctorum fuerunt in Cherubim, nunc post Christum sanctarum imaginum vsum, tanquam salubrem retinet, & propugnat Ecclesia, dicens: *Qui venerandas imagines idola appellant anathema sunt* [c].

Iudæi vix vsi sũt imaginibus, cur & quando. B

a Orat. 1 de imag.
b Instit. l. 1. c. 11 n. 9. & in Act. c. 17. v. 29.
C
c Septima Synodus Act. 5. & 7.

Et hic huius secundæ ætatis res, cùm illius tantùm chronologici paradigmatis additione terminum accipiant.

D

Digitized by Google

Synopsis Chronologica secundæ ætatis mundi.

	Anni mundi.	NOE.	SEM, qui est MELCHISEDECH.	DILUVII.	CAINAN, qui est ARPHAXAD.	SALE.	HEBER.	PHALEG.	REU.	SARUG.	NACHOR.	THARE.	ABRAHAM.
†	1422	363											
a	1656	600	98										
b	1658	902	100	2	1								
c	1668	612	110	12	10								
d	1671	615	113	15	13								
e	1693	637	135	37	35	1							
f	1723	667	165	67	65	30	1						
g	1657	701	199	101	99	64	34	1					
h	1759	703	201	103	101	66	36	3					
i	1787	731	229	131	129	94	64	30	1				
k	1800	744	242	144	142	107	77	43	13				
l	1819	763	261	163	161	126	96	62	32	1			
m	1830	774	272	174	172	137	107	73	43	11			
n	1840	784	282	184	182	147	117	83	53	21			
o	1843	787	285	187	185	150	120	86	56	24			
p	1849	793	291	193	191	156	126	92	92	30	1		
q	1878	822	320	222	220	185	155	121	91	59	29	1	
r	1900	844	342	244	242	207	177	143	113	81	51	22	
ſ	1906	850	348	250	248	213	183	149	119	87	57	28	
t	1920	864	362	264	262	227	197	163	133	101	71	42	
v	1948	892	390	292	290	255	225	191	191	129	99	70	1
x	2006	950	448	350	348	313	283		219	187	157	128	58

Digitized by Google

† Moritur Iared, cui successit Noë in supremo Pontificatu. Cap. 1. A

a Contigit diluuium, quod vno anno completum est. Cap. 2.

b Nascitur Cainan, aliâs Ionathi, vel Ionithus dignitatis autem nomine Arphaxad. Cap. 2.

c Noë cum filijs, & Nepotibus ex monte Armeniæ ad loca plana descendens habitat in loco, qui dicitur Tamna. Cap. 2.

d Noë inebriatur, & euigilans benedicit filijs suis. Cap. 2.

e Nascitur Sale.

f Mittitur Arphaxad ex Tamna in Etham, nascitur Heber, & vt videtur, Nembrod, & Zoroastres, qui & Pontipius. Cap. 6. B

g Nascitur Phaleg: fitque à Noë, & filijs diuisio terræ, & gentium per totum mundum. Cap. 5.

h Circa hoc tempus vrbes Hebron, & Thanis ab Hebete ædificantur. Cap. 6.

i Nascitur Reu.

k Nepotes Noë in magna multitudine progredi incipiunt ex terra Orientali versùs terram Sennaar. Cap. 13.

l Nascitur Sarug. C

m Ciuitas Babel cœpit ædificari. Cap. 13.

n Nembrod incipit regnare in ea iuxta Ionithi consilium. Cap. 13.

o Tres viri artifices mittuntur ad Ionithum vt ædificent ei vrbem. Cap. 13.

p Nascitur Nachor pater Thare.

q Nascitur Thare pater Abraham.

r In vrbe noua Babel fit confusio linguarum vnde nomen habuit: & inde per totum mundum fit dispersio hominum, quorum lingua in Babel confusa fuerat. Cap. 14. D

s Moritur Nembrod, qui & Belus, cui Ninus filius succedit. Cap. 14.

t Circa hæc tempora incipit Ninus nationes sibi subigere. Cap. 14.

v Nascitur Abram.

x Moritur Noë.

Digitized by Google



IACOBI BOVLDVC

B ORDINIS CAPVCINORVM PRÆDICATORIS

DE ECCLESIA ANTE LEGEM


LIBER TERTIVS.

C

CAPVT PRIMVM.

De duplici vocatione Abraham, de multiplici eius ex terra Chanaan, ad visendum patrem in Haran regressione: de tempore, quo Isaac ductus est à patre, vt immolaretur: de initio Abrahæ facto circa duodecim filios Nachor, de legitimo verborum B. Stephani sensu, ex quibus deducitur, quo patris anno Abraham natus sit.

D



PTISSIME pro præsentis instituti ratione tertiæ mundi ætatis initium in quintum, & septuagesimum annum Patriarchæ Abrahæ cum Torniello distulimus: licet, vt ait Abulensis [a], *terminetur secunda ætas in Thara, cùm in natiuitate Abrahæ filij eius incipiat tertia ætas secũdum omnes.* Hæc est ergo, inquit Salianus [b] tertia mũndi ætas, &

a in Genes. c. 11. q. 29.
b An. mũdi 2039. n. 2.

quasi adolescentia, in qua radij clariores emicant diuinæ lucis, & cognitionis in orbe terrarum, & nominatim in familia Thare. Quo ipso tempore, vt homo virium corporis, ita & mundus hic potentiæ, & regnorum, quorum initia his temporibus auspicatur Eusebius in Chronico, incrementa cepit.

Abrahã quo patris anno natus.

Cum quo eodem Saliano, nec non R. Patre Henrico Haruillæo nostri ordinis, doctissimo viro in sua nuperrimè edita Isagoge Chronologica, aliísque non paucis expositoribus tenebam aliquando Abraham anno patris Thare centesimo, & trigesimo natum esse: idque ex eo potissimùm, quod ex Scri B ptura constet illum quinto & septuagesimo ætatis suæ anno Dei iussu exiisse de Haran, vt veniret in terram Chanaan: idque compleuisse videatur postquam mortuus est pater eius, qui non nisi anno suæ ætatis 205. mortuus est.

At re meliùs perspecta, iam ab illa resilio sententia, illísque me iungo antiquioribus, nec non perspicacissimis viris, qui Abrahæ chronologiam merito à Moyse distinctè, tanquam rem maximi ponderis, notatam fuisse tenent. Non enim repugnat, quòd dicitur 75. vitæ suæ anno exiisse de Haram in terram Chanaan, & postquam pater eius mortuus est, translatum C à Deo fuisse in Chanaanitidem, etiam si vnicam in Haran Dei vocationem vnicámque Abrahæ, inde profectionem agnosceremus. Nec tamen improbo duas ibidem à Deo factas Abrahæ vocationes, præter priorem factam in Chaldæa. Item cum Augustino, & aliis multis censeo fuisse duas eiusdem profectiones, seu egressiones ex Haran: quas, earúmque causas concinnè sic Tostatus exposuit: *Causa*, inquit, *duplicis exitus Abraham de Charran, & aduentus in Chanaan fuit, quia primum venit Abraham, cum patre suo in Charram, & mansit ibi diu, eratque tunc pater eius Thare verus Dei cultor: sed postea processu temporis deprauatus est, fortasse ex consortio filij sui Nachor, qui fuerat D idololatra in terra Chaldæorum, vt scribit Augustinus lib. 16. de Ciuitate Dei, cap. 14. Ne igitur Abraham peruerteretur propter prauam conuersationem idololatrarum, & propter alias causas, iussit eum Deus exire de Charran, & de domo patris sui, & venire in terram Chanaan: eratque tunc Abraham septuaginta quinque annorum, pater autem eius centum quadraginta quinque. Et tunc Abraham peregrinatus est in terra Chanaan sexaginta annis: sexagesimo autem*

anno,

Digitized by Google

A *anno, qui erat ætatis Abrahæ centesimus trigesimus quintus, mortuus est pater eius Thare. Tunc Abraham rediit in Charran partim vt sepulturæ patris operam suam nauaret, partim vt bona paterna, quæ sibi hæreditario iure obuenerant, possideret. Post hæc omnino ex Mesopotania profectus est in Chanaan animo nunquam illuc redeundi, & de hac vltima profectione loquutus est B. Stephanus.* Quàm autem idonea sit ista interpretatio mox apparebit. Interim, teneamus cum Pererio, Tostato sed & Augustino Abrahæ ex Haran profectionem cum 75. esset annorum, fuisse multis annis ante mortem Thare, sed eam à Moyse post mortem eius commemoratam fuisse per figuram recapitulationis, qua posteriùs B narrantur, quæ prius gesta fuerant. Hac figura etiam vsus est ipse Moyses [a] narrans priùs mortem Abrahæ, & post eam ortum Iacob & Esau, licet illam quindecim annis iste præcesserit. Ergo quia Moyses voluit, quæ ad historiam Thare pertinebant continenti narratione breuiter expedire: exinde autem ordiri historiam Abrahæ diligenter à se prætexendam: ideo priùs exposuit mortem Thare, deinde historiæ Abrahæ initium sumere à profectione eius ex Haran in terram Chanaan, quæ tamen multis annis Thare mortem antecessit.

a Gen. 25.

C Proinde statuendum, duas præcipuas fuisse Dei factas Abrahæ vocationes, quarum prima facta est in Vr Chaldæorum, altera in Haran: De prima dicitur, *Exi de terra tua, & de cognatione tua*[b]: de secunda dicitur, *Exi de domo patris tui*: de prima B. Stephanus ita loquitur: *Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cùm esset in Mesopotamia*, (hoc est, in Chaldæa, vt mox ipse declarat, & nomen Mesopotamiæ, latè sumptum includit Chaldæam) *& dixit ad illum: Exi de terra tua*, id est, Chaldæa, *& de cognatione tua*, propriè natione tua, nempe Chaldæorum, quæ tota tunc infecta erat idololatria, tempore Nini Regis.

Prima Abrahæ vocatio.

b Act. 7.

D Moyses aûtem, qui in præcedenti capite de ista prima vocatione locutus fuerat, volens agere de secunda, in qua sola dictum est, *Exi de domo patris tui*, istud cum aliis primæ vocationis verbis ita coniungit: *Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* Nam si in prima vocatione, de qua priùs egerat, dixisset Deus, *Exi de domo patris tui*, malè prorsùs fecisset Abraham egrediendo de Chaldæa cum patre suo, & nepote

suo Lot, & (quod vero simile est) cum Nachore, ac tota familia, vt volunt Iosephus[a], & B. Chrysostomus[b]. Esset enim hoc ducere secum domum patris sui, atque in illa manere, non ex ea egredi. At, non nisi ex Dei præcepto Thare, & Abraham venerunt ex Vr in Haran, vt patet ex verbis Achior[c], *Deus præcepit eis*, vtique Abrahæ & patri eius, *vt exirent inde* ex terra Chaldæorum, *& habitarent in Charan.* Loquitur in plurali numero non de solo Abraham, sed tanquam de tota Thare familia, si bene attendatur. Vnde colligitur, verba Moysis, vt cum B. Stephani verbis conueniant, sic esse disiungenda, ac pro prima Abrahæ in Chaldæa vocatione intelligēda, & disponēda: *Dixit autem Dominus ad Abrā, egredere de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quā monstrabo tibi. Tulit itaque Thare Abram filiū suum*[d], & quæ sequūtur vsque ad finem capitis vndecimi: vnde quidā rectè putant legendum esse *dixerat*, pro *dixit*. Quod euidentiùs apparebit, si præponantur verba Achior[e], hoc pacto: *Deus præcepit eis, vt exirent inde, & habitarent in Charan: tulit itaque Thare Abram filium suum*, &c. *& eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan, venerúntque vsque ad Haram & habitauerunt ibi.* Hæc igitur est prima vocatio facta in Vr Chaldæorum, & sola egressio ex terra seu regione, & ex cognatione seu natione, vel generaliter totius Chaldaicæ gentis, vel specialiter ex societate Magorum, quorum institutum profitebatur Abraham, à quorum contubernio superstitionibus tunc infecto vult Deus seruum suum penitùs abstrahere.

a Ant. lib. 1. cap 6.
b Hom. 31. in Gen
c Iudith. 5. 9.
d Gen. 11. & 12.
e Iudith. 5. 9

B

C

Secunda vocatio.

Secunda vocatio facta est Abrahæ cum habitaret in Haran, ad quam Nachor frater Abraham vel simul cum Thare, vel paulò post cùm venerat ex Chaldæa. Nempe, ne Abram vel etiam fratris contaminaretur consortio (vt aiebat Tostatus) iterum Deus præcepit ei dicens: *Exi de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi. Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus* (nota *ei*, & non *eis*) *& iuit cum eo Lot. Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran. Tulit itaque Sarai vxorem suam, & Lot filium fratris sui*, &c. D

Quæ verba eo quòd post mortem Thare à Moyse recitantur olim ego cum prædictis R. R. Patribus optimè me deducere putabam Abraham natum esse non anno patris Thare 70. vt dixerat Moyses f, sed anno, 130. vt ritè colligitur, si

f Gen. 11. 26

Digitized by Google

A Abram non nisi post mortem patris exiuit de Haran, vt iret in terram Chanaan. Quod confirmari videtur ex his B. Stephani verbis; quæ eiusdem nuper citata sequuntur: *Tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charan. Et inde* (ex Charan) *postquam mortuus est pater eius transtulit* (Græcè μετῴκησεν quod Augustinus vertit, collocauit, id est colonum, & habitatorem fecit) *illum in terram istam* (Chanaan) *in qua nunc vos habitatis.* At non bene capiebam ista verba, quorum legitimus sensus est. Quod Abram, qui habitator erat vrbis Haran, quando inde exiit, vt veniret in Chanaam, colonus quidem, & habitator B istius terræ Chanaan aliquando à Deo factus est; sed non nisi post mortem patris sui. Interim, id est, à tempore, quo ex Haran cœpit exire vsque ad mortem patris, *non dedit illi* (pergit Stephanus) *hæreditatem in ea, nec passum pedis* (vt sit idem habere passum pedis, ac habere hæreditatem in aliena regione: alludit enim ad antiquissimum, & naturalem iuridicum actum in acquirenda possessione, quem vocant *pedum positionem* [a], de qua nos alibi [b]) *sed repromisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum, cùm non haberet filium.* Quasi dicat: Ab eo tempore, quo Abram exiuit de Haran vt habitaret in Chanaan, & C quandiu in ea peregrinatus est, licet ibi nonnullas, vel etiam firmas mansiones habuerit, nullas tamen possedit iure hæreditario nisi post natum ex lumbis suis hæredem. Sed ibi in fide promissionis sibi de ea facta, ac si iam esset possessor, habitabat. Et hoc prorsus est, quod ait Apostolus [c], *Abraham fide demoratus est in terra promissionis tanquam in aliena in casulis habitando cum Isaac & Iacob, cohæredibus promissionis eiusdem.* Postquam autem habuit filium, seu hæredem; & præsertim post mortem patris Thare (circa quod tempus adhuc ipse Abraham loquens Hebronitis ciuibus, se aduenam inter eos vocat [d]) firD mam deinceps ac hæreditario iure stabilem ibi à Deo accepit possessionem.

Resilit author à sua de tempore natiuitatis Abrahæ sententia.

Quo sensu dicitur Abrahæ nec passũ pedis fuisse datum.

a lib. 1. ff. de adquir. vel omitt poss.
b In Iob. c. 1. v. 7.
c Heb. 11. 9.
d Gen. 23. 4.

Pro cuius expositione notandum, quod ex diuersis opinionibus de tempore quo Abraham admirabilem Deo exhibuit obedientiam, vsque ad mortem dilectissimo vnicoque promissionis filio inferendam, & filius patri tam horribili tamque inusitato sacrificio sese religiosissima deuotione obtulit, illa mihi congruissima videtur, quam habet Chronicum

Digitized by Google

Quo tempore Isaac ductus est à patre vt immolaretur. Alexandrinorum, Isaac tunc fuisse 35. annorum, maxime, si verum, vt simile vero, est quod produnt Hebræi, dictam Isaaci oblationem in primo die septimi mensis (id est, Septembris) contigisse, quo die institutum à Moyse est festum tubarum: quas dicunt fuisse corneas in memoriam liberati Isaac à sacrificio, & immolati pro eo arietis, qui cornibus vepreto hæserat implicatus. Si inquam, sic ita se habent, optimè fluit ordo narrationis Moysis, qui statim post hanc de Isaac oblato historiam ponit nuncium ab Abrahamo acceptum de duodecim filijs à Nachore genitis: deinde refert mortem & sepulturam matris Saræ. A B

De quo nuntio nunc tractare iuuat, ob id quod Torniellus, Salianus, & alij, qui volunt Abrahamum, non nisi post mortem patris Thare ex Haran venisse in terram Chanaan cùm esset annorum 75. & proinde natũ esse anno patris 130. firmissimum inde ducunt argumentum. Nam si Abraham viuo patre discesserat (ait Salianus [a]) quomodo illum totis quinquaginta annis (iuxta quod hoc nuntium statim post Isaaci oblationem anno vitæ eius 25 putat euenisse) non inuisebat? Illum, inquam qui pater erat, qui spirituali eius auxilio vehementer egebat, qui eius vnius amore patriam grandæuus reliquerat, & longinquam transmigrationem susceperat? Si inuisebat, quomodo octo filios ex Melcha, quatuor ex Rhemna nepotes suos fratri suo ibidem genitos ignorabat, vt nunc illi tanquam noua, & ignota nuncientur? *His ita gestis* (præparato nempe Isaac, & à morte seruato) *nunciatum est Abrahæ* (ait Moyses) *quod Melcha quoque genuisset filios Nachori fratri suo.* Imò (Pater mi doctissime) nefas est de tali filio quod tandiu non inuiserit patrem, quam tantopere honorabat, cogitare, nec noua vel ignota, vt censes, nuntiantur ei. Istius, inquam, nuncij delator non venit è longinquo, nempe ex Haram, sed domesticus est, & prudens rei tam tritæ, vt attentiùs ponderetur, monitor fidelisque consiliarius, vt ex Hebræo præ se fert phrasis ista, *Ecce peperit Milchah etiam ipsa filios Nachor fratri suo,* &c. Ita vt verbum הִגִּד *Higgid* in hoc loco (vt sæpe alibi [b]) non tam distantia vel ignota nuntiare, ac è longinquo nota facere, quàm iam trita apertiùs declarare, & quæ minus attentè considerantur iudicare. C D

[a] ann. mun. 2164. n. 2.

Tornielli, & Saliani argumẽtis respondetur.

[b] Gen. 3 11. 31. 20. Iudic. 16 18. Psal. 96. 6. & alibi.

Digitized by Google

A Sed quonam hoc sensu, dices? Nimirum, cùm nuper, prima die septimi mensis anni à natiuitate Isaac trigesimi quinti, ipse mirabiliter à morte fuisset præseruatus, indéque tam mirando modo omnibus patesceret Deum in illo semen Abrahæ, etiam in bonis temporalibus amplissimè prosperare velle, tempúsque adesse, vt hæreditas eius, tam in Mesopotamia, quàm in terra Chanaan, iuxta Dei promissionem firmaretur ac stabiliretur, amici & familiares Abrahæ, præsertímque Sara, iam morti proximá & senior domus Abrahæ senescentis seruus vtilia dant ei monita & hortantur, vt attendat atque in me-

Verba nuntij ad Abraham exponuntur.

B moriam reuocet appropinquare tempus mortis Thare, quippe qui tunc vltimum vitæ suæ nempe 205. ducebat annum (& fortasse eum ægrotare audierat) ideò antequam vltimum diem claudat esse prouidendum, ne Nechor (qui duodecim filios habebat, & licet vnius vrbis conditor [a], ac dominus ditissimus esset, tamen iniquus erat & infidelis, & præterea iuxta patrem Thare staret iugiter) ad se suósque cuncta patris bona transferret ac deflecteret, & sic Isaac, ni citò prouideatur, paterna eius frustraretur hæreditate.

a Gen. 14. 10.

Quod quidem consilium Abraham apprehendens ac ponde-
C rans, relicto Isaac & matre eius in Bersabee, iter arripuit versùs Haran, vbi patrem ægrotantem inuenit, cui assistit vsque ad mortem, quæ contigit in fine anni 35. vitæ Isaac. Mortuo autem Thare expletóque magno de more planctu septuaginta diebus [b], & post factam bonorum paternorum, cum fratre Nachore portionem (vt dicebat Tostatus) sub anni sequentis, id est, trigesimi sexti, finem ad suos regressus est in terram Chanaan ad locum Bersabee. Ex quo paulò post egressus, habitauit in Hebron: vbi Sara in fine anni 37. Isaac vita functa est, *Vixit autem Sara centum viginti septem annis, & mortua est in ciuitate Arbec, quæ est Hebron*, ait Moyses. Sic congruè & appo-
D sitè putamus intelligendum quod Moyses (vt in toto libro Genesis) in huius ad Abraham nuncij narratione iusto concisiùs exposuit. Manet igitur firma & inconcussa priscorum expositorum sententia, quòd Abraham natus sit anno patris sui 70. & cùm ipse 75. esset annorum, relicta domo patris adhuc viuentis, & annum 145. agentis ex Haran egressus sit in terram Chanaan: & postquam pater eius mortuus est, inde, id est, ex

b Gen. 50. 4.

Gen. 23. 2.

Digitized by Google

 A

colonia Mesopotamiana factus sit colonus terræ Chanaan, vt dicere voluit B. Stephanus.

Quid si etiam statim post mortem Thare, facta pompa funebri, & diuisa cum fratre Nachor patris hæreditate, Deus propter hunc virum impium & idololatram, iterum Abrahæ præceperit, vt quamprimùm Saram, & dilectum filium Isaac reuerteretur, vel etiam his verbis, *Exi de domo patris tui?* Certè, id suadent verba quæ Abraham dixit seruo suo Eliezer quinto post anno, quando misit illum in Haran ad quærendam vxorem filio suo Isaac [a]: *Caue nequando reducas* (id est, iterum ducas) *filium meum illuc.* B Quibus verbis sanè indicat Abraham Isaacum aliquando inuisisse auum Thare in Haran, vtique cum patre Abraham, qui amantissimum & ex miraculo natum filium patri voluit ostentare, vt etiam ex hoc appareat Abrahamum pluries ex terra Chanaan patrem inuisisse. Quòd enim dicere prosequitur Abraham, *Dominus Deus cœli, qui tulit me de domo patris mei mittet Angelum suum*, &c. non videtur respicere ad secundam Dei vocationem quæ à tanto tempore, id est, ab annis 65. ei facta fuerat: sed ad aliam recentiorem. Quæ omnia licet Moyses breuissimè suo more perstringat: ordo tamen rerum & chronologia, locorúmque concordia, necnon meliorum authorum sententia, ita esse prorsus exigunt. C Ex quibus colligitur (vt iam diximus) Abraham natum fuisse, anno patris, non 130. vt antea putauimus, sed 70. vt manifestè, & ex industria dixit, expressítque Moyses rei grauitate motus.

Abrahã quo patris anno natus.

[a] Gen. 24. 6.

Proinde consultè admodum, ac meritò multi cum Abulense putant, Abraham à primo eius de Haran exitu, vt habitaret in terra Chanaan, vsque ad mortem patris, hoc est 60. annorum spatio aliquoties eum reuisisse in Haran. Quod prorsus de tam bono filio credendum est: licet Moyses (qui egregiora eius facinora in terra promissionis, peregrinationes, & genealogiam, vel etiam iusto concisiùs deducere intẽdebat) D istud velut rem à suis Israëlitis optime notatam, & à posteris minimè dubitandam, ac neutris necessariam, vt & alia minutiora explicare neglexerat. Ego tamen, id tribus saltem vicibus fecisse rationabiliter crediderim. Primò quidem, anno circiter sexto ab eius ex Haran exitu, postquam longiùs à patre, quem valdè diligebat & reuerebatur, vltra terræ Chanaan terminos

Abrahã ter ex terra Chanaã redit in Harã ad visendũ patrem.

Digitized by Google

A in Ægyptum vsque perrexit, cùm ibi moratus per quadriennium *ad loca Syriæ iterùm rediit*, vt de eo scribit Artapannus, qui cùm sic generaliter loquitur violentæ coniecturæ locum præbet, inter illa Mesopotamiæ confinia esse numeranda, & præsertim vrbem Haran, in qua Thare habitabat: cui de sua tam longa, ac diutina peregrinatione bonus filius, pro sua erga parentem dilectione, & reuerentia rationem reddere, & de tabernaculis quæ fixerat, déque animabus, quas in terra Chanaan, & Ægypto genuerat in Domino, ei congratulari volebat. Secundò, cùm & natiuitatem & ablactationem filij pro-
B missionis Isaac grandi conuiuio, ac multiplici lætitia cum amicis Hethæis in terra suæ peregrinationis celebrasset: tantùm sibi à Deo, præter spem datam in filio, donum patri Thare non ostendere nefas arbitratus eum secum, & matre eius duxit in Haran, ibique per aliquot menses moratus, regressus est in Hebron: quod anno Isaaci quinto vel sexto, id est, paulò post ablactationem contigisse credere fas est: Tertiò inuisit patrem morti proximum, vt etiam cum fratre Nachore paternam hæreditatem diuideret, vt post Tostatum, imo Augustinum paulò ante exposuimus, & ex scriptura deduximus. Præter quas *Duplex eius exitus ex Harā in terram Chanaan.*
C tres ex terra Chanaan in Haran, regressiones Abrahæ ad visendum patrem aliam semper meditati sumus, & ex textu Genesis deduci posse putauimus, quæ facta ab eo est ante tempus incolatus eius, seu mansionis in terra Chanaan, & fortasse ante annum vitæ eius 75. nempe aliquandiu postquam habitauit in Haran: quæ ex textu Genesis colligi posse videtur. Siquidem, cùm in Haran, vt diximus, tale Deus Abrahamo reiterasset mandatum, *Exi de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi* [a], & Thare ægrè admodum vlteriùs pergeret in terram Chanaan, sed & Abrahæ progressum aliquatenus retardaret. a Gen. 12. 1.

D Sic Deo voluit obedire, vt patris importunitati etiam aliquatenus indulgeret, ideò terram sibi à Deo monstrandam explorare statuit. Vnde assumpto Loth filio fratris sui Aran pro comite itineris, & pro altero de hac re competenti iudice, qui etiam illius regionis particeps erat futurus, & fortasse vt cum eo tanquam oculato teste, etiam patrem Thare tantopere renitentem melius induceret, vt relicta etiam Mesopotamia citò

Digitized by Google


ſecum veniret in Chanaan, iuxta diuinum quod vehementiùs eum vrgebat mandatum. Et hoc puto ſignificari his ſubſequentibus conciſiſque verbis, *Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat ei Dominus* (nempe prædictis verbis) *& iuit cum eo Loth*. Et ſtatim additur: *Septuaginta quinque annorum erat Abram cùm egrederetur de Haran: tulitque Sarai vxorem ſuam & Loth filium fratris ſui, vniuerſámque ſubſtantiam quam poſſederant, & animas quas fecerant in Haran.* Quæ vltima verba multipliciter commendant, celebrémque reddunt iſtum Abrahæ exitum ex Haran, ad habitandum in terra Chanaan, & diſtingunt ab eo B quem priùs cum nepote Loth fecerat ad luſtrandam eam. Primò ab ætate; quaſi in illo priori exitu neceſſe non fuerit Abrahæ ætatem exprimere, quòd omnino fuit in poſteriori, quia ab illo 400. anni eius, & ſeminis in terra aliena incolatus ſumebant initium. Secundò, prior egreſſus (luſtrationis dixerim) impropriè dicitur egreſſus, eo quod mox Abraham regreſſurus erat, vt adhuc moraretur in Haran: de poſteriori verò optimè dicitur, *Septuaginta quinque annorum erat Abram cùm egrederetur de Haran*, quia deinceps regreſſurus non erat ad habitandum in Haran. Tertiò, prior egreſſus nullum importat inſignem apparatum, ſed ſimplicem cum vnico comite & coexploratore progreſſum: non enim dicitur, ſicut in poſteriori, C *Erat cum eo Loth filius fratris ſui*; ſed tantùm, *& iuit cum eo Loth*: poſterior verò cõmendatur à magnifico apparatu, quem verba ſonant, & à perſonis illum comitantibus, vxore, videlicet, quæ materfamilias cum marito perpetuò habitare debebat, ſubſtantia, quam poſſederant in Haran, quæ ad locum noui incolatus erat aſportanda, & præſertim ab illis animabus, ſeu perſonis, quas in Domino fecerant, id eſt, genuerant in Haran, vt per illas in noui incolatus regione pro ſui inſtituti ratione, alios docerent pietatem, vt videbimus. Ex quibus conijcitur, duos fuiſſe Abrahami ex vrbe Haran exitus, vnus luſtrationis, id eſt, ad luſtrandam terram Chanaan, de quo iſta verba, D *Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Loth*: alter & poſterior, incolatus, id eſt, vt eſſet accola in terra Chanaan, de quo dicitur, *Septuaginta quinque annorum erat Abram cùm egrederetur de Haran*, &c. Quiquidem duo

Digitized by Google

A duo egreſſus ſi diſtincti non eſſent, ſuperuacanea prorſus eſſet, & hiulca illa tam ptoxima de Loth repetitio.

CAPVT II.

Cur Abram ex Chaldæa miſſus ſit à Deo in terram Chanaan. Quæ ſunt illæ animæ, quas fecit in Haran. An regnauerit in Damaſco. De tabernaculis ab eo erectis in
B *Chanaanitide. De peregrinatione eius in Aegypto. Quandiu ibi manſerit: quid ibi fecerit: & de eius inde regreſſu.*



ED ad quid Deus tantopere vrgebat exitum Abrahæ tam ex Chaldæa, quàm ex Meſopotamia, & progreſſum in terram Chanaã? Nimirum, quia cùm de inſtituto Magorum eſſet (ſicut aſtrorum peritum, Deíque cognitionem ex ea ſcientia habuiſſe monet Gregor. Nyſſe-
C nus [a]) id eſt, ex ſocietate filiorum Dei, qui & *filij Heber* appellantur in Geneſi [b], nam Heber præerat illis in terra Chanaan, tantæque ſapientiæ, ſanctitatis, & erga verum Dei cultum amoris, vt cùm adhuc eſſet in Chaldæa non ſolùm patrem ab idololatria cum aliis multis ad veram religionem ſua pietate & doctrina reuocaſſet, ſed etiam, vt multi tenent, ab igne, in quem pro Dei cauſa protegenda immiſſus, illæſus exiuiſſet, animáſque multas Deo lucratus fuiſſet, vt mox videbimus: mittit eum Deus in Chanaan, vt per eum cultus idolorum, iam in duas Chaldææ & Meſopotamiæ dictas prouincias graſſans vi-
D rus impediretur, ne videlicet, ſuam (quam præ cæteris diligebat) Chanaan interficeret regionem. Et præterea vt ſummus Pontifex Melchiſedech, ſicut in Hebere, pro Eccleſiaſticis, & prophetis, ita in Abrahamo pro ſæcularibus & laicis eximium veræ religionis haberet conſeruatorem ac promotorem. Quod ex multis coniicere licet.

Secundum exitũ Abrahæ cur Deus tantopere vrgeat.

a Gregor. Thaumaturgus.
b cap 10.21

Et primò, ex eo quod nuper dictum eſt, illum ſecum duxiſſe

Digitized by Google

animas quas fecerant in Haran. Quibus verbis Moyses circunloquitur officium pastorum, patrúmque spiritualium, quorũ est animas facere, seu catechizando formare, sicut patres carnales genuerant corpora filiorum. Quo sensu idem Moyses de Deo dixisse videtur, *Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit*, id est instruxit) *& creauit te*[a]? Proinde per animas non intelliguntur liberi quos Abraham & Loth ibi genuerant, cum ille multos adhuc annos liberis caruerit: & probabilius sit istius filias natas postea fuisse in terra Sodomorum: præsertim cùm Moyses de progenie Loth nihil dicat hoc loco, eam alioquin, vt apparet, non omissurus. Et proinde multis placet Onchelі[b] sententia intelligi personas, quas subiecerant legi. Nam, vt ibi interpres ait, Hebræi tradunt Abrahamum viros; Saram verò mulieres in vero Dei cultu instituisse, atque ita eas in Domino procreasse. Quo sensu non solùm Paulus[c] se multos in Christo genuisse filios ait: & discipuli prophetarum filij eorum appellantur[d]: sed etiam prophetissæ, vt Maria soror Moysis, & Debora aliæque mulieres pastores & matres populorum dicebantur, vt vidimus[e]. Quibus subscribit Abulensis, existimátque probabile, eos, quos in eo loco ad veri Dei cognitionem, cultúmque adduxerant, cum abeuntibus esse profectos in terram Chanaan, vt magis ab eis erudirentur. Eadem habet Pererius.

a Deut 32.6

Abraham in vero Dei cultu viros, vt Sara mulieres instituebat.

b in Paraph. Chald.

c 1 Cor 4. 14

d 4 Reg 2 3

e lib. 2. c. 1.

Consultè & sapienter doctissimi viri: qui si de filiis Dei Enoscæis, Cinæis, Cenezçis & Hebræis arcanum, quod antea amplè deduximus, comperissent, proculdubio addidissent, istos fuisse Abrahami & Saræ (qui tam in ciuitate Haran, quàm in Chaldæa Magi vocabantur) hoc est illius sodalitatis nuper in Domino genitos filios, seu nouitios & initiatos, quos adhuc in pietate tenellos, multis aliis fortioribus ibi pro aliorum ædificatione relictis, secum adducere operæ duxerunt pretium. Quod planè confirmatur ex multitudine *vernaculorum*[f], sed propriè *nouitiorum*, per quos Abraham persecutus est percussítque quatuor illos reges, qui fratrem suum Loth cum illius substantia, & multos alios ex Sodoma captiuos duxerant.

f Gen 14.14.

Missus est in Chanaan vt viã præcluderet idololatriæ.

Secundò, quod Abraham à Deo missus sit in Chanaan, vt fideles in fide conseruaret, idololatriæ viam præcluderet, ad deuotionem omnes accenderet, & per eum plures in messem ani-

Digitized by Google

A marum idonei mittentur operarij, manifestè sic declarat Chrysostomus[a], *Dispensabat Dominus, vt non solùm Palæstinam incolentibus esset doctor, sed & ijs qui in Aegypto erant, & lux virtutis eius manifestaretur omnibus: quasi enim luminare quoddam eum, qui in Chaldæorum delituerat terra, illinc euocarat, vt eos qui in tenebris errorum sedebant, ad veritatis viam introduceret.* Quod etiam optimè colligitur ex modo, quem seruat, tam in progressu, quàm in egressu in terram Chanaan cum dictis animabus, quas fecerat in Haran. Ex qua pergens ad Sichem rectissima via, & transiens per Damascum, adeo vt tentum filum, ait Salianus[b], ab vno locorum illorum ad alterum ad portas Damasci pertranseat, satis in hoc ad Dei exequenda mandata suam diligentiam ostendit ac fidelitatem, de qua ab Apostolo[c] commendatur, sed & pietatem, cùm ferè in omnibus locis & vrbibus, per quas illi transire contigit, suæ professionis instituat sodalitia.

a Hom. 32. in Genesin.

B

b An. mũdi 2114 n. 10.

c Gal. 3. 9.

Scribit Iosephus[d] ex Nicolao Damasceno, Abrahamum cum exercitu è regione supra Babylonem sita venisse Damascum, ibique regnasse, nec ita multò post inde cum suo populo migrasse, & sedem in terram tunc Chananæam, nunc verò Iudæam nominatam, transtulisse. Quæ omnia nullus enarratorum non admittit, excepto regno, quod angustia temporis rerum agendarum, & præsertim ad longè alia vocantis, vrgentísque Dei voluntas minimè patitur.

d Antiq. l. 1. c. 8.

C

Ego sanè & ibi regnasse non dubito: eodem prorsus sensu quo postea æquiualenter, *& dominus & princeps Dei*, id est, sacrorum Rex erat, dicíque solebat apud Hethæos[e]: vel quo Sem, etiam circa Damascum ante eum regnasse nuper vidimus[f]: nempe, Regis sacrorum per dies aliquot fuisse munere functum, quod etiam in aliis locis exerciturus erat per sacrificiorum oblationes, publicas orationes, nominísque Dei cum suorum assectarum, seu discipulorum exercitu, sacráque militia per aliquod tempus in deuotis, quæ ibi fixit, tabernaculis, cum tanta omnium ædificatione: vt deinde ille locus, seu vicus iuxta Damascum, in quo fixerat tabernaculum, vocatus sit *Abrahæ domicilium*, vt ait idem apud Iosephum Damascenus.

e Gen. 23. 6.

f lib. 2. c. 19.

D

In quo sensu verissimum est, quod ait Iustinus[g], *Damascum quendam regnasse Damasci, indéque Abrahamum, Moysen, Israëlem.* Ibi enim eodem modo postea Moyses & Israël, per legis diui-

g lib. 36. *Regnasse in Damasco, quo sensu verum est.*

Digitized by Google

næ, sacríque cultus regnarunt obseruantiam, quo priùs Pater eorũ Abraham regnauerat. Quid si Damascus ille fũdator aut Rex vrbis Damasci, cũ in sua vrbe pia Abrahæ vidisset exercitia, illius exemplo, relicta cognatione sua, sequi eum voluerit, secúmque manere in terra Chanaan? Quem, pro sua morum grauitate, & rerum experientia, Abraham, dum in Ægypto, & alibi peregrinaretur, procuratorem domus suæ constituerit, suásque vices gerentem, in omnibus tabernaculis, quem bonorum suorum reliquisset successorem & hæredem, si sine liberis

Eliezer rex Damasci relicto regno secutus est Abraham. mortuus fuisset? De quo ita loquitur Abraham: *Domine Deus* B *quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis, & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer vernaculus meus* (Heb. filius domus meæ, quasi dicat, quem in domo seu familia mea genui in Domino, id enim valet nomen Hebræum) *hæres meus erit. Statímque sermo Domini factus est ad eum dicens: Non erit hic hæres tuus,*

a Gen. 15.2. *sed qui egredietur de vtero tuo ipsum habebis hæredem* [a]. Quasi dicat: Non Damascus ille Eliezer, quem spiritualiter genuisti, sed alius qui de lumbis tuis egressurus est, erit hæres tuus.

Non alio modo intelligenda sunt quæ sacer textus suggerit de Abrahæ ad alia loca progressu. *Pertransiuit Abram terram,* C *vsque ad locum Sichem* (quæ postea Leuitarum fuit, vt de multis aliis vrbibus quas prioribus sæculis sancti prophetæ

b lib.1.c.10. incoluerunt, notauimus [b]) *vsque ad conuallem illustrem.* Quæ verba si denotant quasi terminum totius motus Abrahæ per

c in hūc locum n. 61. terram Chanaan, vt vult Pererius [c], iam paucis verbis Moyses totum Abrahæ per illam peregrinationis tractatum comprehenderet, quæ cœpit in Sichem, & terminata est in Hebron, quæ est in fine vallis illustris; aut, quod magis arridet, principium vrbis intelligeret, quod est inter duos montes

d 1. Paral. 7. n. 7. Gelboë, & Hermon, vt vult Borchardus [d], in quo loco, vt potè, in vno illorum montium primò à Deo ostensa fuerit Abrahæ terra Chanaan. Quod si verum vt simile vero est: longiùs à D Sichem quàm vsque nunc creditum est, distat iste primæ stationis Abrahæ locus. Verè autẽ illustris dici potest, erat enim vallis Sauæ, quæ & vallis Regis, & vallis Raphaim dicebatur, & tũ *zuzim*, id est, illustrium virorum sanctorúmque prophetarum erat habitatio. Ad quod sanè videtur respexisse terræ Chanaan gnarus, & doctissimus in lingua sancta Hieronymus,

Digitized by Google

A cùm ita transtulit. Alioquin quod Hebraicè est Elon moreh, id est, *querens monstratoris*, quercetum potiùs subindicat in monte plantatum, ex quo loco Deus terram Abrahæ promissam ei primò monstrauerit, vnde nomen acceperit; vt posteritati magna Dei fidelitas non solùm re ipsa tradendo terram quod promiserat, patesceret: sed etiam in eo, quòd se eam illi monstraturũ promiserat dicẽs, *Veni in terram quam monstrauero tibi*, &c.[a] *Chananæus autem tunc erat in terra* (nempe; coram qua gente non timet homo peregrinus, viator, & extraneus illa facere, quæ sequuntur, vt diuinis mandatis obtemperet) *apparuit autem*
B *Dominus Abram, & dixit ei: semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei*[b]. Nimirum, cùm iam ferè in medio regionis est, nomine posterorum suorum illam acceptat, vt iam ideo, & propter sibi factam terræ ostensionem, erigat altare. Quod sanè non deserit: sed quibusdam ex suis ibi relictis, non ad possidẽdam terram, sed ad Deo seruiendum, diuinísque laudibus ac ministeriis vacandum, more Raphaim iam ibi habitantium, *inuocat nomen Domini*.

a Gen 12. 1.

b Gen. 12 7.

Abraham vltra Sichẽ progrediens altare ibi primò erectũ non deserit.

5 Postquam autem per aliquot dies ibi mansit cum vxore sua, pergit vlteriùs, semper sequendo tractum Elon Moreh, seu vallis illustris versus Iordanem ad quendem montem, qui erat
C inter Bethel, & Hai de tribu Benjamin, non longè à Galgalis. *Hæc enim* (ait optimè Masius[c]) *tribus circiter leucis à fonte Elisæi posita est versus septentrionem in occidua parte montis, quem Quarentenam nunc vulgus nominat*. Iste mons vnus ex illis esse videtur, qui *erant è regione Galgalorum apud Elon Moreh*, vt iuxta Hebr. legitur in Deuteronomio[d]. Proinde non est illa Bethel, quæ olim dicebatur Luza prope Sichem: multò enim longiùs iam progressus est Abraham, paulatimque progreditur, vt in Bethel Galgalina, aliísque locis sacra suæ sodalitatis erigat tabernacula, in quibus inuocetur nomen Domini iuxta ritũ pri-
D mò ab Enos institutum, & tunc seruatum ab Hebræis & Magis, qui hunc ritum à Cinæis per Noë didicerant post diluuium. Quemadmodum enim de Cinæis legimus, *Cognationes quoque* (al. familiæ) *scribarum habitantium in Iabes, canentes atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi*, &c.[e] sic eiusdem professionis viri vocantur *morantes* seu habitantes *in tabernaculis*[f], in eodem vtique sensu, vt ex antea[g] dictis colligitur,

c in cap 7. Iosue. & S. Hier. de locis Hebr. & Adrichom.

d c.11.v.30.

Hebræorum institutum à Cinæis ortũ habet.

e 1.Paral.2. 54

f Iudic.8.11

g lib.1.c.10.

Digitized by Google

 A

Igitur Abraham, vir professione Magus, seu Cinæus, discipulos, quos ex Haran secum duxit huc, & illuc per diuersa, iuxta eorum institutum, distribuens tabernacula, omnia per quæ transit loca suis replet cœnobiis. Ibi, inquit Genebrardus [a], repleuit omnia sacellis, & altaribus, eam regionem quasi totam Deo dedicans. Ædificauit duo altaria [b], vnum inter Hai & Bethel, alterum prope Sichem: tertium prope Hebron [c]: quartum in Bersabee [d]: quintum in monte Moria [e], vbi postea templum.

a Chronol. anno mun. 1649.
b Gen. 12. 7. & 13.
c Gen. 15.
d Gen. 21.
e Gen. 22.

Sic, tanquam verus Cinæus (quorum institutum postea dictum est Rechabitarum) in hoc ædificandæ religionis principio *domum non ædificat, sementem non serit, vineas non plantat, nec habet*, seu possidet, *sed in tabernaculis habitat* [f], quod optimè notauit S. Stephanus [g]: *Et inde* (ex Charan) *postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis. Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis.* Nempe, vt iam diximus, in illo principio: alioquin promissio facta à Deo est Abrahæ non pro semine tantùm posterísque eius, verùm etiam pro ipso. *Omnem terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo* [h]. Similiter ait Ezechiel [i], *Vnus erat Abraham, & hæreditate possedit terram.* Et Deus loquens cum Isaac: *Tibi*, inquit, *& semini tuo dabo vniuersas regiones has* [l]. Nimirum, postquam Abraham suæ sodalitatis alumnos huc, & illuc sine vlla hæreditatis possessione in tabernaculis constituerit: & post mortem Thare patris, vt nuper dicebat B. Stephanus, & nos exposuimus, non in sensu Caietani [m], *quod ratione vel respectu tui dabo semini tuo terram hanc.* B C

f Ierem. 35. 7.
g Act. 7. 4. & 5.
h Gen. 13. 15.
i cap. 33. 24.
l Gen. 26. 4.
m in Genes. c. 13.

Præterea, quod Deus miserit Abraham in terram Chanaan, vt suo, suorumque exemplo, & doctrina imminens idololatriæ malum auerteret, & pietatem promoueret. Tertiò confirmatur ex eo, quod subdit Moyses, *perrexitque Abram* (diuino numine ductus) *vadens & vltra progrediens ad meridiē*, versus Ægyptum, D etiam ibi (credo) quædam figens tabernacula, vt alibi priùs fecerat. Et postquam spatio circiter duorum annorum duo saltem nuper erecta statuisset cœnobia; cùm, Deo ita disponente, *facta esset fames in terra* Chanaan, *& ipse descendisset in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi* [n] (eodem certè modo, quo cum tanto animarum lucro peregrinatus fuerat in Damasco, in Sichem, & in Bethel) *cum vxore sua* (quæ ibi etiam mulieres suo

n Gen. 12. 19.
Abrahā adit Ægyptum ob famem.

Digitized by Google

A more instrueret, & ideo, tãquam in hoc munere Abrahæ coadiutrix soror ab eo vocari potuit: de quo nomine antea [a].) *quam cum Rex Ægypti*, ait Iosephus [b], *intactam reddidisset Abrahæ, & ampla largitus esset munera, potestatem ei fecit congrediendi cum præstantissimo quoque Ægyptiorum: quo factum est, vt virtutis nomine in maximam apud illos existimationem veniret. Nam cum ea gens* (quam primò ab Hebere instructam fuisse vidimus [c]) *in diuersos ritus, & opiniones scinderetur, & mutuum contemptum atque insectationem infensis inter se animis agerent: collisos inter se eorum* B *de religione sermones, & à seipsis & vanissimos esse, nihilque prorsus veritatis continere demonstrauit. Ob has autem disputationes magno in pretio habitas, vt qui eximiam æquè intelligendi, atquè eloquendi dicendíque facultatem præ se ferret: & numerorum & astrorum scientiam* (quam in Chaldæa didicerat) *benignè eis impertiuit. Namque ante Abræ ad illos aduentum Ægyptij earum disciplinarum,* (non item religionis, quam ab Hebere didicerant, sed ab ea desciuerant) *planè rudes & ignari erant: quæ à Chaldæis* (per Abraham) *ad Ægyptios perlatæ, diu multúmque inibi floruerunt: postea verò ab Ægyptijs transuectæ sunt ad Græcos.* Sic ex Iosepho.

a lib. 2. c. 11.
b Ant lib. 1. cap. 9.
c lib 2. c. 7

C Quod tradidit etiam Eupolemus apud Eusebium, *Viuit autem,* inquit, *Abraham in Heliopoli* (quæ vel ipsa Tani erat, de qua superiùs [d], vel ab ea non distabat) *cum sacerdotibus, à quo Astrologiam sacerdotes didicerunt* (scilicet sanctissimus Dei, & seruus ei deuotissimus solam sacerdotes, quibus parum illa confert, docuerit Astrologiam) *qui tamen non inuenisse, sed ab Enoch* (quid si ab Enos?) *per successionem sibi* (cum aliis quæ religionis sunt) *traditam fatebatur.*

Verum Dei cultum ac pietatem docet Ægyptios.
d lib. 2. c 7.

Artapanus quoque, ibidem, ait, Abrahamum ad Pharetatem Ægyptiorum Regem migrasse, & Astrologiam illi tradi-D disse, ac post 20. annos in loca Syriæ (fortè vsque ad Haran, ad visendum patrem post aliquam moram in loco iuxta Bethel) rursus rediisse. Interim, *fuerunt ei oues & boues, & asini & serui, & familiæ & ancillæ* (& in his Agar Ægyptia (*& asinæ & cameli. Et ipsi Abram benefecit* (Pharao) *propter eam* [e] Saram. Et Chrysostom [f]: *Terribilis postea erat eis iustus, & propterea magnis officiis eum prosequi contendunt placantes ipsius Dominum propter ea, quæ in illum commiserant* (rapiendo vxorem eius) & mox. *Ma-*

e Gen. 12. 16.
f Hom. 32. in Genes.

Digitized by Google

gna cum claritate & gloria, locupletatúsque diuitijs redit iustus: & fit doctor per ea quæ contigerunt non solùm Ægyptiis, sed etiam omnibus, qui in itinere erant, & qui in Palæstina habitabant.

Ex quibus consequitur, primò, malè prorsus, ex his verbis. (Ecce coniux tua, accipe eam, & vade. *Præcepítque Pharao super Abram viris* (Hebr Enoscim) *& deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia quæ habebat*) à Pererio & aliis deduci Abram pro breui tempore mansisse in Ægypto. Siquidem Rex non dixit, *accipe eam & vade* in terram Chanaan, quod glossema violentissimum est, & additio non probanda. Imò, Rex B congruentiùs valde dixisset, Regredere in terram tuam, vel quid simile cum quadam excandescentia: sed dum dicit, Accipe eam & vade, simplicem indicat dimissionem, & tacitam exhortationem, vt deinceps cum vxore pacificè, prudentérque se gerat: sed & honorabilem comeatus virorum *deducentium eum & vxorem illius, & omnia quæ habebat*, non ad longinquam expulsionem, sed ad propinqua regrediendi facultatem importat, nempe, ad tabernaculum, vel, quodcúmque id fuerit, habitaculum, quod deinceps, diúque in illa regione habuisse inferunt illa verba, *fuerunt & oues, & boues, & asini, & serui, & familiæ, & ancillæ, & asinæ, & cameli.* Deinde, Quomodo Pharao tam citò, tamque longè à se dimitteret eum, quem pro inflicta iniuria, honorare proponit, vt volunt ista verba. *Et ipsi Abram benefecit* (vtique paulatim ac diuersimodè) *propter Saram*[a]? Item fames in terra Chanaan: cuius occasione mittebatur à Deo in Ægyptum non sinebat eum statim ex Ægypto reuerti, nec à Pharaone erga eum beneuolo ac munifico illuc remitti. Item, quod dicitur, Ægyptios bene vsos fuisse Abraham (id est, ab vnoquoque ei benefactum fuisse, vt valent Hebræa) propter vxorem, nec non *plagæ maximæ, quibus Dominus flagellauit Pharaonem, & domum eius* (fortasse sterilitatis, vt D multi putant) *propter Sarai vxorem Abram;* & instructio data ab eo Ægyptiis, vt valde rationabiliter asserebant Iosephus, Eupolemus & Artapanus; hæc, inquam omnia diutinam in Ægypto Abræ moram exigunt, non quidem 20. vt iste volebat, sed 3. aut 4. annorum spatium. Extunc autem cœpit Abram tam in sua persona, quàm in sua ibi relicta discipulorum familia, hoc est, in suo semine spirituali habitare in Ægypto iuxta Dei verbum;

a Gen. 12. 16.

Digitized by Google

bum, vt exponetur postea: postquam iam per biennium iubilauerat in terra aliena, hoc est in terra Chanaan in duobus ad minus tabernaculis seu cœnobijs à se erectis.

Nimirum volebat Deus, vt filiorum Dei habitacula institueret in terra Chanaan, antequam iret in Ægyptum. Vnde postea rediens per eadem transiuit hospitia, donec perueniret ad illud, ex quo erat inter Bethel & Hai: vt sicut inde *perrexerat Abram vadens, & vltra progrediens ad meridiem*[a], & vsque in Ægyptum: sic inde *ascendens ipse, & vxor eius, & omnia, quæ habebat, & Lot cum eo ad australem plagam, reuerteretur per iter, quo venerat à meridie in Bethel, vsque ad locum vbi priùs fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai*[a]. Ipsissima sunt verba Moysis, quibus constituit terminum, à quo peregrinationis Abram per terram Chanaan in tabernaculo, quod fixit inter Bethel & Hai, nec non progressus eius in Ægyptum: terminum autem à quo regressionis eius, in finibus terræ Chanaan, propè Ægyptum, quæ est in meridie. Quasi in illis finibus aliquod fuerit cœnobium ab illo priùs erectum, illum, puto, in quo postea[b], dicitur habitasse inter Cades & Sur, & in quo post egressum ex Ægypto aliquando cum vxore sua, & nepote Lot quieuerit: deinde iter suum ibi arripiens regressus est ad dictum locum inter Bethel & Hai. Ita vt ex antea dictis quatuor vsque nunc videantur ab Abram erecta fuisse tabernacula, seu domicilia: primum in Damasco, secundum iuxta Sichem, tertium inter Bethel & Hai, quartum ad australem plagam inter Cades & Sur. Sic enim prædicta verba Moysis intelligenda censeo de tabernaculis ab Abram priùs per totam Chanaanitidem erectis: in quibus, dum ipse peregrinatus ac demoratus est in Ægypto, sancti eius sodales, & discipuli remanserant, & armenta tam Abrahæ, quam Loth: vnde post eorum reditum ex Ægypto, mouentur rixæ inter eorum pastores, quas separatio subsequitur, & istam prima in Hebron habitatio. Quam vsque nunc nimis præcipitem feci: breuiúsque iusto trium mensium tempus mansionis in Aegypto, vbi multa facta sunt, & vnde multæ opes ibi comparatæ deductæ sunt, quæ longè maiorem moram exigunt. Adde quod cũ Abram ingressus est in Aegyptum biennio, scilicet, postquam ex Haran venit in Chanaan erat annorum 77, à quo tempore vsque ad egressum Israëlita-

a Gen. 13 1.

b Gen. 20. 1.

rum ex Aegypto transierunt anni 428. Cum autem Pharao tunc omnes Hebræos tam antiquos, qui ibi fuerant Abraham, Sara & Loth, & ante eos Heber, quàm eos, quos posteriùs carne, & spiritu ibi fecerat Iacob: verificatum sane tunc est, quod scripsit Moyses, *Habitatio filiorum Israël* (qui semper ab Aegyptiis antiquo nomine vocantur Hebræi, quod notandum[a]) *qua manserunt in Aegypto fuit quadringentorum triginta annorum*[b].

a Genes 39. 14.17.40.15. 41.12.43.32.
b Exod. 12.

B

Capvt III.

De firma habitatione Abrahæ in terra Chanaan post suam per aliquot annos peregrinationem, de fœdere inito cum tribus principibus Hebronitis, & de vernaculis, quos Abram secum duxit ad bellum.



Ostqvam Abraham à tempore, quo egressus est de Haran sex circiter annos consumpsit in perlustratione, & peregrinatione C continua per terram Chanaan cum vxore sua, & nepote Lot, nec non in Aegypto, vnde cum magna multitudine *ouium, boum, asinorum, seruorum, famularum, asinarum, camelorum, & ipse diues valde in possessione auri & argenti*[c], reuersus est ascendens à meridionali Aegypto ad Australem plagam terræ Chanaan, vsque ad locum inter Bethel & Hai, vt dictum est, tempus est, vt firmam stabilémque habeat mansionem in terra, quam toties Deus illi promiserat. Vsque modo Scriptura loquitur de eo tanquam de homine *transeunte*[d], vel D transiliente, seu progrediente ab vno in alium locum, in singulis figente tabernacula, vel altaria duntaxat ædificante, variásque peregrinationes faciente. At deinceps tantas habebit possessiones, vt de amplissimis aruis, & regionibus (licet non vt earum possessor, sed in fide promissionis sibi factæ) dicere possit nepoti suo Lot: *Ecce vniuersa terra coram te est: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo*[e].

c Gen. 12. 16. & 13. 1. & 2.
Abrahã firmã in Chananæa constituit mansionem.
d Gen 12. 6. 8. 9. & 10.
e Gen. 13. 9.

Digitized by Google

A Cùm egressus fuerat de Haran simpliciter dicitur *tulisse omnem substantiam, quam possederant*[a]: nunc autem dicitur, quod *non poterat eos capere terra*[b]. Incommodum nimis esset, imò impossibile tantam bonorum omnium abundantiam dirigere, fructúsque percipere, tantum famulitium habere, & adhuc in continua esse peregrinatione. Ideo non ampliùs agitur de figendis tabernaculis, sed de firma mansione & habitatione: nunc dicitur de Abraham & Lot, quod *non poterant habitare simul, habitare communiter*. Vtique sicut non alio verbo, ita non alio sensu, quàm eo, quo statim subditur: *Eo autem tempore Chananæus & Pheresæus habitabant in terra illa*[c], quamuis non eodem modo: Chananæi enim habitabant in ciuitatibus & domibus; Abraham autem & filius eius Isaac, & nepos eius Iacob habitabant extra ciuitates, & in tabernaculis more Hebræorum & filiorum Dei seu prophetarum quales erant. Vtrumque eleganter perstrinxit Apostolus[d] dicens de Abraham: *fide demoratus est* (ecce mansio opposita peregrinationi, de qua nuper locutus fuerat) *in terra promissionis tanquam in aliena in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus promissionis eiusdem.* Quod iam à nobis expositum est[e]. Proinde iterum per idem verbum, C quod firmam stationem, sessionem, & mansionem importat, repetitur in Genesi, *Abraham habitauit in terra Chanaan: Lot habitauit in Sodomis*. Et statim eadem terra, nempe circa Bethel & Hai, (quæ *terra Chanaan* dicitur) promittitur à Deo non solùm semini Abrahæ; sed etiam ipsi Abrahæ. Vnde cum Deus præcepisset ei vt *perambularet terram in longitudine*, hoc est versùs Austrum, & post dictam promissionem, addit Moyses· *Mouens igitur taberr aculum Abram venit* (sup. ex loco iuxta Bethel ad quem ex Aegypto, & ex Haran redierat, vt expofuimus) *& habitauit iuxta conuallem* (iuxta Hebr *in quercubus*, talis enim D quercetorum locus tunc à prophetis pro habitatione quærebatur vt videbitur[g]) *quæ est in Hebron: ædificauitque ibi altare Domino.*

a Gen 12.5
b Gen.13.5
c Gen.13.7.
Aliter Abraham, aliter Chananæus dicitur habitare in terra Chanaã
d Heb. 11.9.
e Cap. 1.
f cap.13.12.
g Cap. 5.

Porro hoc anno, qui 82. vitæ Abræ fuit, multa videntur contigisse: nempe, defectus Regum Pentapolitanorum à Rege Codorlahomor & socijs: profectus Abræ in Haran ad visendum patrem, vt nuper dicebamus: & inde regressus ad tabernaculũ, quod erat inter Bethel & Hai, separatio Loth ab Abram

Digitized by Google

 A

propter rixas inter eorum pastores: & paulò post discessus eius ex loco iuxta Bethel, in Hebron, vbi tunc primò cœpit habitare. vsquead annum vitæ suæ 100. id est, spatio annorũ 18. Tunc enim *profectus inde est in terram Australem inter Cades & Sur* [a]. Cum autem ex Aegypto reuertẽs ad dictum tabernaculum inter Bethel & Hai, *esset diues valde in possessione auri & argenti, ouium quoque, & boum, & asinorum, & asinarum, & camelorum* [b]. inde facile prędictæ rixæ contigerunt.

a Gen. 20. 1 & 2.

b Gen 19. 16

c 1 Ant. c. 9.

Abrahã quo tẽpore agros cœpit emere in terra Chanaan.

Proinde subscribo Iosepho scribenti [c], Abrahamũ ex Aegypto reuersum in Chananæam agros cum Loto diuisisse: nempe, B quos vel nuper à Chananæis pecunia ex Aegypto allata, non multo tunc pretio, comparauerant, vel post vtriusque factam habitationis, qua ab inuicem separari debebant, electionem, comparaturi erant: vel quod ob incolarum adhuc paucitatem, talis aruorum electio sine vllius detrimento fieri posset. Quod sanè probabilius est, ac ferè coniici potest ex hoc, quod Abrahã in tot aliis locis sine vlla contradictione, aut iurgio plura fixerit tabernacula; quorũ singula ex multis vtriúsque sexus personis cõstabant, quæ circa illa de frugibus & fructibus regionis victitabãt. Et quod ita sit, ex hoc colligitur: quod verisimile nullatenus est, Abraham quãdo cum vxore, & Lot Aegypti peregrinationem suscepit, omnes illas animas seu personas quas fecerant in Haran, & substantiam, quã inde attulerant, secum duxisse: sed potiùs illas omnes per tabernacula distributas, vt ibi diuino vacarent ministerio, reliquisse. C

Abraham cùm peregrinaretur loca tabernaculorum non relinquebat inhabitata.

Confirmatur hæc post tot peregrinationes firma in Hebron, & diutina habitatio ex iis, quæ ibi Abrahã fecit post suã à Loto separationẽ. Siquidem, primò de diuino cultu cogitans, ædificat ibi altare Domino. Secundò, dum vacat in his, quæ Magorum more sui, id est, filiorũ Dei muneris sunt, quod est animas Deo per bonã doctrinam, & exẽplo gignere, fœdus init cũ tribus ex D Principibus Hebronitis eandem quidem Abrahæ, quæ Magorũ erat, sed sub Hebræorum nomine vitæ normam profitentibus: Mambre, Escol, & Aner, quorum amicitiæ, & sodalitio se iungit anno ætatis suæ circiter 83. A quo fœderis tempore vocari cœpit Hebræus. Siquidem anno sequenti (quo putamùs contigisse illud bellum, seu pugnam Chodorlahomoris

Iuit fœdus cum Mãbra Escol & Aner, & exinde cœpit vocari Hebræus

Digitized by Google

A & sociorum Regum contra Pentapolitas[a]) de isto fœdere tanquam nuper facto, dicitur: *Ecce vnus qui euaserat nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi fratris Escol, & fratris Aner. Hi enim pepigerant* (anno scilicet præterito) *fœdus cum Abram*[b].

a Gen. 14. 13

Vbi vides Abram societatis *filiorum Heber*[c], seu Hebræorum compellari nomine: quorum archimandrita & pater erat Heber, qui tunc (vt arbitror) habitabat iuxta Ierusalem in *valle Saue*[d] id est, *valle collegij* (vt declarauimus) quæ aliter *vallis Regis*, dicitur, supple Melchisedechis, & *vallis Raphaim*, qui sunt B filij Dei seu prophetæ, qui ibi circa montes Hibrim, id est, Hebræorum, morabantur. In valle autem Mambre Abram nouus erat incola, qui nominatur Hebræus tunc præsertim cùm agitur de fœdere contracto cum Principibus Hebronitis. Ergo, non secundum carnem, sed propter tale fœdus contractum vocantur fratres eiusdem, scilicet, Hebræorum sodalitatis cum Abram qui cùm iam sub Heberis disciplina militarent, quam per Abraham reflorescere videbant, strictiorem cum illo contraxerunt amicitiam. Idem quoque confirmatur ex eo quod fecit, quemadmodum Sichem filius Hemor vocatur *princeps* C *terræ*, [f]seu regionis, quia princeps temporalis Hethæorum erat: ita ab eisdem Hethæis dicitur Abraham, *Princeps Dei & apud nos*[g], eo quòd caput & princeps erat sacrorum.

b ibid v. 13.
c Gen. 10. 21
Vallis Saue eadē est, quæ & Regis, & Raphaim dicitur
d Gen 14. 17
e lib. 1. c. 10.
Fœdus initū ab Abram cum tribus principibus Hebronitis cur & quale fuit.
f Gen 4. 32.
g Gen. 23. 6.

Non igitur illi Principes id fecerunt, veriti ne clades vicinorum Pentapolitarum, quæ imminere videbantur in seipsos, redundarent: ideóque Abrahamum virum potentem, sapientia celebrem & bello fortem sibi propugnaculum aggregarunt, vt quidam interpretantur. Ex quo enim Scripturæ loco constare nobis potest istos Principes fama, vel experientia didicisse Abram nouum eorum contribulem fortem esse bello? Benè D quidem ab anno præterito illius, ac sodalitatis eius in Psalmis decantandis, & Dei nomine in nuper ibi fixis tabernaculis inuocando, in sacrificiis super altare recens ædificatum frequenter oblatis, pietatem, atque in aliis nuper ibi adductæ religionis exercitiis perspexerant insignia deuotionis exempla: actus autem bellicos prorsus nullos.

Adde quod, si hoc esset, à tempore pacti fœderis de communi consensu fœderatorum, & communibus expensis cohor-

Digitized by Google

tes, iam militum & copiæ paratæ, & ad manum essent, per quas subitaneos & impræuisos hostium frangere possent impetus, non per imparatam, vilem, timidam, inexpertémque mancipiorum, aut famulorum turbam, qualem illos fuisse multi putant, de quibus mox subditur: *Quod cùm audisset Abram, captum videlicet Loth fratrem suum, numerauit* (selegit, disposuit, ordinauit) *expeditos vernaculos trecentos decem & octo, & persecutus est vsque Dan*[a]. At vtrique nullum aliud fœdus, aut societas ab istis cum Abram Hebræo contracta fuerat, quàm vt sub illius moderamine, eandem cum eo professam Hebræorum disciplinam meliùs obseruarent: non quidem iuxta leges strictioris obseruantiæ eorum, qui in solis habitabant tabernaculis, nihil possidentes, & diuino seruitio die ac nocte vacantes (quorum etiam curam Abram habuisse non dubito, præsertim in tabernaculis à se fixis) sed illorum, qui in propriis domibus inter sæculares laicam, sed piam vitam ducentes (quales sub Asidæorum nomine, postea fuerunt strenui illi Machabæi[b]; si quod, pro Dei religione, vel patria, bellum occurreret, strenuè decertabant. De quibus iam antea[c]. Quos ego sicut *filios Enac*, ita & *filios* הָרָפָא *Rapha*[d], id est, alumnos congregationis Raphaim dictos esse censeo: inter quos posterioribus sæculis fuerunt impij idololatræ ac monstrosæ proceritatis homines, vt Goliath & eius frater. Huiusce autem Hebræorum classis erant illi 318. milites (nos vocaremus equites) quos Abram, non quidem ex sua domo, quæ nulla tunc erat, cùm habitaret in tabernaculis, neque ex famulitij sui familia, quæ tunc tanta esse non poterat: sed ex domo, id est familia, suæ sodalitatis, ex ciuitate Hebron, aliísque proximis locis subitò conuocauit, secúmque duxit ad bellum. Et quia nonnulli eorum ex illis animabus erant, quas nuper ibi fecerat, & adhuc in hoc statu religionis, non item in arte militandi, tyrones erant ac nouitij: ideo iuxta Hebræum dicitur, quod *expediuit nouitios suos natos domus suæ* (hoc est familiæ suæ religiosæ in Deo genitos, quos Ioannes, vel *natos* ex *Deo*[e] vel τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ *natos Dei* vocaret[f], talis enim est vis terminorum[g]) *octodecim & trecentos*[h].

a Gen. 14. 14

b 1. Mach. 7. 13 & lib 2. c. 14. 6

c lib. . c. 11.

d 2. Reg. 21. 16. 18. 20. 22. 1. Paral. 20. 4. 6. & 8.

Vernaculi quos ad bellum ducit Abrahã fuerũt Hebræorum sodalitatis nouitij.

e Cap. 1. 13.

f 1. Ioan. 5. 1. & 2.

g Vide supra lib. 2. c. 6.

h Gen. 14. 14.

Et quod hæc Abrahami cum istis tribus viris societas spiritualis fuerit modo iam dicto, ex hoc conijcitur, quod postea[i],

i ibid. v. 24.

A quasi ex Enoscæorum (qui iidem sunt, ac Hebræi, vt sæpe antea vidimus) sodalitate, antiquo nomine dicuntur *Enoscim*: quibus, tanquam huiusmodi, non nouitiis, sed professis, ac prouectis quandam spoliorum partem, tunc debitam fuisse significant Abræ ad amussim originalem, sic reddita verba, cùm ait Regi Sodomorum, se nihil omnino velle de spoliis hostium; *Enoscæis debebatur quædã pars spoliorum belli.* *Præter tantùm quæ comederant pueri, & partem Enoscim, qui fuerant secum, Haner, Escol & Mambre, ipsi*, inquit, *accipiant partem suam*[a]. Nempe, iuxta iam in Chaldæa vsitatam Magorum consuetudinem: quorum muneris fuit, vt prædæ & manubiarum ex hostibus, partem aliquam Dijs (sed ante idololatriam, vt puto vero Deo, eiúsque ministris) exciperent. Xenophon[b] καὶ ὑμεῖς διέλοιτε τὰ κοινά. πρῶτον μὲν οὖν, ἔφη, τοῖς θεοῖς ἐξαιρεῖτε ὅτι ἂν μάγοι ἐξηγῶνται) Id est, *Et vos diuidite communia. Primùm igitur excipietis Dijs in partem; quicquid Magis visum erit.*

a Gen. 14. 24.

b lib. 4.

Similiter postea[c] iuxta Hebr. Dicitur Abraham *circuncidisse filium suum Ismaëlem, & omnes natos domus suæ* (eodem quo nuper sensu) *& omnem acquisitum argento suo* (forsitan mercenarios diariósque seruos) *& omnem masculum in Enoscæis domus suæ*, id est, omnes suæ sodalitatis Enoscæos, seu religiosos. Nam ad C quid tam multipliciter profert, quod vno verbo dicere poterat, omnes familiares & domesticos suos, si de domesticorum sola intellexisset familia? Porro bellum istud quatuor Regum contra quinque reges Pentapolitanos sacrum fuisse, id est, propter religionem, quasi rex Sennaar & socij istos eorúmque subditos ad superstitiones suas amplectendas, ac omnimodè voluerant sibi subiici, ex duobus conijcio. Primò ex eo quòd (iuxta Heb.) istud bellum dicitur factum in diebus Amraphel, quem Elamitarum, id est, Persarum Repha fuisse diximus, id est, Curatorem animarum supremum. Secundò ex hoc quod Codorlahomor, & Reges socij magnam sanctorum Raphaim, seu prophe- D tarum, qui erant in vrbibus terræ Chanaan stragem fecerunt. Ita vt videtur Abraham, etiam in hoc, è Deo missus ex Chaldæa, vt & de illis vndictam sumeret, & Chanaanitidem ab eorum falso cultu præseruaret, vt iam diximus.

c Gen. 17. 23

Præterea, ex dictis facilior emergit solutio ad quæstionem quam post alios benè facit & soluit Salianus[d]: an Abraham dederit Melchisedecho decimam partem, tam de præda erepta à

d An. mũdi 2118. n. 34. 35. 36.

Digitized by Google

 A

Quibus de rebus Abraham soluit decimas Melchisedecho.

Chodorlahomor, & tribus aliis regibus, quam de præda Pentapolitana recuperata, quæ cùm certos haberet dominos, iis restituenda, non aliis dispertienda videbatur. Et videtur sanè, inquit, Abram dedisse planè de omnibus; cum propriorum tamen dominorum consensu, quibus meritò gratissimum fuit de decem partibus amissis, nouem recuperare, & ponere in lucro, quod præter spem reciperent; non in damno, quod Domino, & eius sanctissimo sacerdoti largirentur. Quod autem Abraham, tam præcisè negat se quicquam de præda Pentapolitanorum accepturum, causa est, quod id Deo iureiurando spopondisset, cùm, scilicet, iret contra dictos reges, vti censent Pererius, Caietanus, & alij. B

Cùm autem loquitur Regi Baræ prudenter addidit, *ex omnibus quæ tua sunt* [a]: non enim diffitetur se prædam quæ barbarorum propria erat, in rem suam conuersurum. Est enim in iure gentium, vt quæ iusto bello acquisita sunt, in dominium victorum transeant, vt significat Ambros & Abulensis, stipendij scilicet loco, vt Chrysostomus [b] quoque interpretatur. Igitur Abraham ex vtraque præda decimas obtulit: ex barbarorum quidem spoliis tanquam ex propriis, & iure belli acquisitis: ex Pentapolitanorum verò præda, de eorum consensu: licet iure gentium positiuo sua essent, non tamen naturæ, quod sequitur Abraham. Vnde Pererius: *Quæ tua sunt*, exponit, quæ tua fuerunt, sed iam mea sunt. Nam capta bello cuiuscúmque illa fuerint, fiunt victoris, lege non naturali, sed positiua multarum gentium. C

Interim piè credendum existimo Melchisedechum, non nisi cum canticis obuiam venisse Abrahamo, ex prisco Magorum more, qui si regibus obuiam eundum esset, carmen quoddam suum accinebant, qualia videntur fuisse Romæ Saliorum examenta. Illud carmen est patrium, quod more suo canentes obuiam Alexandro Babylone processerunt: ait Curtius [c]. Panem autem & vinum obtulisse in sacrificium Deo altissimo satis apertè colligitur ex multis huius libri locis [d]. D

a Gen. 14. 14.

b Hom. 35. & 36 in Genes.


c lib 7.

d lib 1. c. 1. 14. & 17. Lib 2 c. 5. 10 11. & 12.

CAPVT

CAPVT IV.

De primo Dei cum Abrahamo celebri tractatu circa res Eccleſiæ futuras, de pacto multis cum ceremoniis inito, quas deinceps in conſulendo Deum prophetæ ſeruabant: de ſecundo fœdere pro naſcituro Iſaac, & circunciſionis ſigno:
B *déque noua ex Hebron in Gerara tranſmigratione: & de Sara raptu ab Abimelech.*



OST ſtabilitam habitationem in valle Mambre, & fœdus initum cum tribus principibus in ciuitate Hebron, anno ſequenti, quem Abrahami 84. fuiſſe credo, mundi verò 2032. incepit Dominus tractare cum ſeruo ſuo fideliſſimo de totius Eccleſiæ ſuæ negotiis, déque mirabilibus per ſemen Abrahæ in terra Chanaan, aliquan-
C do adimplendis. Quiquidem tractatus, quatuor potiſſimùm includit: nempe, promiſſionem hæredis de vtero eius egreſſuri, cuius ſemen ſtellarum numerum multitudine ſit ſuperaturum [a]. II. confirmationem ſolemnis ſacrificij, multiplicíque ritu ſtabilitam de totius terræ Chanaan, iam illi ſemini promiſſæ donatione. III. prædictionem de illius ſeminis ſpatio 400. annorum peregrinatione in terra aliena. De quo nos iam egimus [b]. IV. conſtitutionem ipſius Abrahæ, & ſeminis eius ſuper ſingulos terræ Chanaan populos, necnon ſuper omnes filiorum Dei apud illos ſodalitates, videlicet Cinæorum, Cene-
D zæorum & Raphaim, vt vidimus in præcedentibus [c]. Vnde colligitur verba promiſſionis, non eſſe de ſolo ſemine carnali, vt ſunt Iudæi ex Iſaac oriundi: ſed etiam de ſemine ſpirituali, vt potè Cinæorum, Cenezæorum, &c.

Abraha fœdus cum Deo celeberrimũ & quale ſit

a Gen. 15. 4 & 5.

b Cap. 1. & 2.

c lib. 1. c. 15

Sed notandæ omnino ſunt iſtius tractatus circunſtantiæ. Primò, à tempore, quod iam notauimus: ſecundò, ex eo quod Abraham Damaſcum Eliezerem, quem velut ſuum futurum hæredem proponit Deo, vocat *filium procuratoris domus ſuæ* [d], ſed

d Gen. 15. 2.

Digitized by Google

iuxta Hebr. *filium vrticæ domus suæ*. Tertiò, quod Deus non loquitur Abrahamo in tabernaculo, sed *eduxit eum foras*[a], idque
a ibid. v. 5.
nocte, vt faciliùs stellas contemplari posset. Quartò, ad memoriam eius reducit, quod *eduxerit*, id est, liberauerit eum *de Vr Chaldæorum*[b]. Quintò, quod iubet illi præparare ex specialibus quibusdam animalibus, & volucribus sacrificium[c]. Sextò, quod postquam per totum diem diuisæ partes animalium & volucrum altrinsecus positæ remanserunt, non nisi post occasum Solis, post grauem soporem Abrahæ, & post horrorem magnum ac tenebrosum antequam fœdus celebretur, *dicitur ad eum* (non dicitur quis loquatur, nempe, dum dormit, videt in somnis quendam sibi dicentem.) *Scito prænoscens*, &c.[d] quibus verbis futura seminis eius peregrinatio prædicitur. Septimò, cùm iam euigilatus esset, in illis opacissimis tenebris *apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas*[e]. Octauo, dicitur quod *in illo die pepigit Dominus fœdus cum Abram* &c. de dando dominio & potestate semini suo super singulas terræ Chanaan gentes, & super omnes congregationes filiorum Dei, quæ apud illas erant, vt dictum est[f].

b Vers. 7.
c vers. 9 10.
d Vers. 13.
e vers. 17.
f lib. 1. c. 16.

Quodquidem fœdus tot ornatum circunstantiis, tot mysteriis refertum, atque in tantam totius Abrahamiticæ gentis vergens vtilitatem & gloriam, & in quo tum sacrificandi modus, tum diuinæ sancto Patriarchæ factæ reuelationis in somnis ratio & ordo minutatim deducitur, non dubito à posteris, & præsertim à nuper in terra Chanaan renouatis ab illo Hebræorum sodalitatibus alta fuisse mente repostum. Ita vt, ad perpetuam memoriam, deinceps Prophetæ, qui Deum per somnia consulebant, prædictas pro viribus seruarent circunstantias, & ceremonias: quæ idcirco breuiter resumendæ, exponendæque sunt, relictis mysteriis, quæ meritò Chrysostomus[g], Theodoretus, Diodorus[h], Caietanus[i] Del Rio[l], & alij diligenter expendunt. C D

Prophetæ cõsulentes Dei oracula cere monias prius seruatas ab Abrahã seruabant.

g Hom. 36. in Genes.
h in Catena Lipoman.
i quæst 65. in Genes.
l in cap. 15. Genes.
m cap. 2.

Prima de tempore parum refert: sed secunda, qua Eliezer (qui exponitur *Deus meus adiutor*, cuius cognomen videtur esse Damascus, à quo S. Hieronymus conditam & nominatam credit vrbem Damasci, ex qua nos credimus, & antea[m] diximus, ipsum sponte secutum fuisse Abraham cùm ex Haran illuc transiens veniret in Chanaan) periphrasticè nuncupatur fi-

Eliezer Damascus, cur Abraha domus vrticea filius dicitur.

Digitized by Google

A *lius vrticeæ domus* Abrahæ, hoc est filius vrticeæ domus, &c. qua periphrasi Abraham breuiter, & eleganter describit domus, & habitacula Hebræorum & filiorum Dei, quæ in tabernaculis translatitiis erant, & plerúmque in locis desertis inter vepres, spinas & vrticas figebantur, super quas, vel iuxta quas Prophetæ dormientes diuinas, sæpe in somnis, visiones, & reuelationes accipiebant. Inde postea factum arbitror, quod *in ramusculis*[a] arborum, & inter clathra, seu cancellos ex ramusculis textos, cùm oraculum Dei consulerent, dormituri decumberent[b]. Itaque *filius domus vrticeæ* dicitur Eliezer, vel quia
B in tali loco ab Abram in Deo genitus est, vel quia de societate & familia illorum est, qui habitant & psallunt inter vrticas & vepres, de quibus loquitur Iob[c].

a Iob 4.13. iuxta Heb.
b Gen. 49. 14. Iudic. 5. 15. Psal. 67. 14. iuxta Hebr.
c Cap. 30. 3.

Tertia circunstantia priorem confirmat, & quasi indicat Deum illis temporibus non solitum fuisse loqui prophetis, in eorum tabernaculis, sed foris in agro, locísque sub dio apertis. Quarta, qua Deus reducit in memoriam Abræ, quod *eduxerit eum de Vr*, id est, de igne *Chaldæorum*, deseruit septimæ circunstantiæ, quæ inter opacissimas noctis tenebras subitò factas, post maximam serenitatem, in qua facilè stellæ viderentur
C tur ab Abram, apparuit Deus in forma magnæ lampadis ardentis transeuntis, per partes diuisas animalium. Nimirum, vt sicut *erat mos apud Chaldæos iuramento stabilire transeundo per medias diuisiones* (quem morem ad instar patris Abrahæ deinceps retinuerunt, & seruarunt Israëlitæ[c]) *& lex regionis eius rem confirmabat*, vt asserunt Chrysostomus[d], Theodoretus[e], Procopius[f], & Cyrillus[g]: ita in forma ignis, quem pro Deo Chaldæi adorabant, hoc solemne pactum initur cum Abram. Quasi Deus diceret ei: Ego quidem eduxi te de igne, quem pro Deo Chaldæi colebant: sed vt scias me verum es-
D se Deum, sæpe deinceps tibi, aliísque Prophetis, necnon ex semine tuo Israëlitis in forma ignis apparebo. Quod sæpissimè factum legimus[h]. Hinc ortum habuit mos, vt in tabernaculis, locísque sacris, in quibus Prophetæ dormiebant ad consulendum Dominum, magna esset lampas ardens, sicut latè ostendimus in Commentariis nostris in hæc Iobi[i] verba: *Quando splendebat lucerna eius* (Dei) *super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.* Vnde Debora Prophetes, quæ multis præerat

d Ier. 34. 18. & 19.
e Hom. 37. in Gen.
f quæst. 65. in Gen.
g in cap. 15. Gen.
h lib. 10. cōtra Iulianū.
i Exod. 2. 3. 13. 21. 22. 14. 24. 19. 18. 24. 37. 40. 36. Num. 9. 15. 16. Deut. 4. 12. 15. 33. 36. & alibi.
l cap. 29. 3.
Debora cur

Digitized by Google

vocatur mulier lampadum. tabernaculis, iuxta Hebræum dicitur, *Mulier lampadum* [a], id A
eſt, quæ curam habet multorum tabernaculorum, in quorum
a Iud. 4. 4. ſingulis eſt *lucerna Dei*, ſed propriè *lampas Dei*, quæ videlicet
Lampas ardens in locis sacris symbolum diuinitatis, vnde habuit initium. diuinitatis ſymbolum eſt. Hinc ſtatutum de igne, quem Deus iugiter in conſpectu ſuo ardere voluit, & de inſigni lampade ante Sancta ſanctorum: ſicut & de variis ſacrificiis, quæ docet quinta circunſtantia.

Sexta duo præſertim indigitat, poſterioribus ſæculis ſeruata à Prophetis Dei oraculum conſulentibus: nempe, vt noctè hoc fieret, & cum Enoſcim (id eſt, prophetæ, vt ſæpe vidimus) B
graui ſopore tenerentur. Vtrúmque declarat Eliphaz filius Eſau Conſultor & Propheta ſicut Iob, apud Idumæos, cùm de ſeipſo loquens, iuxta Hebr. *Et ad me*, inquit, *Verbum furtiuè dictum* (quis loquatur non exprimitur, vt & hîc de Abram nuper notauimus) *& ſuſcepit auris mea puſillum ab eo, in ramuſculis, à viſionibus noctis, in cadere* (id eſt, quando ſolet cadere) *ſoporem* intenſum, vt valet dictio) *ſuper Enoſcim* [b]. De quibus circunſtan-
b Iob. 4. 12. 13. tiis cùm ibi affatim tractemus, ſufficit hîc quædam pro iis aſſi-
c 2. Par. 36. 15. gnare loca [c]. Putamus igitur Prophetas Iſraëlitarum, qui, ſicut
Ierem. 25. 3. Abraham, vt plurimum degebant in tabernaculis, vt de Re-
& 4. 26. 5. 29. chabitis & Cinæis notum eſt [d], ad inſtar illius celeberrimæ re- C
19. 35. 14. 15. uelationis auguralia ſua, ſeu oraculi loca diſpoſuiſſe, eumdém-
44. 4. 1. Reg. 9. 19. que conſulendi modum obſeruaſſe. De quibus adhuc ampliùs
Num. 22. 8. 19. 41. in ſequentibus [e].

d 1. Paral. 2. 55. & Ier. 35. 7. Poſtquam Deus de propaganda prole Abrahæ, tam ſolemni ritu, humano more, pro ſua bonitate cum ſeruo ſuo pepigit
e cap. 9. 16. fœdus, paulò poſt ad ea quæ promiſit implenda procedit; & vt dona ſua pluris fiant, ſtupendis illa circunſtantiis velut pretioſis lapillis & margaritis adornat. Exempli gratia, licet quæ de ſemine Abrahæ ſuper numerum ſtellarum multiplicando pollicitus fuerat, non tam Iſmaël, quàm in Iſaac eſſent adimplenda, ab illo tamen ſuæ promiſſionis impletionem incipit. Etenim vitæ ſuæ anno 85. ſecundo poſt initum pactum ſolemne, D
ſuſcitat Saram, quæ (cum ex relatione mariti nullam prorſus de ſe in diuinis promiſſis videt factam eſſe mentionem; & dictum quidem de Abrahamo ipſum habiturum hæredem, non Damaſcum Eliezer, qui ſpiritualiter tantum natus erat in domo vrticea mariti Hebræi: ſed filium, quem ipſe de lumbis ſuis eſſet

Digitized by Google

A genitus, minimè tamen dictum fuisse, per quam mulierem id fieri contingeret) existimans se sterilem, séque vetulam conspiciens, atque huic muneri minimè destinatam arbitrata, offert marito in vxorem & thalami sociam, illam ancillam, quam ex Ægypto secum nuper adduxerant, nomine Agar. Itaque *dedit eam viro suo vxorem post annos decem, quàm habitare cœperant in terra Chanaan*[a]. Ille verò diuina quoque inspiratione instructus, in has inferioris ordinis consentit nuptias: vnde anno sequenti ineunte, *cùm octoginta sex annorum erat Abram pepererit ei Agar Ismaëlem*[b].

a Gen.16.3.

b Gen.16.16

B Postea, ab Ismaëlis natiuitate 12. transierunt anni, & decimus tertius cœperat, vitæ Abrahæ nonagesimus nonus, Saræ verò 89. vt tantò mirabilior fiat in ea conceptio Isaaci, quem anno sequenti paritura est, quanto magis processit in diebus, quibus sine magno miraculo concipere & parere nón potest. Non tamen Deus vult hunc filium mirabilem, in cuius semine benedictionem accepturæ sunt omnes gentes, sine nouo fœdere, nouísque & antea non auditis ceremoniis ac signis adhibitis, mundo dare. Et primò, noua fit Abrahæ Dei apparitio, quam Caietanus, Pererius, Del Rio, & alij, visibili, & corpo-
C rea specie factam esse sentiunt: quibus non solùm assentior, sed etiam pro rei grauitate, & vt aliis huius promissionis respondeat mirabilibus mox videndis, non dubito fuisse in forma ignis, iuxta nuper notata. In qua Deus maxima, quantò vnquam homini viatori concessum est, apparuit maiestate. Secundò, longa, ac ferè vnius anni dispositio à Deo requiritur, & præcipitur Abrahæ, antequam cum eo pactum feriat istud. Et hoc est quod importat ista, de more, laconica Moysis locutio: *Postquam Abraham nonaginta nouem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus, dixítque ad eum: Ego Deus omnipotens*
D (qui nunc mirabilia facturus sum in natiuitate Isaac) *ambula coram me, & esto perfectus: ponámque fœdus meum inter me, & te, & multiplicabo te vehementer nimis.* Vidimus antea[c], quod *ambulare coram Deo, & esse perfectum,* nihil aliud est, quam in statu perfectionis & virtutis coram Deo quotidie conuersari, & vno verbo, religiosum esse. Vbi etiam diximus hanc phrasim nunc actum, nunc habitum importare: primo modo sumi, cùm vel perfectionis status votum emittitur, vel iam professus aliqua

Apparitio Dei facta Abrahæ sub qua forma fuit.

c lib.1 c.7. & 18.

Ambulare coram Deo quid importet.

Digitized by Google

suæ vocationis elicit opera. Secundò modo ille dicitur coram Deo ambulare & perfectus esse, qui professione religiosus est, quamuis suæ professionis nullum faciat actum. Abram ergo cùm esset Hebræus, hoc secundo modo ambulabat iam coram Deo, & erat perfectus, quando Deus apparuit ei: ideò cùm dicitur ei, *Ambula coram me*, &c. hoc secundo modo non intelligitur, sed primo. Quasi dicat Deus: Præpara animam tuam ad dignè nouum fœdus mecum citò faciendum: quod vt meliùs efficias, iam incipe solito feruentiores & frequentiores tuæ vocationis actus producere, donec ad te reuertar, vt tecum pacíscar. Hoc autem non contigit, nisi post nouem circiter menses. Nam paulò post [a], dicitur Ismaël circuncisus cum tredecim annos compleuisset, quos implesse non potuit, nisi pater eius 99. impleuisset, cum primus illius concurrat cum 87. patris sui, vt ex dictis facilè colligitur. B

Gen 17.25.

Nomina Abrahæ & Sara mutantur.

Post igitur tot mensium spatio in orationibus & Ieiuniis, sacrificiis, aliisque suæ professionis exercitiis præparationem, apparuit iterum Deus Abrahamo, qui statim coram Deo *cecidit pronus in terram*, & multa alia facta sunt, quæ à quarto huius capitis versiculo narrantur vsque ad finem. Mutatum est nomen Abram in Abraham & nomen Sarai in Sara, prout constitutus est pater multarum gentium: promittitur ei Isaac, & C proles multo magis multiplicata, quàm promissa fuerat in priori fœdere, ídque terminis energia plenis. Item non vna pars terræ Chanaan promittitur, vtpote, conuallis Mambre in qua tunc habitabat, vt in priori fœdere: sed omnes regiones, per quas peregrinatus fuerat. Præterea datur signum noui fœderis, non prius auditum, circuncisio, quæ obnixè præcipitur, atque ipsa eadem die exercetur erga *Ismaëlem, omnes nouitios domus suæ, vniuersósque quos emerat, & cunctos mares ex omnibus Enoscæis domus suæ* [b], & erga ipsum Abraham. Eodem D tempore, apparuit iterum Deus Abrahæ in conualle Mambre; à quo de mox futuro Sodomorum exitio monitus pro eorum salute precatur, ex quo seruatur Loth cum vxore, & filiabus eius.

Circuncisio signum fœderis nouum & antea inauditum.

Gen. 17. 23.

Abraham autem postquam mansisset in conualle Mambre ab anno 82. vsque ad præsentem 100. non sine nouo Dei

Digitized by Google

A mandato ex loco Hebronico *profectus in terram Australem habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus est in Geraren*, id est, cum profectus esset versus Meridiem, & peregrinaretur per regionem Gerarenorum nouo fœdere nouisque ac mirabilibus promissionibus confirmatus, posthabitis omnibus sponte elegit adhuc alium locum ad meridiem iuxta vrbem Gerara (nota interim semper extra vrbes loca) *inter Cades & Sur*[a]: non vt ibi hospitalitatem exerceret, quæ defectura videbatur post submersionem regionis Sodomiticæ, vt putat Abulensis: neque ob famem, quam putat Pererius in Hebrone contigisse, de quo fit mentio postea[b], neque ob aliam causam, quam vt sicut spatio 18. annorum Hebronitas sua vitæ probitate, exemplis, & doctrinis mirificè ædificauerat, & natiuitate filij sui Ismaelis nouissimè illustrauerat: ita Palæstinorum regionem nuperimè promissi filij sui Isaac natiuitate decoraret. Sed præsertim vt suæ, id est Hebræorum, sodalitatis nouam ibi duceret coloniam, idemque fœdus initum antea cum tribus Hebronitis Principibus, & quo verus Dei cultus miro modo confirmabatur, cum sanctissimo atque sapientissimo Rege Geraræ contraheret: qui præter eximiam Sanctitatem, dignitatis nomine Abimelech, hoc est, pater Rex iam tunc dici facilè potuit, eo quòd ad instar Melchisedecis, Pontifex & Rex in Gerara erat, sicut ille in Salem. Similem vtique huius transmigrationis finem meditatur Chrysostomus[b] cùm ait: *eum aliquando in Bethel figere tabernacula, aliquando autem apud quercum Mambre, aliquando in Ægyptum descendere, nunc autem in Geraris tabernacula collocare, & omnia facile sustinere, vt gratitudinem erga benefactorem, & obedientiam erga Dominum suum per omnia manifestè declaret.*

a Gen 20.1.

Abraha ad Regem Geraræ profectionis causa.

b Gen. 26. 2. 3.

b Hom. 45.

Igitur relicto in tabernaculis conuallis Mambre pro suas vices gerente, & archimandrita dignissimo Damasco Eliezer, & assumpta vxore Sara cum aliis paucis suæ sodalitatis, venit Geraram Palæstinæ metropolim, quæ ab Hebron non plusquam quatuordecim horarum distat itinere[c]: & obserua obiter Saræ sanctitatem, & à mundana conuersatione solitudinem, qualis omnes quidem decet mulieres, sed præcipuè religiosas. Nota omnibus, & vndique est fama illustrissimi Prophetæ Abrahæ, cuius nomen longè latéque per totam terram

c Adrikomius in tabulis.

Sara modestia & solitudo mirabilis.

Chanaan, & per Ægyptum diffunditur: ideoque maximo cum honore, & iubilo veniens Geraram à Rege excipitur: quæ autem vxor illius sit, prorsus ignoratur Idque tanto magis quanto Abraham dicet postea Regi Abimelech: *Postquam eduxit me Deus* (propriè, errare fecit me, hoc est, huc & illuc peregrinari) *de domo patris mei, dixi ad eam, in omni loco ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus sum* [a]. A

a Gen. 20. 14.

Sed omnino mirabile, quod mulier nonagenaria à Rege in coniugium quęratur, & statim ac cum Abraham appulit in Geraris petita ab Abrahamo est, & ad Regem ducta. Admirationem auget huius Regis sanctitas, quæ à nemine, paucis exceptis, non commendatur, quam & nos in nostro Iobo [b] pluribus ostendimus. Et nunc vno verbo dicimus, eodem modo fuisse Regem Geraræ, quo tres amici Iob suarum ciuitatum dicũtur Reges, qui tamen etiam sicut Iob, erant Prophetæ, vel, vt nuper dicimus, sicut Melchisedech tunc Rex erat Ierusalem: licet totius Ecclesiæ moderator, cui iste subiiciebatur in spiritualibus. Quod de isto tantò firmiùs asserere possumus, quãtò ex textu patet familiaribus Dei colloquiis, & visionibus illustrari fuisse solitũ. Ita vt, cùm Deus postea de Abrahamo loquens dicit ei: *Nunc ergo redde viro suo uxorem. quia propheta est, &c.* idem esse videtur, ac si diceret: quamuis nemini liceat citra graue peccatum vxorem rapere proximi: multò tamen minùs licet tibi, qui propheta es, illi, quem non ignoras esse prophetam, talem inferre iniuriam. B C

b in cap 1.1.

Abimelech Rex Geraræ sanctus vir & propheta fuit.

Cur Abimelech Saram tam vetulã affectauit & rapere fecit.

Sed cur mulierem tam vetulam sanctus vir, & propheta sibi copulare tantopere cupit? Extra instituti nostri limites longiùs discederemus, si omnium super hoc sententias promeremus Ego simpliciter existimo nullo id sanctissimum Regem æstu fecisse ductum libidinis, cuius nulla causa competens esse videbatur: sed ex mera feruentique deuotione, sperans se fore beatum, si posset frequentiùs conuersari, deque rebus diuinis familiariùs tractare cum tam sancta, veneranda & religiosa muliere, quæ tam à suo sanctissimo fratre Abrahamo, quam ex diutina cum Deo conuersatione praxique virtutum in illa pia Hebræorum per Abrahã tantopere reflorescente sodalitate didicerat Quod confirmatur tum ex iis, quæ alibi [c] dicimus de mulieribus Therapeutibus postea vocatis: tam ex eo, quod non parũ temporis D

c supra l. 1. c. 12. & infra cap 9.

versatam

Digitized by Google

versatam Saram in domo Abimelech fateri necesse est, antequam sciretur eam esse Abrahæ coniugem, vt plaga sterilitatis, quæ memoratur in fine capitis, in tota Regis familia sentiretur. Nempe, Rex petierat eam ab Abrahamo tanquam futuram coniugem, vt in sorore, etiam vetula, illum honoraret: & per multum tempus suauibus ac diuinis, quæ præsertim affectabat, eius fruitus est colloquiis. Cùm autem tempus adesset, quo eam consummato matrimonio in vxorem erat ducturus, *venit Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tulisti: habet enim virum* [a]. a Gen. 20. 3.

B Ex dictis collige, quàm facilè omnes, quæ super hanc historiam mouentur quæstiones, soluantur. Vtpote, cur postea fœdus cum isto Rege feriat Abraham? quale sit istud fœdus, maximè si verba originalia ponderentur? ad quid Abraham, qui oues, & boues, & alia in magna quantitate in proxima vrbe Hebron, nupérque reliquerat, quæ huc facili negotio ad se deduci possent, noua iuxta ipsam Geraram in loco sibi à rege donato (nam ipse dixit Abræ, *terra coram vobis est, vbicumque tibi placuerit habita* [b], vtique iuxta desiderium, vel intentionem Abræ nouam ibi coloniam statuere volentis, & vt b Gen. 20. 15.
C ex sequentibus apparet) congreget armenta, nouam constituat familiam, ídque ex dono Regis Abimelech, qui *tulit oues, & boues, & seruos, & ancillas, & dedit Abraham*, eodem pacto, quo in Hebron suam confecerat coloniam ex similibus sibi factis à Rege Ægypti donariis. Item, quòd Rex Abimelech dederit Abrahæ *mille argenteos in velamen oculorum Saræ ad omnes, qui cum illa erant*, nempe in eius sodalitate: quod eodem sensu dictum esse videtur, quo apud nos post aliquod fœdus, præsertim locationis aut emptionis initum, emptor solet aliquid dare vxori venditoris, quod vocari solet *donum pro aciculis*. Vel potiùs de religioso velo videtur intelligi. Sicut de huiusmodi principum inter prophetides velaminibus intelligendum arbitror, quod postea Deus minatur his verbis: *Et dirumpam velamina vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, & non erunt vltra in manu vestra in venationem*, &c. [c] Quasi statuat eas priuare auctoritate, quam super alias iuniores seu nouitias (quas vocat *animas germinantes*) habebant: & ideo diruptures sit earum velamina, quæ in signum superioritatis deferebant.
D

Dare aliquid mulieribus post initum pactum, vetus est consuetudo.

Sara tamquam princeps prophetidum certè velamen habebat.

c Ezech. 13.

Digitized by Google

 A

Omnia ergo ista de Sara facilè percipiuntur, si Abraham tanquam sodalitatis filiorum Dei propagatorem ac restauratorem à Deo institutum consideremus: aliter autem minimè.

Capvt V.

De tabernaculis, quæ fixit Abraham iuxta ciuitatem Geraram, de fœdere inito cum Rege eius Abimelech, de nemore plantato in Bersabee, de sepultura Saræ, de morte Abraham. B



Post illa, quæ de Abraham & Abimelech, nuper deduximus, ponit Moyses [a] historiam de conceptione, natiuitate, & ablactatione Isaac, déque fugatione ancillæ Agar, & filij eius è domo Abrahæ, de Ismaëlis habitatione in deserto Pharam, eiusdémque coniugio, quod Salianus [b] ritè contractum putat anno eius trigesimo. Post quod Moyses subjungit historiam de C fœdere inito ab Abraham eodem tẽpore, cum dicto Rege Abimelech, & proinde anno decimo sexto à tempore, quo Abraham locum habitationis ab illo acceperat, cùm ipse Abraham centesimum decimum sextum annum ageret. Igitur quemadmodum cùm voluit iuxta conuallem Mambre habitationem eligere *fixit tabernaculum, & ædificauit ibi altare Domino* [b]: ita procul dubio fecisse credendum est statim ac concessus est ei locus iuxta Geraram ab illius vrbis rege, non alio sanè modo, quàm quo nunc religiosis nostris loca donantur à Regibus, & Principibus propè eorum ditiones & prædia, in quibus sua pos- D sint cœnobia construere. Et hoc est, quod dicitur Abraham à rege: *Terra coram vobis est, vbicumque tibi placuerit habita* [c]. Postea plantauit ibi quercetum, in quo, de vsitato tunc more, psallẽdo, canendo, & orando cum sua sodalitate cœpit *inuocare nomen Domini.*

Quod priusquam ampliùs exponamus, breuiter resumenda sunt ea, quæ ab illa prima loci Bersabee acceptione vsque ad istã

a Gen. 21.

b an. mũdi 2154. n. 1.

Abrahæ dabantur loca pro tabernaculis, sicut dantur nunc religiosis pro monasteriis.

c Gen. 20. 15

Digitized by Google

A nemoris plantationem acciderunt. Rerum autem à Moyse digesta series requirit, vt statim post vltimũ fœdus cũ Deo initũ, post circuncisionem totius Abrahamiticæ familiæ, & à vulnere circumcisionis sanationem, Abraham completo anno centesimo, ex tabernaculo iuxta conuallem Mambre ad locum prope Geraram perrexerit. Ad cuius aduentum Rex Abimelech Saram accepit, vt dictum est, quam apud se tenuit spatio, vt puto, trium circiter mensium. Ipsa autem paulò postquam cum marito ad proximum eius tabernaculũ reuersa est, concepit Isaac, quem sub anni finem in lucem edidit. *Quo tempore Sara cõcepit Isaac.* B Qui, iuxta Hieronymi, aliorúmque sententiam, quinquennis ablactatus est. Anno verò sequenti, sexto videlicet ætatis Isaac, domo eiectus est Ismaël cum matre sua, cùm ipse esset annorum 20. Cum autem trigesimum ageret, & habitaret in deserto Pharan, *accepit illi mater sua vxorem de terra Ægypti*[a]. a Gen. 21. 21

Eodem tempore (prosequitur Moyses) *dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham, Deus tecum est in omnibus, quæ agis*, &c. Quibus verbis, & sequentibus incipit Rex Abimelech tractare cum Abraham de fœdere cum eo iungendo. Ex eo autem, quòd secum assumit virum professione militem, oc- *Abraha cum Rege Abimelech fœdus quale.* C currit opinio, quod idem pactum velit contrahere, quod cum tribus Principibus Hebronitis paulò postquam primò habitauit in Hebron, contraxerat Abraham. Quod inter alias causas ob id fecisse putamus, vt reflorescenti per Abraham Hebræorum fraternitati se sociaret, vt antea diximus. Hoc etiã exigit istius Regis ac Prophetæ pietas: nec aduersantur ipsius verba sic ad verbum reddita, *Deus tecum in omnibus, quæ tu facis. Et nunc iura mihi per Deum. Ecce si mentitus fueris mihi, & filio meo, & nepoti meo, iuxta misericordiam, quam feci tecum, facies mecum, & cum terra, in qua peregrinatus es*[b]. Vbi mentiri in eodem sensu sumitur b ibid. v. 23.
D quo *mentiri opus oliuæ*[c] dicitur, & c Habac. 3. 17.

——— ——— *spem mentita seges*[d], d Horat. lib. 1. epist. 7.

quæ non respondet spei agricolæ. Quasi diceret Abimelech: sexdecim anni sunt, quòd ex toto affectu locum tibi dedi apud me, in quo figeres tabernaculum, & tuæ societatis instituteres coloniam: cum autem sis senex, antequam moriaris, iusiurandũ à te exigo, vt nec mihi, nec posteritati meæ in hoc deficias: sed iugiter istius instituti professores in hac mea possessione ma-

Digitized by Google

neant,& in hac regione in qua habitare nobiscum dignatus es. *Percusserúntque ambo fœdus*, seruando solemnitatem, vt ait Abulẽsis, quæ seruabatur antiquitùs in huiusmodi fœderibus, vt scilicet occiderẽtur quædã animalia, & inter diuisiones transirẽt: vt de fœdere inter Deum, & Abraham paulò ante dictũ est. At mox ex ipso textu quis paciscendi ritus seruatus sit, apparebit.

Fœderis inter Abrahã & Regem Abimelech causa & forma qua.

Sed prorsùs notandum est, duo ab Abrahamo cum Abimelech celebrari fœdera: vnum quidem de habitando iugiter in illo sibi antea dato à Rege agro seu loco iuxta petitionem nuper recitatam: alterum pro puteo à seruis Regis vsurpato. Postulationi quidem regis annuit libentissimè dicens, *Ego iurabo*, id est, B paciscar libenter, quòd in hoc mihi à te cõcesso antea loco mea deinceps perpetuò manebit sodalitas: sed priùs vnum habeo, quod expostulem, & apud te, ô Rex, conquerar, quod vsque nũc ab aliquot annis patiẽter sustinui, & toleraui dissimulans: nẽpe, quòd serui tui abstulerũt mihi puteũ, sibíque vsurparũt, quem in agro mihi à te donato pro familiæ meæ, & pecorũ necessitate foderã, & adhuc illum detinent. Si vis vt iuramẽto votis, ac petitioni tuę annuam, fac vt ille puteus mihi restituatur: quia mihi; meísque posteris prorsùs est necessarius. Hoc volunt ista verba: *Ego iurabo. Et* (veruntamen) *increpauit* (Abraham) *Abimelech* C
a vers. 25. *propter puteũ aquæ, quem vi abstulerant serui eius* [a]. Quis autẽ ęquus rerũ iudex ex his verbis nõ optimè coniicit, agrũ, in quo erat puteus ille, & reliquum habitationis Abrahæ, non ab ipso pecunia emptũ, sed dono, & liberalitate Regis acceptũ, & vsque nũc retentũ fuisse, & ideo tali per seruos factæ putei vsurpationi vsque nũc non restitisse; sed eam tolerasse, & nunc cũ tanta humilitate de illa formasse querimoniam? Ad quam pius, & sanctus Rex, prorsúsque talis vsurpationis inscius, ingenuè respondit: *Nesciui quis fecerit hanc rem: sed & tu non indicasti mihi, & ego non au-*
b vers. 26. *diui præter hodie* [b].

D Vt igitur Abraham tã vsurpati putei, quàm totius habitationis locũ sibi, posterísque suis firmo post mortẽ Abimelech iure possessionis acquirat, præter initum de ibi iugiter manendo fœdus, alterũ de sibi à Rege restituto puteo speciale ferit. Pro primo fœdere: *Tulit Abraham oues, & boues, & dedit Abimelech, per-*
c vers. 27. *cusserũtque ambo fœdus* [c]. Pro altero: *statuit Abrahã septẽ agnas gregis seorsũ.* Cui dixit Abimelech: *Quid sibi volũt agnæ istæ, quas stare*

Digitized by Google

A *fecisti seorsum?* At ille: *Septem,* inquit, *agnas accipies de manu mea: vt sint mihi in testimoniū, quoniam ego fodi puteum istum. Et idcirco vocatus est locus ille Bersabee* (id est, puteus iuramenti) *quia ibi vterque iurauit.* Quid si legeretur, vt legi potest, *quia ibi vtrúmque iurauit,* vel etiam *iurauit illa duo?* Certè cùm in Hebræo verbum sit pluralis numeri, qui ad personas refertur; *illa duo* ad duo iuramenta, seu fœdera quæ imposito nomini ansam præbuerunt, videntur respicere. Ex distinctis enim ab Abraham Regi datis muneribus duo distincta manifestè apparent iuramenta. Et sic intelligendum existimo textum iuxta Hebræum,

Iuramētum in Bersabee inter Abrahā, & regem Abimelech duplex fuit & quale.

B *Quia ibi iurauerant duo illa.* Confirmatur ex repetitione secundi pacti: *Et inierunt fœdus pro puteo iuramenti.* Quamuis Hebræa videantur solùm huius duplicis fœderis notare locum: *Et percusserunt fœdus in Beersebah.*

Postquam autem per solemne iuramentum firmata est mansio, simul cum amicitia Regis; statuit Abraham aptum diuinis laudibus locum in eodem, in quo iurauerant agro iuxta illius temporis ritum præparare. Proinde mox subiungitur: *Abraham verò plantauit nemus in Bersabee, & inuocauit ibi nomen Domini* [a]. Vnde Caietanus optimè dixit, illum locum fuisse quasi

a Vers. 33.

C oratorium & templum ad colendum Deum, tam ipsi Abrahæ quàm domesticis eius: ego autem dico, quàm discipulis eius sodalitatem profitentibus: qui, sicut Heber, & eorum eiusdem instituti antecessores, valdè affectabant in syluis nemoribúsque diuinas agere laudes, & psalmodiam celebrare solebant: idque præsertim (vt arbitror) propter echo, ac vocis resonantiam, quæ in huiusmodi locis summæ voluptatis est, mouétque cantantium deuotionis affectum: maximè si cum psallentium harmonia iungatur æmulatæ philomelæ, & aliarum auium garritus. Hanc priscam simplicitatem pessimus alter æmulus Satan facilè paulatim fruticis (qui viscus dicitur) superstitione fœdauerit, vt dictarum auium minurizatio tanquam pia honoraretur, & coleretur in visco, quòd est frutex, qui ex turdorum potissimùm fæce super arborum quarumdam ramis delapsa, & à sole cum humiditate quadam feruefacta nascitur, & viret per totam hyemem: quo tempore olim Druydæ illud magna cum solemnitate, ac deuotione certa die legere solebant: vnde vetus dictum in Druydarum regione, *Au guy, l'an neuf:* q. d.

Nemora & sylua cur ab antiquis eligebantur ad inuocandum ibi nomen Domini.

D

Druydarum superstitio erga viscum vnde habuit initium.

Au guy l'an neuf.

Digitized by Google

Ad viscum, nouus enim incipit annus. De visco sic Poëta[a],

a Æneid. 6.

Quale solet syluis brumali frigore viscum
Fronde virere noua, quod non sua seminat arbos.

De huiusmodi locis nemorosis, in quibus inuocari solebat nomen Domini, non semel agimus in Commentariis nostris[b]. Hinc factum fuisse iam notauimus[c], vt cùm sæpe legimus lucos (Heb. *Aseroth*[d]) fuisse succisos, aut igne combustos, vel aliquem fecisse sibi Aseroth, aut sibi consecrasse, id multi post editionem Latinam de lucis & nemoribus, quæ idololatræ idolis suis consecrarent, interpretentur. At, si pro instituto præsenti liceret, facilè possem ostendere, multa, quæ de huiusmodi lucis dicuntur, minimè illis conuenire posse: sed nomen Aseroth in plurali numero significare statuas Ecclesiæ (in forma mulieris quæ lunam habeat sub pedibus, & in capite eius coronam duodecim stellarum[e]) repræsentatiuas, quæ præ foribus *Bamoth*, seu excelsorum, id est, locorum sacrorum de more antiquo ponebantur ad denotandum loca esse sacra. Circa quas statuas cum multi fornicarentur, sæpe eas à Regibus succisas combustásque fuisse legimus: ab aliis non ablatas, prout non ita necessarium esse videbant.

b Iob. 15.34. & 16 20.
c lib. 1. cap. vlt.
d Deut. 7 5 12.3. 3. Reg. 14.15 2. 15. 13.
e Apoc. 12. vide hic supra lib. 1. c. 19.

Quæ quidem sacra nemora sunt illa excelsa multa, in quibus etiam iuxta legem Moysi haberi poterat *memoria nominis Dei*[f], hoc est, propitiatorium cum Cherubis: & in quibus sacrificare nunc permissum ac licitum, nunc prohibitum fuisse legimus. Quod quomodo intelligendum sit ibidem elucidamus.

f Exod. 20. 24.

Excelsa de quibus sæpe Scriptura, quid sint.

Interim agnoscant hîc Gentiles, ea quæ ex sacris scripturis furati sunt, falsísque diis, quod vero Deo optimè dedicabatur, iniquè tribuerunt. *Hoc facere quondam numinum templa*, ait Plinius[g], *priscóque ritu simplicia rura, etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant: nec magis auro fulgentia, atque ebore simulachra, quàm lucos, & in iis silentia ipsa adoramus. Arborum genera numinibus suis dicata perpetuo seruantur: vt Ioui Esculus; Apollini Laurus; Mineruæ olea; Veneri myrthus; Herculi populus.* Quòd autem longè ante Abraham iste sub quercubus, & in nemoribus Deũ colendi ritus esset in vsu apud Dei prophetas, colligitur ex iis, quæ antea[h] diximus de Hebere eiúsque discipulis, qui primi incoluerũt ciuitatẽ Hebera, id est, Hebron, quæ quercubus abun-

g lib. 12. c. 1.
h lib. 2. c. 7.

Digitized by Google

A dabat ante Abrahami tempora, necnon alia circa eam loca, vt montes Hebrim, id est, Hebræorum. Patet etiam ex iis, quæ diximus [a] de Druydis nostris, qui in syluis sub quercubus orationes & sacrificia faciebant. Quod à nullis aliis didicisse potuerant, quam à Gomeritis Noë nepotibus, qui primi post diuisionem linguarum Galatiam incoluerunt: ex qua Druydæ trahunt originem.

a lib. 2. c. 19. *Querceta olim erant loca, quæ eligebātur ad inuocandum Deum.*

Ad inuocandum ergo nomen Domini, more filiorum Dei plantauit Abraham istud nemus in loco, vel iuxta locum, qui dictus est Bersabee ad instar illius *querceti Mambre, vbi ædificauerat altare Domino* [b], diúque priùs habitauerat, & vnde venerat in hunc locum. In quo habitauit annis circiter 36. Nam cum Isaac descēdisset de mōte, in quo paratus fuerat ad sacrificium, annum agens 35. (vt vidimus.) Tunc *reuersus est Abraham ad pueros suos, abierúntque Bersabee simul & habitauit ibi* [c]: nimirum per spatium circiter vnius anni: post quem inde egressus paulò ante mortem Saræ habitauit in conualle Mambre iuxta Hebron: sicut iam exposuimus [d], & à Moyse dicitur, quod *Sara mortua est in ciuitate Arbee, quæ est Hebron in terra Chanaan: venítque Abraham, vt plangeret & fleret eam* [e]. Proinde bene scripsit Seuerus Sulpitius [f], Abrahamum quando mortua est Sara, habitasse in Hebron quocúnque tempore illuc regressus sit.

B

b Gen 13.18

b Gen. 22.

c Cap. 1.

d Gen. 23. 2.

C

e lib 1. Hist. sacræ.

Solet autem quæri, vnde tunc venit Abraham, vt fleret Saram? *Propter hoc*, ait Abulensis [g], *quidam Hebræi dixerunt Abrahamum ab immolatione venisse, & in reditu reperisse mortuam Saram, exanimatam nuntio immolationis.* Sed hanc fabulam destruit Scriptura, quæ digressos ex monte Moria ait venisse Bersabeam, ibíque habitasse. Alij dicunt, dum migrarent ex Bersabee antecessisse Saram, & cōtracta ex itinere ægritudine, breui, morte sublatam, móxque venisse Abrahamum, & mortuam planxisse. At solemnis, de more, fuit Abrahæ planctus. Abulensis ait, venisse vt plangeret, quia sepulchrum erat in agro extra ciuitatē, ideóque domo & vrbe exiuisse in agrum ad plangendum. Ego simpliciter verbis Scripturæ adhærens, Saram intra ipsam ciuitatem mortuam esse dico: quod notauit Moyses, vt sciremus illam non in tabernaculis iuxta conuallē Mambre, in quibus Abraham cum sua familia habitabat, obiisse: sed in ciuitate, ad quam vel Isaac, vel amici ciues, cùm cœpit ægro-

f in Eccli. cap. 26 16. *Abrahā vnde venit vt Saram mortuam fleret.*

D

Sara moritur in ciuitate Hebron.

Digitized by Google

tare eam deportari curarunt, vt sanitati eius ac senectutis infirmitati prouideretur. Cùm autem nuntium de morte eius ad Abraham delatum est: ex conualle, seu querceto Mambre venit in Hebron, vt fleret mortuam: in qua eadem vrbe, vel prope illam proceres, & Principes sua habebant sepulchra: Abraham autem, cùm velut aduena esset apud illos, non petit vt sepeliat mortuam suam in eorum sepulchris; sed vt inter eos tanquam ciuis ius habeat sepulturæ. Quo illi concesso emit ab Ephron Seoris filio & inter Amorrhæos principe Sichimita agrum extra ciuitatem, in quo erat *spelunca duplex*, quæ *respiciebat*, id est, B erat è regione, *Mambre*[a], ibíque sepeliuit vxorem suam. Et postea reuersus est in Bersabee, iuxta locum, in quo tunc manebat Isaac, qui post mortem matris dicitur habitasse in terra Australi[b], vbi erat locus qui vocatur *puteus viuentis & videntis*[c]: ibíque etiam post mortem patris habitauit[d].

a Gen. 23. 17. b Gen 24. 62. c Gen. 16. 14. & 24. 62. d Gen. 25. 11

Ex quo Isaac discessisse non videtur, sicut nec Abraham à Bersabee, aut à filio fuisse longè seiunctum, donec paulò post nuptias Isaaci cum Rebecca, cùm esset annorum 141. accepit Ceturam in vxorem, cum qua mox regressus in Hebron, ibi mansit vsque ad mortem, dulcissimo Heberis prophetarum principis fruitus contubernio: qui 64. annis superuixit Abraham, & cùm vixisset 464. annos, vita functus est. C

Hîc obiter, ac breuiter, pro nostro modulo, placet obscura B. Stephani[e] verba exponere, qui de hoc ipso agro ab Abraham pro sepultura Saræ empto ab Ephron Seoris filio 400. siclis argenti, multo aliter sic loqui videtur: *Patres nostri in Aegypto mortui translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filij Sichem.* Vbi Amorrhæi, phrasi Hebraica, vocantur filij Hemor, quia ab Hemor, vel Emor ortum habuerunt: similiter filius Sichem pro Sichimita sumitur, nam Ephron filius naturalis Seor, ex vrbe Sichē oriundus *habitabat* in Hebron, *in medio filiorum Heth*, id est, inter Hethæos, vt loquitur de eo Scriptura[f], quando Abraham interuenientibus Hebronitis ciuibus speluncæ duplicis agrum dicto pretio sibi ab eo cōparauit. Cùm ergo dicūtur patres in Ægypto defuncti translati fuisse in Sichem, hoc nomen non sumitur præcisè pro vrbe, vel regione Sichimorum: sed pro illo agro iuxta Hebron, qui pertinebat ad Ephrō Seoris filium, qui cùm D

e Act. 7. 16.

f Gen. 23. 10.

Digitized by Google

ex Sichem esset oriundus, tunc apud Hethæos in ciuitate Hebron habitans illius agri dominus erat & possessor. Sic autem B. Stephanus loquitur, vt Dei commendet prouidentiam, qua factum est, vt Israelitæ principes, qui Israëlis patris tempore Sichemitis tantopere erant infensi, locum honorabilem sepulturæ haberent in agro Sichemorum. Sic concisè meam super quæstione perardua profero, doctiorúmque iudicio submitto sententiam.

B

CAPVT VI.

De peregrinatione & virtutibus Isaac, & de loco ac modo, quo Rebecca consuluit Dominum pro infantibus, in eius vtero pugnantibus.



RIMÒ consideratione dignum est, quòd quintodecimo post mortem Abrahæ patris, anno, Isaac nonagenarius orta fame, in
C regione, in qua manebat, statuit ire in Ægyptum cum vxore Rebecca, sed impeditus à Deo est; qui non vult eum alibi multiplicare tabernacula, & loca sacra, quàm in illa terra, in qua iam ei dixerat vt habitaret, nempe in Chanaan. Sic enim intelligendum censeo illud ei dictum: *Quiesce in terra quam dixero* (in Hebr. est futurum pro præterito *dixi*) *& peregrinare in ea*[a]. Ratio mox subditur: *Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has.* a Gen. 26. 1. 3.

Iuuat autem scire, vbi habitarit Isaac, quando ista orta est
D fames. *Si terra Australis* (*quæ dicitur puteus viuentis & videntis*, & in qua morabatur, quando cum Rebecca iniit connubium[b], & etiam post mortem patris Abraham[c]) eadem est cum terra Australi, iuxta Geraram[d], vt existimare videtur Hieronymus[e], & in qua erat locus, qui duplici iuramento seu fœdere inito ab Abrahamo cum Rege Geraræ Abimelech dictus est Bersabee, vt vidimus in præcedenti capite: verisimile non est, ibi habitasse quando propter famem iter aggressus est versus

b Gen. 24. 62.
c Gen. 25. 11
d Gen. 20. 1.
e in Tradit.

Digitized by Google

a Gen.26.1. Ægyptum, & *abiit ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara* [a]. Ista enim verba non proximum Bersabee, sed remotiorem locum indicant. Deinde non *interrogatus fuisset à viris loci illius* (Geraræ) *super vxore sua*, nec ignorare Rex Rebeccam non sororem, sed vxorem Isaac esse [b], quam ex vicinitate optimè nouisset. Adde, cùm dicitur, quòd Abimelech *prospiciens per fenestram vidit eum iocantem cum Rebecca*, idque cùm ibi moratus fuisset per dies multos [c], denotari, quod ipse velut peregrinus & transiens morabatur in ciuitate; quod non fecisset, si proximum tunc in Bersabee habuisset domicilium.

b ibid.v 7. & 8

c ibid v 8.

Locus Bersabee dictus non est locus putei viuentis & videntis.

B Proinde censeo, locum Bersabee prope Geraram, non illum esse, qui dicitur, *puteus viuentis & videntis*, licet vterque sit in Australi plaga terræ Chanaan: sed istum, in quo Isaac ante, & post mortem patris habitabat à ciuitate Gerara aliquantò distantiorem versùs desertum Sur extitisse: ex quo, orta fame, iter aggressus, vt iret in Ægyptum, transiens per Geraram, relicta Bersabee (fortasse, ne suis asseclis fame, etiam vexatis molestus esset) mansit in ciuitate per multos dies. Vbi apparuit ei Dominus, & ait: *Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra, quam dixero tibi: & peregrinare in ea* [d] iuxta Hebr. *peregrinare in terra hac.* Cui mandato obtemperans, in Bersabee, in qua pater eius spatio 36. annorum mãserat, deinceps habitauit. Et hoc volũt ista verba: *Seuit autem Isaac in terra illa*, &c. *habuit quoque possessiones ouium & armentorum & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palæstini omnes puteos quos foderant serui patris eius Abrahæ* (cùm esset in Bersabee) *illo tempore* (quo ibi manebat Isaac) *obstruxerunt implentes humo.* Sic nempe iuxta verbum Domini malè tractatur semen Abrahæ in terra aliena, vel etiam in Isaac. Quem insuper Rex Geraræ coëgit inde discedere ad torrentem Geraræ: vnde iterum exiens, ad locum Bersabee regressus [e], & ad mortem vsque moratus est. Itaque saltem à quadragesimo vitæ suæ anno, quo Rebeccæ matrimonio iunctus est vsque ad 95. circiter annum, quo ista in Geraris & Bersabee mora contigit, hoc est spatio 55. annorum habitauit Isaac in loco iuxta puteum viuentis & videntis: & deinceps in Bersabee vsque ad mortem, hoc est spatio 85. annorum. Sed ad priora vitæ eius tempora redeamus, & quædam de illo celebriora notemus. C D

d Gen 26.2.

e ibid.v. 23.

Cùm esset annorum circiter 35. viuente adhuc Melchisedech

(qui Rex Ierusalem & summus Ecclesiæ Dei Pontifex solebat offerre Deo Altissimo panem & vinum in sacrificiũ, quod erat figura sacrificij incruenti corporis Christi sub speciebus panis & vini) ductus est à patre Abraham ex dicto Bersabee loco in Ierusalem, atque ibidem in monte Moria ligatus, ipso etiã consentiente, & incredibili animi fortitudine seipsum disponente ad mortem, ferè iugulatus à Patre, & immolatus est: vt vtriúsque sacrificij figura, ordine, loco, & tempore responderet veritati, qua Christus in eodem loco, primò quidem incruentè, & B paulò post cum proprij effusione sanguinis seipsum hostiam Patri obtulit in sacrificium.

Isaac figura fuit Christi in multis.

Aliud quoque notandum, quod cùm esset quadragenarius, Eliezer Damascus non sine mysterio eligitur ab Abrahamo in mediatorem & pronubum coniugij Isaac cum Rebecca. Conueniebat enim vt ille, qui erat *filius domus vrticeæ*, & secundùm spiritum in Domino genitus ab Abraham, matrimonij eius qui ab Apostolo [a] dicitur filius secundùm spiritũ, tractaret negotiũ.

Eliezer cur eligitur pronubus matrimonij Isaac.

a Galat 4. 23. 28. 29.

Tertiò notandum, quod Isaac paternæ doctrinæ, ac filiorum Dei adhærens exercitiis, orationi & frequenti meditationi vacabat. De quo scriptum est: *Egressus fuerat* (tempore aduentus C futuræ sponsæ Rebeccæ) *ad meditandum in agro, inclinata iam die* [b]. *Significat*, ait Hieronymus [c], *secundùm illud quod Dominus orabat in monte, etiam Isaac, qui in typo Domini fuit, ad orationẽ quasi virum iustum domo egressum, & vel hora nona, vel ante Solis occasum spirituales Dei victimas obtulisse.* Patrem, scilicet imitabatur, cui Deus in forma lampadis ardentis apparuerat, cum eduxisset eum extra tabernaculum in agro: & cũ occubuisset Sol [d].

b Gen. 24. 63.

c in Tradit.

Isaac in oratione vespertina patrem Abraham imitatur.

d Gen. 15. 5.

Quartò, vt miranda prorsus Dei erga Isaac ex matre sterili natum promissionis filium eniteat prouidentia, vxor eius Rebecca viginti post connubium annorum spatio sine prole, sterilísque manet. Post quod tempus, (vt pluries ante fecisse dubiũ D non est) *deprecatus est Isaac Dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ* [e]. De qua subdit Moyses: *Sed collidebantur* (al. colluctabantur) *in vtero eius paruuli, quæ ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? perrexitque vt consuleret Dominum.*

e Gen. 25. 21.

Quantò autem in hoc loco, atque in aliis multis concisior ac breuior est Moyses: tantò magis suis temporibus tritã & omni-

Moyses quantò concisius scribit tantò

Digitized by Google

tunc magis omnibus notũ quod scribit fuisse videtur.

bus, quibus ista scribit cogni[tam] rem fuisse iudicare debemus. Nostrũ est ea, quæ tot retrò sæculorum elongantur interstitio, tàmque multiplici rerum vicissitudine velut opaca caligine nostris teguntur obtutibus, quantùm possumus elucidare. Et primò, Consulere vel interrogare Dominum nihil aliud est, quàm in rebus dubiis diuinum oraculum sciscitari, & consilium ab ipso Deo petere, vel mediatè per sacerdotes, prophetas, & alios, quos Deus ad hoc sibi facit familiares: vel immediatè per seipsum. Quo nihil frequentiùs in Scriptura [a]. Et hoc est quod Strabo [b] scribit de Moyse, προσδοκᾶν δεῖν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ δῶρον ἀεί τι καὶ σημεῖον τοὺς σωφρόνως ζῶντας, καὶ μετὰ δικαιοσύνης τοὺς δ' ἄλλους μὴ προσδοκᾶν. *Docebat eis, qui caste, ac iustè viuunt bona somnia offerri; debere itaque pro se, & pro aliis eos dormire in templo, & à Deo subinde aliquod donum, aut signum expectare, cæteris nihil sperandum.* B

Consulere Dominum quid sit.

a Num. 7. 89. 9. 8. Iudic. 13. 5. 20. 18. 2 Paral. 10. 14. 2. Par. 18. 4. 32. 31. Osee 10. 12. & alibi.

b lib. 16.

Quid ergo mirum, si Moyses, qui iuxta quod per traditionem didicerat, suos docebat Israëlitas, tam per se, quàm per alios dormiendo in templo, seu adyto tabernaculi, oracula à Deo sciscitari, nunc tam breuiter de Rebecca dicat; *Perrexítque ad consulendum Dominum?* Si per alios hoc fecit sancta mulier, an iuit in Ierusalem ad Melchisedech, vt volunt apud Lipomanum Eusebius & Gennadius, item Theodoretus ex relatione quorumdam, Procopius, Comestor, Lyranus, Abulensis, & Genebrardus idem ex Hebræorum traditione referunt? Et certè tunc viuebat Melchisedech. Potuit ire vel in Hebron ad ipsum Abraham mariti patrem, vel potiùs ad Heber tunc prophetarum choragum, & ibidem commorantem. C

Quo in loco Rebecca consuluit Dominum.

Sed vnde constat, dicet Salianus [c], ipsum tunc in hisce terris Chananæorum habitasse? Iam supra vidimus fuisse caput sodalitatis Hebræorum, in quibus remansit lingua sancta, & vera religio post diuisionem linguarum: deinde Sem esse Melchisedech, qui & rex Ierusalem, & summus Pontifex fuit. Proinde decuit, vt sicut iste mansit inter Chananæos ad obeundum munus suum in terra promissionis: sic ille ad conseruandum filiorum Dei, & Prophetarum sodalitium in eadem regione maneret, in qua semper remansit vera religio. Deinde vbi meliùs habitaret vir, tunc annorum 385. quàm in sua ciuitate Hebron, vel in loco suæ solitudinis Beth-hebera inter suos Enacim Hebræósque discipulos, qui in illis, & circa, locis morabantur? D

c An. mũdi 2198. n. 5.

Digitized by Google

A Potuit igitur Rebecca perrexisse ad Heberem summum pro-
phetarum in Hebron: *Verùm*, ait Theodoretus [a], *cum Patriar-* a quæst.71. in Genes.
chæ consueuissent in locis, in quibus habitabant, construere altaria quæ-
dam, verisimile est illam ad vnum ex istis supplicasse Deo, & ita no-
uisse quæ futura erant. Eadem videtur Diodori Tharsensis, &
Procopij Gazæi sententia, cùm aiunt Rebeccam recepisse se
in locum aliquem secretum domi orandi causa, & ibi consciam
factam futurorum. Quæ sententia probabilior quoque visa
est Pererio, Del Rio, & Saliano [b]: qui meritò credibile non b An. mūdi 2198 n.6.
existimat Rebeccam cum magna molestia, ferentem vterum
B tridui emensum iter & arduum ascendisse montem, cùm habe-
ret in promptu, vbi diuinum oraculum sciscitaretur, nullo ad-
huc loco in id munus destinato.

Quibus vltimis verbis minimè possum assentiri: tam pro-
pter illa quæ diximus [c] de antiquitate templorum, & de *valle* c lib.1.c.1.
Regis Melchisedecis [d], quæ & *Raphaim* sæpe dicitur, quos ple- d lib.1.c.10.
rúmque diximus fuisse Prophetas, per quos Dei consulebatur
oraculum: quàm ob id, quod Deus tam sæpe, támque fami-
liariter illis temporibus loqueretur, & appareret non solùm
Patriarchis, sed etiam eorum vxoribus, imò inferioris ordinis
C mulieribus [e]. Et cùm Moyses de consulendo Deo tanquam e Gen.21.17
de re tunc trita loquatur: cùm etiam non minùs ad hoc à pri-
mis mundi sæculis ordinati sint prophetæ, quàm sacerdotes ad
sacrificium offerendum, videamúsque in libro Iob [f], qui lon- f cap.4.13. 14.15. 15.11. 33.15.
gè fuit ante Moysen, plerúmque de oraculo Dei consulendo
mentionem fieri, vigerétque illis in locis, & temporibus verus *A primis temporibus fuerunt quædā loca sacra ad consulendum Deum.*
Dei cultus, vt ex præcedentibus constat: extra omne dubium
est, quod sicut fuerunt tunc quidam homines prophetæ, per
quos Deus interrogaretur, seu consuleretur, ita & quædam
sacra loca ad hoc ordinata.

Si autem quæratur quænam illa fuerint: dico, fuisse taber-
D nacula, & alia loca sacra, in quibus Prophetæ & filij Dei inuo-
cabant nomen Domini: vt in præcedentibus Abrahamum
plerúmque fecisse vidimus. Quemadmodum postea etiam
in Ægypto longè ante Moysis ortum erant ex tribu Leui sa-
cerdotes, qui *ascendebant ad altare Dei, qui adolebant incensum,*
& portabant Ephod [g] *coram Domino*, & sæpe (vt postea [h] vide- g 1. Reg. 2. 28.
bitur) ad consulendum Dominum. Ergo erant loca sacra an- h Cap. 11.

Digitized by Google

te Moysen. Moysis verò tempestate oraculum Dei erat in tabernaculo, in quo præsertim inuocabatur nomen Domini. Imò, tabernaculum Moysis factum est ad instar illorum, quæ priùs ex Patriarcharum traditione erant in vsu. Vt patet de illo, quo vtebatur Moyses, antequam Deus ordinaret illud magnificum, quod fecit Beseleel: in illo Aaron manna reseruandum posuit coram Domino [a]: in illo Iethro sacerdos obtulit holocausta, & cum cognato suo comedit Moyses coram Domino [b]: in illo Moyses Dei leges ac præcepta populo ostendebat: ibi referebat ad Deum populi petitiones, & Dei responsa reddebat: ibi denique Dominus cum Moyse *facie ad faciem loquebatur, sicut solet loqui homo ad amicum* [c]. Illud Iosue minister Moysis, quasi æditiuus obseruabat; in illud nubes insidebat, sicut postea in maius illud & augustius tabernaculum.

a Exod. 16. 33.
b Exod. 18. 12.
c Exod. 33. 11
Tabernaculorum sacrorum antiqua forma.

Talis ergo erat locus, quem adiit olim Rebecca, vt consuleret Dominum, dum pugnam duorum infantium in vtero suo sensisset: locum scilicet cultui diuino destinatum, vbi & diuinum responsum accepit, ait Salianus [d]: Sic optimè & sapienter, vir doctissime, reducis tuam memoriam, qua lapsus priùs agens de eadem Rebecca, dixeras, nullum tunc adhuc locum ad sciscitandum Dei oraculum fuisse destinatum: ac per te habeo intentum, tabernacula illa, quæ vel Abraham, vel nepos eius Iacob erexerunt ad inuocandum nomen Domini, ordinata esse ad sacrificandum, ad dandum leges & præcepta populis, ad referendum populi petitiones ad Deum, ad consulendum eius oraculum, ad loquendum facie ad faciem (vt de Iacob legimus [e], & de Abraham cogitare possumus) sicut solet loqui homo ad amicum. Quæ (vt postea Iosue Mosaicum) Iacob, quasi æditiuus adhuc iuuenis, seruasse videtur, qui *simplex*, ac religiosus, *habitabat in tabernaculis* [f]: in quæ nubes insidebat diuinæ maiestatis, sicut postea in Beseleelis augustum tabernaculum. Nam & in turbine seu nube Iobo sociisque prophetis Deus loqui solebat [g] 73. annis, antequam nasceretur Moyses. Ista omnia, vt *comedere coram Domino*, id est, participare sacrificiis, *ambulare*, id est, ministrare *coram Domino* [h], & alia multa sub hac phrasi contenta fiebant in illis tabernaculis coram arca, quæ, vt vidimus, iam erat in Ægypto

d An. mūdi 2544 n. 668.
Tabernacula antiqua ad quid ordinata.
e Gen. 32. 30.
f Gen. 25. 27.
g Iob. 38. 1. 40. 1.
h Gen. 5. 22. 24. 6. 9. 17. 1.

Digitized by Google

A coram qua aliquid facere dicebatur fieri coram Domino, quem repræsentabat: vel coram ardenti lampade, quæ *lucerna Dei* vocabatur [a], eo quod symbolum esset diuinitatis, vt antea [b] vidimus. Quò igitur perrexit Rebecca ad consulendum Dominum? Non aliò, quàm ad adytum & sacrarium ipsius tabernaculi, quod de more vel pater Abraham, vel ipse Isaac fixerat in loco iuxta puteum viuentis & videntis in terra Australi, vbi tunc ipsa manebat, vt nuper vidimus.

a Iob. 12. 5. 18. 6. 29. 3.
b Cap. 4.

Sed quo ordine, quóue modo se habuit ad consulendum Dominum? Hoc quærere nullatenus curiosum est, aut super-B uacaneum: sed potiùs vtilitatis plenum, ac pernecessarium ad multorum Scripturæ locorum intelligentiam, quæ vsque nunc (ausim dicere) iacuerunt in tenebris. Ad hoc autem quæsitum respondet per alium Abulensis, per se non audens tam inaudita proferre. *Secundùm Scholasticam historiam*, inquit, *dicitur quod Rebecca iuit ad montem Moria, quem locum sanctum esse credebat, vbi Abraham altare struxerat cùm voluit immolare filiū: & factis ibi victimis in holocaustum posuit se super pelles sacrificiorum ad dormiendum, vt in somnis à Deo veritatem audiret, sicut contingebat multis prophetis. Et ne phantasticis somniorum illusionibus* C *falleretur, sed à Deo nuda veritas patefieret (iuxta morem Gentium) folia lauri, quæ tripodes vocant, & folia agni casti, quæ est herba somniorum obuians phantasiis capiti suo supposuit: & sic dormiens à Deo responsum accepit, quod sequitur, &c.* Hactenus Abulensis.

Quo pacto Rebecca consuluit Deū.

Sed iure Rebecca sanctissima mulier, sanctissimíque vxor patriarchæ, cuius meritis, & intercessionibus ex sterili facta fœcunda est, sic mihi videtur conuenire posse Comestorem, auctorem, inquam, historiæ scolasticæ. O Comestor, à temetipso hoc non dicis; sed alij tibi dixerunt de me: at in hoc pes-D simè, vt non solùm adhuc viuentibus Melchisedech summo Pontifice, Hebere sancto propheta, & Abrahamo patre sponsi mei: sed præterea simul in Hebron, id est, non longè à nobis, habitantibus, Abrahamo, inquam, patre fidelium & fidei nostræ, omnis virtutis exemplari ad hoc in mundum à Deo misso, & præsertim in istas regiones, vt verum Dei cultum confirmando, & filiorum Dei ac prophetarum institutum propagando, & illustrando, omnem idololatriæ ac superstitionis

Rebecca iusta in Comestorem querimonia.

Digitized by Google

aditum præcluderet, verámque pietatem, in omnibus quidem, sed in primis ac potissimùm in filio suo dilectissimo Isaac sponso meo, in quo omnes gentes benedictionem accepturæ sunt, ex quo idolorum destructor acerrimus, ac totius mundi Redemptor ac reparator Christus filius Dei nasciturus est, medullitùs insereret, tantam ego voluerim impietatem admittere, vt consulendo Deum, Deum ad iracundiam prouocarem, & spurcissimis gentilium me polluerem inquinamentis?

Sic optimè & iustè Rebecca: quæ propterea nihil prorsùs veri Dei cultus didicit à Paganis, aut discere potuit, quorum B superstitio nondum in Chanaan radices egerat, vt iam notauimus[a]: sed potiùs Pagani longè posterioribus sæculis, quæ nunc ipsa piè vsurpat ad consulendum Deum, iniquè & impiè ad sua quæritanda assumpserunt falsa oracula. Dormiuit ergo Rebecca super ramusculos arborum, vel etiam lauri & agni casti ad veri Dei quærendum oraculum, ibique dormiens responsum quale in Genesi[b] legimus, accepit. Nihil tamen in hoc superstitionis admisit, vt mox apparebit.

a lib 2 cap. 21.

Rebecca dormiens super ramusculos ad consulendum Deum, nihil fecit superstitiosum.

b cap. 25.

C

CAPVT VII.

Quod Rebecca dormiens super ramusculos ad consulendum Deum, rem, tunc à Prophetis, & præsertim ab Abraham fieri solitam fecerit.



DIVINÆ gloriæ æmulus diabolus proprios Deo, & ab ipso sibi præscriptos honores semper vsurpare studuit, vt specie falleret D pietatis. Et tantò id libentiùs fecit, & faciliùs, quantò in sacris litteris sub breuitatis stylo, & obscuritatis inuolucro antiquos ritus ac mysteria profundiùs videbat abscondita: quorum veritatem facilè sub fabulis occultare, ac deturpare posse putabat. Cuius veritatis lumen propinquioribus Christi

Digitized by Google

A Christi sæculis ipsorum Gentilium perstrinxisse videtur oculos, cùm *ex libris legis* (id est, ex sacra Scriptura) *scrutabantur similitudinem simulachrorum suorum* [a]. Et hoc est quod Tertullianus [b] docet, illos ex iisdem Deos suos hausisse. De Theopompo & Theodecto Iosephus [c] memorat in profana ex sacris multa transcripsisse. Vniuerse Rupertus [d] admonet, atque per Saram significatum, quod ætate iam senili adeo formosa esset, vt eam alienigenæ vxorem appetiuerint [e]. Sed specialiter Clemens Alex. [f] tradit ex serpente, qui decepit Euam cultum serpentum deduxisse, ac *Euam* proclamasse in sacrificiis cum co-
B ronati serpentibus procederent. In alterius Clementis Recognitionibus [g] narratur de Simone Mago, quod multi essent Dij ipsam illum legem docuisse, causatum esse. Idem de igne perpetuo censeri potest, ob illum quem Deus iugiter ante se volebat ardere. Idem de Solis quadrigis propter illas Eliæ, qui nomine ipso refert ἥλιον *Solem*, vt obseruat Chrysostomus [h], Sedulius [i], Beda [l]. Idem de sortibus Virgilianis ac Prænestinis. Idem de nomine ipso *Iouis* ex *Iehoua*. vel etiam ex Elohim numeri pluralis πολυθείας, & de multis aliis.

Inter quæ celeberrimus ac creberrimus fuit ritus consulendi
C Deos cubando super arborum ramusculis. Vnde Tripus ille Delphicus seu Apollinis, & oraculum Dodonæum in Epiro, ad quem pertinet cortina aurea, quam Am. Marcellinus [m] vocat *mensulam instructam ad cortinæ similitudinem de laureis virgulis*. Similiter quod apud Esaiam [n] legimus Gentiles dormire solitos in psichomantæis [o], hoc est, in quibusdam templorum suorum locis, in quibus fiebat vaticinatio, & hauriebant responsa per somnium, verbi gratia in templo Serapidis, seu Plutonis, vt modum discerent, quo liberarentur à morbis [p]. Item Cicero [q] ait, Termaneum quendam Elysium; quum grauiter filij
D mortem mœreret, venisse in psichomantæum quærentem quæ fuisset causa tantæ calamitatis. Et vt de aliis rebus cognoscerent. vt in templo Æsculapij [r], Pasiphaes [s], Amphiarai Calliæ in monte Gargano [t]. Et de Ædesio testis est Eunapius [u]: de Latino Rege Virgilius [x]. De qua consuetudine Cyrillus Alex. & Hieronymus [y], qui meminit de cubatione super stratis pellibus hostiarum, & quod suomet tempore in fano Æsculapij Ethnici idem factitarent. Leo vero Castro citat Pomponium,

Mysteriorum sacrorũ veritatem cur & quomodo Sara studuit sub fabulis abscondere.

a 1. Macab. 3. 48.
b lib. de anima cap. 2.
c Antiq. lib. 12. c. 2.
d lib. 6. in Genesim c. 15.
e Gen. 20. 2.
f in Paræncsi.
g Lib. 1.
h Hom. 2. de Ascensione.
i in Carmine.
l quæst. 28. in lib. Regum.
m lib. 29.
n cap 65. 4.
o Aristoph. in Platone.
p Philostratus in Apol. de ipsa.
q 1. Tuscul.
r 1. de diuinat. de Spartano magistratu.
s Pausan in Baet.
t Strabo. lib. 6.
u in Ædesio.
x Æneid. 7.
y in cap. 65. Esa.

Digitized by Google

aliósque Geographos eadem tradentes de Lybiis, siue Africanis. Pluribus etiam aliis testimoniis idem ostendimus postea [a].

a c. 9. 10. 11.

Modus oracula consulendi apud Gentiles ex sacris Scripturis ortum habuit.

Quanto autem ista sciscitandi à Diis responsa consuetudo, ritus ac modus frequentior & vsitatior reperitur apud auctores tam sacros, quàm profanos: tantò credibilius fit, vnam fuisse ex præcipuis ceremoniis, quam veri Dei simia diabolus ex sacris veræ religionis ritibus furari voluit. Quemadmodum de multis aliis constat, vtpotè de lucis, excelsis, altaribus, sacrificiis, & aliis, quæ longum esset deducere. Insignis de hoc B Scripturæ locus est iste iuxta Hebræum: *Et ad me verbum furtiuè dictum est: suscepit auris mea pusillum ex eo, in ramusculis à visionibus noctis, in cadere soporem super Enoscim* [b]. Verba sunt Eliphazis prophetæ apud Idumæos sicut Iob: quæ protulit annis circiter 200. postquam Rebecca pro infantibus consuluit Dominum. Quibus intendit probare, se veram à Deo reuelationem accepisse: cuius breuiter quatuor describit circunstantias. Nempe, quod noctu, quod videre est in Samuele [c], & in Balaam [d], qui noctu Deum consulunt, retinentes apud se eos, qui ad se venerant. Ideo Deus apud prophetas sæpe dicitur, *se de nocte surrexisse* [e]. Nimirum, vt se consulentibus responderet. C Secundò quod tempore grauis soporis, vt solet euenire Enoscim, id est, prophetis, iuxta notata priùs [f] de sopore Abrahami: tertiò quod tenuissimo susurro, & ad aurem; quod denique sibi super ramusculos arborum decumbenti factum est. Susurrum quidem velut se exponendo vocat postea *sibilum auræ tenuis*: quod eloquutus propheta Esaias [g], semel & iterum per verbum onomatopœticũ צפצף *tsiphtsaph*, Latine verò fictum *tsiphtsitare* voluit exprimere cum dixit, *De terra vox tua, & à puluere eloquium tuum tsiptsitaba*. Similiter ficto vocabulo Ethnici postea vocarunt, *poppysma*, à verbo ποππύζω, quod est D sibilo.

b Iob. 4. 12. 13.
c 1. Reg. 9. 20.
d Num. 22. 8. 19.
e Ierem. 25 ; 26 ; 29. 19
f Cap. 4.

Sibilus auræ tenuis apud Gentiles dicitur poppysma.

g Cap. 8. 19. & 29. 4.

——— sortes ducet frontémque manúmque.
Præbebit vati crebrum poppysma petenti [h].

h Iuuenalis Satyr. 6.

Vbi Iuuenalis alia quædam habet de hoc Iudæorum ritu, & præsertim de isto ad aurem sibilo, ac de decubatione super ramusculos.

Digitized by Google

Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem
Interpres legum Solymarum & magna Sacerdos
Arboris ac summi fida internuntia cœli.

Notandum autem quod Sacerdos, & interpres legum Solymarum, id est, Iudæorum, ipsemet est Moyses, de quo nuper[a] Strabo dixit, quòd decubationes in templo (id est, tabernaculo) docuisset Iudæos. Ille ergo Moyses, inquit Iuuenalis, mendicat ad aurem fida internutia arboris & cœli: hoc est, oracula cœli per arborem. Sed quomodo hoc *fit per* arborem? Dicat Claudianus[b], B

——— *Cæsa Tomiri Iouis augure loco*
Arbore præsaga tabulas animasse loquaces.

Quid autem aliud sunt istæ tabulæ loquaces, quàm mensæ instructæ ad cortinæ similitudinem ex virgulis laureis, de quibus nuper Ammianus Marcellinus? Nihil, inquam, aliud sunt, quàm illi Tripodes, quos vocant Apollinis, qui teste Seruio[c], erant *mensæ in templo Apollinis Delphici, quibus superpositæ Phœbades vaticinabantur.* Explicat Strabo[d], *Oraculum,* inquit, *Apollinis aiunt esse specum altißimè depressam aditu non admodum lato. Ex eo Spiritum efferri furoris diuini efficacem: supra spiraculum tri-* C *podem situm sublimem: quo conscenso Pythiam, vbi Spiritum exceperit, versa solutáque oratione sortes pronuntiare,* &c. Ista sunt clathra, seu cancelli ex ramis arborum texti: de quibus Psaltes[e], *Si dormiatis inter duos cancellos,* &c. Sed quia ista ampliùs adhuc, opportuniúsque declaranda sunt; redeo ad ramusculos Eliphazis: cuius sicut & Rebeccæ temporibus, forsitan rami arborum, super quos Prophetæ cubabant nondum in modũ cancelli intexebantur: sed simpliciter super terram, vel super lectum decumbentis spargebantur.

Ramis arborum nõdum intertextis incubabant prophetæ prioribus temporibus.

At profectò vox Hebræa, qua vsus est Eliphaz notanda est, D nempe שְׂעִפִּים *Seghiphim,* quæ teneras arborum extremitates importat, & in alio eiusdem libri[f] loco in nostra editione Latina vertitur *cogitationes.* Quo passim modo sumitur ac transfertur ab aliis expositoribus in recitatis verbis Eliphazis: quasi per metaphoram cogitatio sit ramus cordis. Ideo Pagninus transfert, *inter cogitationes quæ oriebantur è visis nocturnis.* Altiùs tamen deducenda videtur ista translatio. Pomponius enim Sabinus exponens illa verba

——— *& mugire adytis cortina reclusis*[g].

a in præcedenti cap.
b in Paneg.
c Aeneid. 3.
d lib. 9.
e Ps. 67.14.
f Iob. 20. 2
g Æneid. 3.

Digitized by Google

Cortinare pro cogitare & ramusculi pro cogitationibus.

notat veteres Latinos *cortinare* dixisse, pro *cogitare*; & *cortinionem*, pro *cogitatione*: à nomine *cortina*, quod significat tabulã superimpositam Tripodibus Apollinis, quibus oracula reddebantur. Cum autem ista tabula sit clathrum ex ramusculis contextũ, super quod veri Dei propheta decumbebat, vt oracula sciscitaret, vt dictũ est: quis non perspicit antiquos illos Latinos imitari voluisse sacros scriptores Hebræos, apud quos viderunt ramusculos, super quos prophetæ decumbebant, & sanctas cogitationes, seu reuelationes, quas per illos quodãmodo hauriebãt, eodem appellari nomine? Sic per illam vocem alius Propheta B nomine Sophar dixit Iobo: *Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur*[b]. Quod nos sic bene ad verbũ reddidisse putamus: *Ad rectitudinem reuelationes meæ respondere facient me, & propter excitare meum in me.* Paraphrasis autem nostra sic habet: *Reuelationes mihi à Deo factæ non patientur me aliud tibi respondere, quàm quod rectum est, & iuxta internam Dei quam in me sentio motionem.* Alia quæ de hac ipsa voce dicere possemus sponte relinquimus at de ramusculis lauri, super quos specialiter dixerat Comestor Rebeccam recubuisse, pauca dicamus. Et primò quidem de illo frutice, qui & vitex à vinciẽdo, C & ab inuicta ferè ramorũ flexibilitate lygõ appellatur ab Heb. ערב *Ghereb*[c], & à Septuaginta ἄγνος χλαδὸς, id est, Agnus castus. Iste frutex sic Græcè dici putatur quasi ἄγονος, quod calore & siccitate sua genituram dissipet: huius foliis ramusculisque cubitũ sibi sternebant matronæ Athenienses in Thesmophoriis, id est, Cereris sacris pudicitiæ cõseruãdæ causa: vt scribit Dioscorides.

b Iob. 20. 2.

c Leuit. 23.

Lauri in ramusculis cur prophetæ decumbebant.

De lauro autẽ Pierius in Hieroglyphicis[d] legisse asserit apud Serapionem Ascalonitam lauro ad dormientiũ caput apposita vera videri somnia idipsumque Antiphonem, Philocrũ & Artemonem, qui de somniorũ interpretatione scripserunt, asseuerasse testatur. Et adfert Eustatij interpretamentũ, qui Daphnem D ideo dictam ait, quod δα intẽtionis particula, & φωνεῖν quod loqui, & canere est, in compositionem accedant. Apud Hesiodũ interpres Theogoniæ laurum ait ἐνεργεῖν πρὸς τοὺς ἐνθουσιαζομένους, *efficacem esse ad afflatum poëtici furoris.* Vnde tripodes Apollinis circumamicti lauro: vt patet ex eo, quod ille per Pythiam ex coronis respondere dicitur Aristophanes[e],

d lib. 50.

e in Pluto.

Τί δῆθ' ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων.
Quid porro Apollo sortitus est ex coronis.

Digitized by Google

A Vbi Scholiastes, ἐπεὶ οἱ τρίποδες δάφνῃ ἦσαν ἐστεμμένοι, *Quandoquidem Tripodes erant lauro coronati.*

Videamus ergo quid de hoc Scriptura nobis indigitet. Et quidem adduci possunt illi duo Psalmorum tituli, in quibus duo insignes cantores, qui & Prophetæ, *videntésque in sermonibus Domini* appellantur, *Eman* & *Ethan*, vocantur *Esrahitæ*, quasi diceres *Laurati*, vel *Laurentij*. Prior titulus affigitur Psalmo 87 & talis est: *Filijs Chore in finem, pro Maheleth ad respondendum, intellectus Eman Ezrahitæ.* Alter est in sequenti Psalmo 88. in quo specialiter agitur de choro filiorum Dei, id est, Prophetarum

B psallentium, in quorum medio apparebat Deus in columna nubis[a]. Huius Psalmi titulus est, *Intellectus Ethan Ezrahitæ.* Et in vtróque significatur psalmum cantari debuisse ad sensum, seu mentem, & intelligentiam Emani & Ethani. Idémque dicendum de alijs, in quibus præponitur ista vox *intellectus.* a Psal. 88 7. & 8.

Sed cur isti duo viri vocentur Ezrahitæ vix reperitur, qui exponendo plenè satisfaciat: & variat admodum huius nominis lectio apud Græcos, quos Latini sequuntur. Græcè enim alicubi legitur αἰμὰν τῷ Ἰσραηλίτῃ, *Aeman Israëlitæ*: alij legunt

C *Iezraëlitæ*, alij *Iezraitæ*: sed vera lectio & germana est *Ezrahitæ.* Caietanus post alios Hebræos apud Lyranum, *Ezrahitam* nomen patriæ *Ezrai* vult esse, sicut *Anathothites* Ieremias cognominatur. Vatablus & Sa, ante quos Græcum, quem credit Agellius, Eusebium, dicentem citat id sibi traditum ab Hebræo quodam, quia Heman erat filius Ezræ. At nomen proprium huius prophetæ scribitur עזריה *Ghariah*, vel עזרא *Gherza*; illud verò nomen האזרחי *Ezrahhi*, id est, *Ezrahitæ.* Alij quasi stirpem & originem aliorum multorum, quia זרח *Zarahh* oriri est. Alij alia dicunt: sed vix ali-

Ezraita, id est, Laurentij nomē, cui prophetis attributum.

D quid ex eorum dictis solidum colligitur. Ego quod sentio verisimillimum libenter dixerim.

Puto, hoc nomen appellatiuum esse, ac commune tam Heman & Ethan quàm aliis, & diriuari ab אזרח *Ezrahh*, quod arborem significat, quæ ob suam pulchritudinem, & virorem manifesta est; inquit Rabbi Kimhi, quam alij laurum esse dicunt, etiam in illo Psalmistæ[b]: *Vidi impium superexalta-* b Psal. 36 35.

tum, & eleuatum sicut cedros Libani: iuxta Montanum & alios, *terrificum & diffundentem se, sicut laurus viridis*. Nomen ergo *Ezrahita* deducetur ab *Azrahh*, quod est Laurus: quasi diceres *Laureatus*, vel *Laureosus*, vel etiam *Laurentius*, vel *vtens Lauro*. Quemadmodum apud Ethnicos Vates dicebantur Δαφνηφάγοι, id est, *Lauri manducatores*: non solùm eo quod ille dixerit,

——— *laurúmque momordit.*

& Sybilla apud Tibullum

—— *sic vsque sacras innoxia lauros*
Vescar:

Verumetiam ex Sophoclis Cassandra de vate dicentis δάφνην φαγὼν ὀδοῦσι πρόιετο, *Laurum dente comedens vendebat sermonem*. Similiter Heman & Ethan cognominabantur *Ezrahitæ*, id est, *Laureosi*, vel *Lauro vtentes*, eo quod essent Consultores seu prophetæ, & tanquam huiusmodi solerent decumbere super lauri ramusculos, vel super clathra lauri ramusculis intertexta, vt puriora essent eorum somnia: in quibus Deus voluntatem suam ostendebat & manifestabat eis. Quod inde colligo, quia Heman appellatur *videns Regis in sermonibus Dei*[a]. Quasi diceres: Erat propheta, qui solebat pro Rege, vel cum Regis vrgebant negotia, consulere quid Deus per oraculum responderet. Idem existimo dicendum de Ethan, qui eodem dabatur cognomine.

A lauri ramusculis quidam prophetæ dicebantur Laurentij.

a 1.Paral.25.5.

Quæ expositio roboratur ex eo, quod apud Lombardum citantur codices habentes Græcè αἰθὰμ τῷ ὁραχλήτῃ: quod vltimũ nomen verbale est, videtúrque formari ex duobus verbis ὁράω, id est video, & κλητεύω, hoc est testimonium denuntio, testis sum in ius vocationis. Et ita ὁραχλήτης idem valeret ac *videns testimonium*, vel *testis videns*. Vnde sumptum existimo nomen Latinum *Oraculum*, potiùs quàm ab oratione: licet Tullius dicat oracula ex ipsa appellata, quæ inest Deorum oratio. Nisi per orationem Deorum testimonium seu responsum oratione & verbis redditum intelligamus. Et certè propitiatorium super arcam positum, & quod erat oraculorum Dei locus passim vocatur testimonium. Propter quod tam arca, quam tabernaculum dicuntur arca, & tabernaculum testimonij.

Oraculi nomẽ vnde dictum.

in Topicis.

Heman ergo & Ethan dicerentur ὁραχλῆται, quia in somnis

A & visionibus testimonium Dei, cuius responsa petebant, contemplabantur: Ezrahitæ verò, hoc est Laurentij, vel Laureosi, quia super lauri ramusculos decumbentes Dei responsa & oracula mendicabant. Quod si Heman est Moyses, Ethan verò, ad cuius mentem cantabatur Psalmus 88. qui de Christo totus est, fuit Abraham, vt vult D. Hieronymus[a], nihil mirum, si Rebecca vt consuleret Dominum, dormiuerit super ramusculos lauri: nihil enim aliud faciebat quàm quod patrem Ezrahitam, & laureosum Abraham sæpe viderat facientem, & ab illo facere didicerat. Et sic propriè *consulebatur Deus per somnia*[b], à quibuslibet personis, etiam fœminis.

B

Porro, anno decimo quinto ab hac Rebeccæ consultatione sanctus pater & Patriarcha Abraham vita functus est. Mirum autem iure videri potest, cur ante mortem suam Isaac dilectissimo filio non benedixerit, cùm non minùs id facere debuisse videatur, imò multò magis, quàm postea Isaac primogenito suo Esau, vel potiùs minori filio Iacob. Sed nec scriptura illud tacuisset. Ratio huius rei apud me est: Quod cùm Isaac filius benedictionis esset, in quo omnes gentes benedictionem accipere debebant, quique tot modis, ac priuilegiis illustris apud

C Deum, multifariam Christum filium Dei naturalem repræsentaturus erat, at in hoc maximè, quod esset summus Pontifex, & sacerdos secundùm ordinem Melchisedech: non potuit Abraham Isaacum, sicut Isaac Iacobum frumento, & vino stabilire, eo quod non esset sacerdos secundùm ordinem Melchisedech, sicut erat Isaac. Qui sanè hoc sacerdotium accepit ante mortem Abrahæ: qui diligenter curauit, vt vel ab Hebere, vel ab ipso Melchisedech congruo tempore benedictione in pane, & vino consecraretur, vt pote cùm Isaac septuagesimum, Melchisedech verò 560. vitæ suæ duceret annum. Hæc sit mea de hoc simplex opinio.

D

Imò, quòd tunc Melchisedech sacerdos Dei altissimi, qui olim iuxta Ierusalem amplissimè benedixerat Abraham post oblationem panis & vini: quique Isaacum à patre paratum fuisse in sacrificium supra montem Moria, aliáque multa de eo miranda nouerat, de successore prouidere volens diuino afflatus spiritu aduocatis ad se Abraham & Isaac, isti quoque pro supremo in Ecclesia sacerdotio benedicere statuit. Et post oblatum

a in Tradit. Hebr. in 3. Reg. c. 4.

Abrahā dicitur Ezrahita eo quod vt cōsuleret Deum dormiebat super lauri ramusculos.

b 1. Reg 28. 6.

Digitized by Google

panis & vini sacrificium, cum quibusdam ceremonijs, vt pote manuum impositione, & osculo sancto, eam, quam à patre Noë, pro eadem dignitate receperat benedictionem, paulò amplioribus verbis Isaaco decenter induto, non sine ingenti de tanto successore gaudio solemniter, in tanto tabernaculo sacro largitus est, sub eadem forma, qua postea Isaac pro eadem dignitate, sic filium suum Iacob benedixit: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini* (ecce pro sacerdotio) pro authoritate ante addit, *seruiant tibi populi, & adorent te tribus, esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij* B
matris tuæ (id est, Ecclesiæ, nullum enim alium Sara habuit filium) *qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit*
a Gen. 27. 28. *tibi, benedictionibus repleatur* [a].

CAPVT VIII.

De Iacobo Patriarcha: De eius à pueritia pietate, qua motus est, vt fratris Esaü primogenituram emeret, per quam fieret sacerdos secundùm ordinem Melchisedech. C



DE Patriarcha Iacob acturi, primò obiter dicimus, quod Melchisedech, qui est Sem, Réxque Ierusalem, & supremus Ecclesiæ Pontifex, vita functus est, anno huius patriarchæ 50. mundi verò, 2158. Cúmque simus ostensuri quomodo patris Isaac, sed præsertim aui Abrahæ vestigia sequens, filiorum Dei, seu Hebræorum institutum D
valdè promouerit, ab illis inchoandum puto verbis, licet iam non semel expositis, *Factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis* [b].
b Gen. 25. 27.
Cùm autem ex præcedentibus constet filios Dei, quorum moderator, promotórque institutus à Deo fuerat Abraham [c], in tentoriis habitasse, iuxta quæ erant loca sacra diuino cultui dedicata, quæ dicebantur tabernacula, & non semel ostenderimus,
c Gen. 15. 19.

mus,

Digitized by Google

A mus, Iacob habitasse in tabernaculis cùm esset adolescens, nihil aliud significare, quàm propensum fuisse ad locorum sacrorum frequentationem; alioquin omnes parentes eius, qui sub tentoriis habitabant, dicerentur habitare in tabernaculis, si tabernacula in illa sententia non sumerētur pro locis sacris: Ideóque nullum assignaretur discrimen inter statum Iacob, & statum Esau, qui etiam habitabat in tentoriis.

Tabernaculum pro loco sacro sumitur.

Proinde, super hoc nobis diutius non est immorandum: sed benè quid in hoc loco importet vox Hebræa תם quam *simplex* reddidit interpres. Et quidem plerúmque importat simplicitatem, quæ opponitur calliditati, quæ non malè
B conuenit Iacobo, quem fuisse opportunum fraudibus satis declarat commutata vxor prima nocte nuptiarum, & eius merces à Laban decem vicibus immutata. Sed sanè in multò pluribus valdè, etiam prudentem illum comperio, & non sine quadam bona astutia: vtpote, cum capta opportunitate à famescente fratre Esau pro vilissima esca, vt primogenita sibi venderet, expoposcit: consentit Esau dicens; *En morior, quid mihi proderunt primogenita* [a]? Stolidus quidam hoc contentus responso, statim edulium lentis obtulisset, se primogenituræ iam dominum existimans. At non sic Iacob: sed quod premente fa-
C me dictum fuerat ab Esau, eiusdem firmari postulat iuramento.

Iacob quo sensu dicatur simplex.

a Gen. 25. 32. & 33.

Iacob mirabili præstans prudentia.

Secundò, quid stoliditatis comperitur, vel potiùs, quid non insignis prudentiæ, cùm non modica constantia relucet, tam in repugnando matri, sibi fratris benedictionem surripere suadenti, quàm in exequendo eius consilio, vt patris acciperet benedictionem? facilè est dare consilium: sed tam promptè, tam venustè, tam distinctè & opportunè illud exequi, mirabilis prorsus sapientiæ est. Idem dico, de modo quem tenuit (do-
D cente quidem eum Angelo) vt ouibus maculosis cum Labano ditesceret. Ita vt vel inde constet, quod si pluries defraudatus est à Laban, optimè id nouerat; sed exercendæ virtutis gratia, atque vt illum postea de iniustitia, & dolis meliùs argueret, faciliúsque confunderet, hoc dissimulauit. Cum qua etiam prudentia sese habuit, erga fratrem Esau ei occurrentem, vt mitteret ad illum nuntios cum muneribus, vt familiam suam per turmas disponeret: & vt, qui sine vllo apparatu bellico vel ar-

Digitized by Google

mis erat, armatum & quadringentis viris stipatum ad se venientem humilitate superaret, & gratiam, quam tandiu amiserat, sibi conciliaret.

Nomen simplex pro viro religioso sumitur.

Proinde cùm videam in illo virum prorsus Apostolicum, qui & prudentiam serpentis habeat, & columbæ simplicitatem, nomine *simplicis*, seu *perfecti*, quod vox originalis importat, virum religiosum intelligo. Quo sensu eadem vox accipitur in illo Psalmistæ [a]: *Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris.* Quem locum de filiis Dei, virísque religiosis præsertim intelligendum esse ostendimus aliquando [b]. Prædictis B ergo verbis vtriúsque fratris notatur status & vocatio: vt Esau venationi & agriculturæ deditus rebus intendat sæcularibus, ac bonis temporalibus: Iacob autem vir pius ac religiosus, in iis quæ sunt ad Deum vacaturus, iam loca sacra, & filiorum Dei tabernacula incipiat frequentare.

a Psal. 17.26.

b lib. 1. c. 9.

Inde deducas causam, cur tantopere affectauerit, & tam obnixè à fratre Esau petierit primogenituram quam rem sacrã esse sciebat (quam emendo, an peccauerit non immoror ostendere) & cur piissima eius mater tantam diligentiam, & studium adhibuerit, vt ea potiretur. Quem affectũ magnopere creuisse nõ est dubium ab eo tempore, quo vidit patrem à summo Pontifi- C ce Melchisedech solemniter benedici: cui consecrationi cũ matre adfuisse, tanta vtriúsque pietas vehementer stimulat ad credendũ: idque tantò magis, quantò tunc 10. annum agens prima deuotionis ingenitæ perdens argumenta, in illa solemnitate debuit ostendere, quàm libenter habitaret ac pro modulo, iam coram Deo æmularet, præsertim in tabernaculo Sem. At benedictionis eius mysteria breuiter exponamus.

Accessit & osculatus est eum: en sacrum Pontificis osculum: *statímque vt sensit vestimentorum illius fragrantiam*, effusio olei sacri super caput, ad fragrantiam vsurpata paulò post est in per- D sona Iobi [c], *benedicens illi ait*: Iuxta morem scripturæ, quæ immediatè sequũtur, formam benedictionis continent, vt notant Patres in illis Christi verbis, Benedixit dicens, *Hoc est corpus meum.* Principium ergo benedictionis Isaac incipit ab istis verbis, *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*, quibus declarat, non alium se velle benedicere quàm eum, quẽ elegit Deus: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abun-*

c Cap. 29. 6.

Digitized by Google

A *dantiam frumenti, & vini*: ista præsertim sacerdotem constituunt assignántque illi præcipuam sacrificij materiam cœlesti benedictione sacrandam; sic enim sæpè nomen *roris* in scriptura sumitur: quæ autem sequuntur auctoritatem & potestatem conferunt, *& seruiant tibi populi, & adorent te tribus*, id est, cuiuscúmque familiæ homines, *esto dominus fratrum tuorum*, nempe Ecclesiasticorum, vt mox videbitur, *& incuruentur ante te filij matris tuæ*, qui præter Esau nulli erant, & proinde videtur intelligere filios Ecclesiæ, id est, fideles, qui eũ reuereri debebant: B *qui maledixerit tibi*, & quæ sequuntur, nihil quàm benedictionis complementum important.

Secundò videndum, quid cum hac primogenituræ benedictione iuris acquisiuit. Abulensis[a] octo primogenituræ velut priuilegia notauit. Primùm, quod primogeniti erant sacerdotes: ideo tribus Leuitica sacerdotalis facta est, loco primogenitorum omnium, qui Deo dicati erant. Quod intelligendum est vt plurimùm, & non nisi postquam per patrum benedictionem, aut sacerdotum cõsecrarentur. Primùm probatur ex hoc quod multi fuerunt sacerdotes, vt Abel, Melchisedech, Iob & alij, qui tamen non erant primogeniti. Secundò patebit, mox ex be- C nedictione ab Isaac data à Iacobo, per quam constituitur sacerdos loco fratris Esau, qui sine tali benedictione nunquam fuisset sacerdos, quamuis esset primogenitus.

a in cap. 25. Gen n 76.

Primogenitura octo priuilegia.

Primogeniti quomodo erant sacerdotes in lege natura.

Secundum primogenitorum priuilegium fuit, quod primogenitus reliquos præcedebat in mensa, & lautiùs excipiebatur, vt constat de primogenito filiorum Iob[b], & de ordine, quo à Iosepho fratres eius in mensa dispositi sunt[c].

b cap 1.13.

c Gen. 43.33.

Tertiò cæteri fratres, à primogenito benedicebantur, & illi benedictionem cum humili corporis inflexione recipiebant: Vnde cum Isaac daret Iacobo benedictionem, *Incuruentur*, in- D quit, *coram te filij matris tuæ*[d]. Et hoc non simpliciter tanquam primogenito conuenit, sed tanquam sacerdoti, qualis per illa, & alia benedictionis verba constituitur: alioquin ante dictam benedictionem (si data fuisset Esau) ante Esau iam incuruatus fuisset Iacob, essétque superuacanea talis benedictio, nihil de nouo conferens. Et hoc iam exposuimus[e].

d Gen. 27.

e lib. 2. c. 3.

Quartò, veste pretiosa in festiuitatibus & actionibus solemnioribus vtebantur. Vnde dicitur de Iacob, *& vestibus Esau*

Digitized by Google

Vestes Esau valdè bona nõ primogeniti, sed sacerdotis erãt.
a Gen.27.29.
b Gen.37 3.

valdè bonis, quas apud se habebat domi induit eum ᵃ Dum plures audio vestes, quales postea Aaronis fuerunt; illas sacerdotium respicere censeo, non primogenituram. Aliorum enim filiorum vestes poterant esse pretiosæ, qualis videtur fuisse illa Iosephi polymita ᵇ: sed ista, formâ sacerdotalis erat, exquisitis etiam odoramentis perfundebatur, vt conueniret sacerdoti, qui oleo pretioso vngebatur. Quod non obscurè indicant illa verba, *statímque vt sensit vestimentorum fragrantiam, benedicens illi ait*, &c. Quasi ex hac sola tanquam peculiari fragrantia securus factus, quod esset primogenitus, cui tale (de more) competebat vestimentum, & ad hanc sacerdotij benedictionem accipiendam B solummodo erat (vt censeo) paratum, & affectatum, à matre sic odoramentis imbutum, ac diligenter seruatum, eadémque benedictione ex profano fiebat deinceps sacrum ac sacerdotale. Quem morem sectati postea sacerdotes ordinis Leuitici in vestitu suo consecrati sunt, & vestes sacras ad vsum suum applicatæ sanctificatæ, cum Moyses assumens vnguentum, & sanguinem aspersit super Aaron, & vestimenta eius, & super filios illius, & vestes eorum: sícque sanctificati sunt in vestitu suo: vt constat ex Leuitico ᶜ. Ita expono quod scribit Hieronymus: *Ex hoc loco*, inquit, *tradunt Hebræi primogenitos functos officio sacerdotum, & habuisse vestimentum sacerdotale, quo induti Deo victimas offerebant, antequam Aaron in sacerdotium eligeretur.* Cui opinioni valdè fauet, quod in Exodo ᵈ longè ante legem Iethro vocatur sacerdos (veri nempe Dei, vt cum doctioribus tenendum ostendo in nostris commentariis in Iob ᵉ) & de sacerdotibus fit mentio ᶠ. Sed præsertim de Iobo, qui veri Dei sacerdos erat, super cuius caput tanta fiebat benè fragrantis olei effusio, vt ipsam olei petram, id est, alabastrum in suo capite deferre videretur, ad instar vnctionis magni sacerdotis (qualem Iobum fuisse vidimus ᵍ, de quo Psalmista ʰ ait; *Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius.* Sic enim intelligenda sunt illa Iobi verba: *Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei* ⁱ, iuxta Hebr. *Et petra fusa mecum erat riuorum olei.* Hæc autem duo simul Scriptura coniũgit, *Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat* ˡ.

Vestes Esau valdè bona ante benedictionẽ Iacob non fuerant sacra.

c Cap 8. C
d Cap.2.16.
e Prælud 1. num. 4.
f Exod.19.22.24.
g sup.lib.2.c.10. D
h Ps.132.3.
i Iob.29.6.
l Eccl.9.8.

Digitized by Google

A Quintum primogeniti priuilegium erat, ait Abulensis, vt dominium quoddam in fratres haberet. *Esto dominus fratrum tuorum* [a]. Item, *Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui.* Quod & de dignitate sacerdotali intelligendum iam ostendimus [a].

a Gen. 27. 37.

a lib. 2. c. 3.

Sexto duplices partes hæreditatis consequebantur. Hinc est quod cum primogenitura è Ruben translata esset in Iudam & Ioseph, ille imperio in fratres donatus est, iste princeps duarum tribuum factus est.

Septimo, primogeniti redimebantur quinque siclis, quasi speciali ratione ad Deum pertinentes. At hoc non nisi post legem fuit occasione primogenitorum in Ægypto occisorum.

B

Octauo, à parentibus morientibus benedicebantur, vt sic gubernationi domus, quasi patresfamilias quodammodo (vel potiùs sacerdotes, vt iam vidimus) initiarentur: quò pertinet illud Isaaci ad Esau primogenitum, *Vt benedicat tibi anima mea antequam moriar* [b].

b Gen. 27. 7.

Quorum occasione verborum introducimur ad istius benedictionis perscrutanda mysteria. Et primo quidem Lectorem meminisse velim ac notare, quæ iam dixi [c], Mirum prorsus esse, quòd Abrahã nunquam dilectum filiũ suum Isaac benedixisse legitur, quod si fecisset, non tacuisset Moyses vel omisisset rem tanti ponderis. Rationem de hoc diximus, benedictionem istam nunc dari ab Isaac, tanquam à summo pontifice, qualis non erat Abraham.

c Cap. 6.

C

Secundò perspicio eximiam sancti Patriarchæ ac venerabilis senis prudentiam; qui licet viribus minimè se sentiret extenuatum (vt quæsitus à filio de venatione, & ab vxore ex duobus hœdis, non tam quo indigeat, aut qui cæcutienti salubris sit, quam *quo libenter* in perfecta sanitate *vescatur*, paratus cibus indicat) ait tamen Esau primogenito suo: *Vides quod senuerim & ignorem diem mortis meæ: sume arma tua, pharetram & arcum*, &c. [d] quasi dici mortis causatus incertitudinem, quæ cæteris mortalibus communis est: quamuis alia (vt quidem existimo) magis eum causa premeret, nempe, quod *caligassent oculi eius, & videre non posset* [e], quam non frustra Moyses breuitatis professor vix leuiter tetigit. Cùm enim Isaac esset Sacerdos Dei Altissimi (vt iam vidimus [f], & mox videbimus) nec

Isaac non tã vt morti proximus quàm quia cæcutiebat benedicere vult primogenitũ.

D

d vers. 2.

e vers. 1.

f Cap. præced. & lib. 2. cap.

Digitized by Google

ampliùs propter cæcitatem suo ritè fungi posset officio, tempus esse iudicauit, vt de idoneo in suo primogenito tunc 78. annorum, sed vegeto prouideret ministro, summóque sacerdote. Cuius officium ab istius benedictionis tempore, si non exercuisse Iacob, saltem habuisse non dubito.

Benedictio qua quis fiebat sacerdos secũdum ordinem Melchisedech, nõ dabatur nisi postquam benedicens comedisset panem, & bibisset vinũ.

Tertiò docemur, talem benedictionem dari non fuisse solitam, vel debuisse, nisi post epulum, vel conuiuium, in quo commederetur panis, bibereturque vinum (non dissimiliter ab institutione Eucharistiæ, quæ in pane & vino facta est, post mãducationem hœdi, vel agni paschalis,) vtrumque autem exprimitur his verbis: *Deditque* Rebecca *pulmentum, & panes quos coxerat, tradidit*[a]. *Quibus illatis dixit Pater, &c. quos cum oblatos comedisset, obtulit ei vinum, quod hausit* pater Iacob: iuxta quod panis edulium, & vinum haustum, ac statim post vtrumque Isaac initiatur sacerdotio secundùm ordinem Melchisedech: & quadrant verba symboli, cum post panis, & vini sumptionem (quæ à languente ac moribundo, nec decebat, nec debebat fieri, nec poterat) datur benedictio sub ista forma, qua sacerdos instituitur & sacratur: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini*, id est, panis & vini.

a vers. 25.

Isaac nõ nisi post edulium panis & haustũ vini, benedicit filiũ.

Benedictionis data ab Isaac forma.

Quæ verba præcipuam consecrationis fuisse formam inde colligitur: quod cum postea Esau cum lacrymis de surrepta sibi à fratre benedictione coram patre lamentaretur, & iterum benedici ab eo postularet, Isaac totam Iacobo à se datam benedictionem ferè propriis verbis repetens, declarat se in pane & vino manum illi imposuisse, hoc est, illum consecrasse. *Respondit Isaac: Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius* (Ecclesiasticos intelligit, nullum enim præter Esau fratrem habebat secundum carnem) *seruituti illius subiugaui.* Quæ verba solam in fratres Ecclesiasticos auctoritatem, potestatem & superioritatem important: sed quod subiungit sacerdotis consecrationem respectu sacrificij significare iam vidimus[b]. *frumento & vino* (id est, pane & vino, sicut *terra panis* pro terra frumenti dicta reperitur[c]) *stabiliui eum: & tibi post hæc fili mi vltra quid faciam?*

b lib. 2. c. 3.

c Iob. 28. 5.

Nec silentio prætereundum est, quod Isaac sic in fine filium Esau alloquitur: Tempúsque (al. tempus autem) *veniet cùm*

excutias & soluas iugum eius de ceruicibus tuis. Id est, non ampliùs seruias ei: sed tu quoque præsul ac Pontifex efficiaris illius potestati minimè subditus. Quod certè adimpletum est in posteris Esau, postquam ipse totius Idumææ dominus effectus est, & tota illa regio in amplissimum regnum erecta suos Pontifices habuit antequam Israëlitæ suum haberent Pontificem Aaron. Illo nempe tempore quo in Ægyptiaca seruitute degebant. Tunc enim in Idumæa verus Dei cultus vigebat admodum, & illius regni incolæ summum habebant Pontificem; B quorum vnus fuit Iob sanctissimus, qui seipsum vocat *iustum perfecti* [a]; quod nomen supremam in Ecclesia potestatem importare aliquando [b] diximus: nulli autem mortalium datum (quod pateat ex scriptura) quam Noë, qui verè summus erat Pontifex, cui successit Sem. a Iob.12 4. b lib. 2 c. 1.

Sed, inquies, cùm nemo det quod non habeat, à quo hoc sacerdotium, & sacerdotem secundùm ordinem Melchisedech consecrandi accepit Isaac potestatem? Respondeo, quod frequens affectata, ac stupenda Moysis in libro Genesis breuitas, maximè circa illa quæ suo tempore per traditionem sui optimè nouerant, locum dat coniecturis: quibus licet quæ absur- C dum non continent simpliciter lectori iudicanda proponere. Censemus ergo summum Ecclesiæ Pontificem Melchisedechum, qui promissiones à Deo de Isaac factas mirabilem eius conceptionem nuperque factam de eo in monte Moria ab Abraham ad sacrificium dispositionem, & alia de eo miranda non ignorabat, Abrahamo iam senescente, & id expostulante sacerdotem eum consecrasse, cùm Melchisedech 560. Isaac autem septuagesimum circiter vitæ suæ duceret annum, Iacob autem decimum: vt sicut Melchisedech, etiam in supremi Ecclesiæ Pontificis dignitate Christum referens, etiam ipsi Mel- D chisedecho in Pontificatu succederet. Quòd singulari eius continentiæ maximè conuenit. Siquidem, etsi omnes Abrahami benedictiones in eum transfusæ erant, nihilominus ad quadragesimum vsque annum vxore caruit: viginti insuper annos cum vxore sterili egit, & vnicam tota vita retinuit. Imò Eusebius [c]; *Dicitur*, inquit, *& Isaac postquam ex vna vxore geminæ prolis pater factus est, desiisse cum illa consuescere*: vt vel etiam ante legem, postquam summus Pontifex *virginem vxo-*

Isaac sacerdotio Melchisedechiano à Melchisedech initiatur.

c lib. 1. de dem. Euãg. cap. 9.


Digitized by Google

a Leuit. 21. 13. *rem inducere* [a] iubetur; Christum præfigeret, qui vnam tantum habuit sponsam eamque virginem, duorum populorum
b 1. Timot. 3. 2. matrem, nempe Ecclesiam. Ideoque vult Apostolus [b] Episcopum esse vnius vxoris virum. *Hinc etiam*, ait Hierony-
c Epist. 11. mus [c], *flamen vnius vxoris vir ad sacerdotium admittitur: flaminissa quoque vnius viri vxor eligitur: ad tauri Ægyptij* (id est, Apis) *sacra semel maritus assumitur.* Sed ad Iacobum filium Isaac redeamus.

B

CAPVT IX.

De Iacobi ab irato fratre Esau fuga in Mesopotamiam: de eius inde cum vxoribus, & ampla familia, reditu: & de Theraphim, quæ Rebecca sub se abscondit.



T ad ea quæ instituti nostri sunt breuiori compendio perueniamus, ac saltem huius C tertiæ mundi ætatis tangamus mysteria, plurima sanctissimi Iacobi totius Israëliticæ gentis Patriarchæ venerandi leuiter consideranda sunt discrimina. Siquidem inter innumeros, quos perpessus est, labores, varióſque vitæ vsque ad miraculum euentus, simul cum ipsius stupenda pietate, benignitate, prudentia, patientia, charitate, aliisque virtutibus perpulchra, & eximia antiquæ Ecclesiæ nostris occurrunt obtutibus insignia, quæ pensemus. Eiusdem ergo matris consilio, quo fratris Esau benedictionem surripuerat, vt irati fratris Esau D fugeret præsentiam, nec non vt *acciperet vxorem de filiabus La-*
d Gen. 28. 2. *ban auunculi sui* [d], cum vtriúsque parentis benedictione statim
e Ibid. v. 10. 11. 12. *egressus de Bersabee, pergebat Haran* [e]. *Cúmque venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere, post Solis occubitum, tulit vnum de lapidibus, qui iacebant, & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco.* In somnis autem vidit celebratissimam illam scalam, mysteriisque plenam, quæ præcipua in Ecclesia Christi sacramenta

menta

Digitized by Google

A menta continebat. Quo pacto Sapiens [a] ait, Dominum *ostendisse Iacobo profugo regnum Dei.* Nam ex diuina apparitione religiosum esse locum intellexit, & à Deo peculiariter electum, vt ibi honoraretur ac coleretur, vbi ante 163. annos auus eius Abraham audiuerat Deum sibi dicentem *Semini tuo dabo terram hanc* [b].

a Sap. 10. 10

b Gen. 12. 7

Sed religiosior redditur nunc ex tam illustri visione, in qua *dedit illi* Dominus *scientiam sanctorum* [c] nempe prophetarum. Deinde *tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum fundens oleum desuper* [d] iam longè ante vsitatum ritum de an-
B gulari templorum lapide constituendo nobis innuens. Ad quem paulò post Deus ipse Iobum conueniens alludit, dicens, *Super quo bases* [e] *terræ solidatæ sunt? aut quis dimisit lapidem angularem eius?* Et si pro tempore licuisset Iacobo, quadratum, bene dolatum, & altum seu eminentem erexisset ibi lapidem, illúmque suis insigniuisset stemmatibus, quemadmodum in lapidibus fundamentalibus, nec non in terminalibus etiam nūc fieri videmus. Nam 120 circiter post annis id consuetudine bene firmatum ostendit Iob his iuxta Hebræum verbis: *Numquid non interrogastis transeuntes viam? & signa eorum* (nempe, ta-
C bernaculorum, seu locorum sacrorum) *non dissimulabatis?* [f] Sed nostra super hoc consulenda sunt commentaria. Vbi ostendimus titulos Ecclesiarum iam inde sumpsisse originem.

c Sap. 10. 10

d Gen. 28. 18.

Lapidis angularis consecratio vetustissima est

e Iob. 38. 6.

Stemmata olim in lapidibus fūdamentalibus sculpta.

f Iob. 21. 29

Præterea, Iacob vngendo lapidem oleo, & sacerdotij sui iam fungitur officio, & antiquissimum sacrorum locorum ac templorum dedicationis vsum cum eadem ceremonia, præter Christi lapidis in fundamento Ecclesiæ positi mysterium nobis indigitat. Insuper votum emittit de decimis soluendis exemplo aui Abrahæ, qui eas de more Magorum soluerat summo pontifici Melchisedecho [g]. Pergit Iacob, & aliquot
D post diebus peruenit in Mesopotamiam, vbi duabus Labani filiabus (vni earum tantùm nupturus, nisi dolus interuenisset) Liæ, & Racheli matrimonio copulatus, ex eis, & duabus ancillis Bala, & Zelpha suscipit duodecim filios intra septem annos. Transactis autem viginti annis in Mesopotamia *surrexit, & impositis liberis, & coniugibus suis super camelos,* inscio socero, *abiit: tulitque omnem substantiam, ac greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan* [h].

Tituli Ecclesiarū vnde habeant initium.

g Gen. 14. 20.

h Gen. 31. 17.

Digitized by Google

a Ibid. v. 34.

In qua fuga *Rachel furata est idola patris sui.*[a] Vbi pro *idola* habetur Hebraice תְּרָפִים *Theraphim.* At ne quis cum Chrysostomo[b], & Ruperto[c], Rachelem accuset idololatriæ, aut maritum eius talium Deorum tolerantiæ malè & iniquè cum Iosepho[d] arguat: obiter quid de Theraphim sentio, dixerim. Et primò quidem, iuxta quod Rabbini censent esse instrumenta quædam ærea ad horarum partes internoscendas, seu esse Horologia, cylindros, astrolabia: vel quod Mercerus in Thesauro, in radice תרף *Tharaph*, hanc vocem deducit à verbo רָפָה *raphah*, quod significat requiescere, B *eo quod in loco vbi sunt posita dimittuntur, nec aliò transferuntur;* Item quod dicit, quosdam putare *fuisse imagines ad hominum similitudinem, quæ certis horis erectæ sub certa constellatione responsum ederent, quod influentiarum cœlestium capaces essent;* sic intelligendum putarem, quasdam fuisse figuras, quæ pro cuiusque libito & affectu, ex ære vel alia materia effictæ erant ad instar alicuius asterismi pro diuersitate figurarum cœlestium: nunc hominis, vt Orionis, Herculis, Geminorum, Virginis, Sagittarij, &c. nunc animalium, vt Arietis, Tauri, Cancri, Leonis, Scorpij, Capricorni, Hydræ, & si quæ tunc similes essent figuræ cœlestes (quasdam enim priscos agnouisse, colligi potest ex iam dictis[e], & ex libro Iob[f]) iuxta constellationem, quæ vel in illam influeret regionem, vel sub qua aliquis natus fuerat. C

b Hom. 57. in Gen.
c lib. c. 42.
d lib. 1. ant. cap. 18.

Theraphim quid sunt iuxta Rabbinos.

e lib. 2 cap. 18 & 19.
f Cap. 9. 9. 38. 31. 32.

Ita vt, quotiescúnque de futuris euentibus naturalibus cognoscere vellent in certo aliquo loco noctu, & sub dio illam figuram ita constituerent, vt vnaquæque pars suo cœlesti responderet prototypo, & secundùm quasdam Astrologiæ (qua tunc mirabiliter pollebant) regulas, eis vel traditione, vel propria experientia notissimas, quid per illius constellationis influxus hac aut illa cum alio signo concurrentia indicaretur, obseruarent. Quod sine peccato fieri posse videtur; atque sic accipi in illo Oseæ[g]: *Dies multos sedebunt filij Israël sine Rege, sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Theraphim:* cum hoc tamen discrimine inter Ephod (in quo erat *Vrim* & *Thumin*) & Theraphim: vt per ista cognosceretur, quid secundùm naturæ, & astrorum ordinem melius esset aut D

g Cap. 3. 4.

Inter Vrim, & Theraphim quodnam est discrimen.

Digitized by Google

A opportunius; per illud verò, ea quæ ſoli Deo nota erant, neque ex cauſis pendebant naturalibus. Nempe, ſi hoc vel hoc agere eſſet eius voluntas per *Ephodi applicationem*[a] diuino cognoſceretur oraculo. Propterea, non poſſum admittere huiuſmodi imagines *certis horis erectas ſub certa conſtellatione reſponſa, quod influentiarum cœleſtium capaces eſſent*, vt dictũ eſt, *edidiſſe* loquendo, ſed tantum indicando ad inſtar aſtrolabij: & ſic nomen *Theraphim* ritè à Septuaginta verteretur *manifeſtationes*.

a 1. Reg. 23. 9. & 30. 7.

Veruntamen, aliquid ſimplicius de hoc nomine cogitandum exiſtimo, & à verbo רָפָא *rapha*, quod eſt ſanare vel
B reſtaurare, deducendum, atque per hoc illoſmet primario ſignificari viros ſanctiſſimos ac religioſos, Deos plerumque dictos[b], qui poſt diluuium tam humani generis, quàm veræ pietatis fuerunt reſtauratores, ſecundariò autem illorũ imagines & ſimulachra, vt mox dicetur. Proinde nomen *Theraphim* cũ Hemantica ת, idem importare ac *Raphaim*, id eſt, reſtauratores, vel reparatores. Quorũ aſſeclæ, ſeu ſectatores ac diſcipuli, ab Hebræo nomine dicti fuiſſe videntur Θεραπευταὶ quaſi Θεραφευταὶ: De quorum ſanctitate, & inſtituto amplè differit Philo Iudæus[c], atque inter alia loquens tam de viris, quàm de mulieribus reli-
C gionis iſtius, *Vocantur*, inquit, *Therapeutæ*, *Therapeutidéſque*, *hoc eſt curatores & curatrices, ſiue cultores & cultrices, vero nomine: vel quia profitentur medicinam præſtantiorem iſta vulgata per oppida omnia. Hæc enim medetur ſolis corporibus, illa & animas liberat morbis grauibus, & aduerſus medelas contumacibus, quos inflixerunt voluptates*, &c Vide etiam de iſtis Suidam, in voce Θεραπευταί.

b Ioan. 10. 34. Pſal. 49. 3. 81. 1.

Theraphim illi ſunt, qui dicti ſunt Θεραπευταὶ *quaſi* Θεραφευταί.

c lib. de vita contemplatiua.

Poteſt etiam hoc nomẽ eſſe compoſitum à תו *Thau*, & רְפָאִים *Rephaim*, vt idem ſit *Theraphim* ac ſignum, aut figura, aut ſimulachrum *raphaim*, id eſt, alicuius ex priſcis illis ſanctiſſimis mundi reſtauratoribus, de quibus egimus an-
D tea[d]. Exempli gratia, Nembrod poſt diluuium vnus ex illis extitit: qui pro ſua ſanctitate, & ſapientia poſt mortem ſuam à filio Nino ſub nomine Beli ingẽti ſtatua donatus eſt: circa quam deinde rudis populus peſſimè fornicatus eſt, & inde idololatria ſumpſit originem. Bonus tamen apud fideles iſtorum *Theraphim*, ſeu parentum ſimulachrorum vſus remanſit, vt vidimus[e].

Theraphim quaſi Tau Rephaim, id eſt ſignum Rephaim.

d lib. 1. c 10.

e lib. 2. cap. vlt.

Quod quidem etymon tantò verius eſſe videtur: quãtò cau-

Digitized by Google

A ſam includit, cur, & in quem finẽ primò facta ſint Theraphim: nempe, non vt colerentur, aut adorarentur, ſed tantùm vt eſſet in ſignũ memoriale prototypi (quo pacto & ſenſu ſerpẽs æneus præcipitur à Deo *poni in ſignum*[a], nempe ſerpentiũ ignitorũ) ita vt quicumque huius finis limites mente, & intentione tranſiliiſſet, pro idololatra haberetur, iuxta notandam Samuëlis[b] doctrinam, cùm inter alia indiſcretæ deuotionis exempla illud (iuxta Hebræum) ponit, quod *idololatria eſt Theraphim tranſgredi*. Quibus verbis ſatis apertè indicat propheta ſanctiſſimus, ſuis temporibus apud fideles fuiſſe Theraphim in bono, & legitimo vſu: B quod ſi quis per exceſſum deuotionis inuectus fuiſſet, qui illa dicto modo tranſgrederetur, meritò pro idololatra haberetur.

Quo ſenſu poſſet intelligi dictum S. Hieronymi, Theraphim eſſe Cherubim & Seraphim, ſiue alia, quæ in templi ornamẽta iuſſa ſunt fieri. Cui ſubſcribunt Haymo, Albertus, Hugo, & Dionyſiùs. Certè mortuorum ſtatuas extitiſſe conſtat ex Septuaginta, qui vocem Theraphim transferunt κενοτάφια: vbi Vulgatus noſter reddit *ſtatuam*[c], Aquila vero μορφώματα, id eſt, figuræ ſeu imagines. Lutherus[d] vertit *das Heilig*, & in margine ponit, *lignearum ſacrarum imaginum, & reliquiarum ſimiles fuiſſe*. Ioſephus[e] vocat τύπους τῶν θεῶν *formas Deorũ*, & ἱερώματα *ſacras effigies*. C Cùm autem idolorũ cultores peſſimè iſtis imaginibus abuſi eſſent, hinc factum eſt, vt in Scriptura pro locorum exigentia nunc pro idolis[f], nunc pro ſanctorũ patrũ imaginibus[g], quas aliquo honore venerabantur poſteri, accipiantur (crepent licet noui iconoclaſtæ,) quæ, certè, nihil aliud erant, quàm Lares & Penates, quales Rachel furata eſt patri ſuo Laban; vtpote Noë, Semi, Arphaxadi, Sale, Heberis, Phalegi, Nachoris & Thare, prædeceſſorum eius, vel quorundam ex eis, imagines & ſimulachra: vt quos illuſtriſſimis *Emim, Zuzim, Zomzomim*, id eſt, reuerendorum, illuſtrium, & ſapientiſſimorum nominibus honorabant, vt vidimus; D illorum in ſimulachris venerarentur memoriam, & coram illis Deum per eorum merita deprecantes, vel oracula ſciſcitantes, adhibita iſta aut ſimili toties in ſcripturis vſurpata orandi forma, *Recordare Domine Abraham, Iſaac & Iacob ſeruorum tuorum*, &c. Denique non alio modo aut fine, quàm quo nos vtimur imaginibus ſanctorum, tanquam eorum monimentis ad dirigendos

a Num. 21. 8. & 9.
b 1 Reg 15. 23.
Theraphim transgredi idololatria eſt.
c 1. Reg 19. 16. Oſeæ 3. 4.
d Iudic. 17. 5.
Theraphim mortuorum erant imagines.
e Ant. lib 1. c 18.
f 4. Reg. 23. 24. Ezech. 21. 21. Zachar. 10. 2.
g 1. Reg. 19. 13. & 16. Oſeæ 3. 4.
Theraphim à fidelibus aliquo venerabãtur honore.

Digitized by Google

A mentis nostræ oculos in cœlum, vbi cum Deo regnant, quorum meritis speramus assequi quod petimus. Idem dicendum de Cherubim, de quibus sunt ista verba: *Dij noui recentésque venerunt, quos non coluerunt patres eorum*[a]. Intendunt enim quod patres eorum quasdam veterum Deorum seu Raphaim imagines venerati fuerant, & Cherubim, quos ipsi deserentes, alios duos fecerunt, nempe Moysis Cherubum, & in forma vituli Iosephum, quos non coluerunt ipsi eorum patres: vt in sequentibus[b] ampliùs exponetur. Vnde colligitur: & ipsas imagines, seu Cherubim Deos vocari, & quasdam huB iusmodi imagines à prioribus, eorum aliquo honore cultas fuisse.

a Deuter. 32.17.

b Cap 16.

Et sic *Theraphim interrogari*[c] vel *Theraphim loqui*[d], si de propria, ac sensibili locutione intelligatur, de solis id dicatur idolis, quæ dæmonis arte plerúmque responsa dedisse notum est. In bono autem & orthodoxo sensu, Theraphim non dare responsa, est Deum ipsum, nec quidem post allegata Abrahami, Isaaci, Iacobi & similium merita coram eorum Theraphim, respondere velle, aut votis annuere. Sic Micha, cùm esset de *domo*, & familia *Deorum* (vt vult textus originalis[e]) id est sancto-C rum, aut illustrium virorum tribus Ephraim, cuius pater nempe Ioseph, in suo Cherub, erat in propitiatorio: Iudicans habere posse in domo sua propitiatorium, in quo Deorum suorum, id est, prædecessorum sanctorum Iacobi & Iosephi erant Cherubim (sicut, fortasse, licebat ei, cùm Gedeon de tribu Manasse, seu Iosephi à nemine damnetur, imò pro viro probo & sancto sæpe laudatur, qui tamen eodem priuilegio vsus postea est, cùm *fecit sibi Ephod*[f], cum toto apparatu sacrorum, nempe ea, quæ distinctiùs legitur fecisse Micham) fecit *sibi Ephod* (quo indueretur sacerdos) *& conflatile* (id est, propitiatorium, quod opere fusorio, aut ductili fiebat) *& Theraphim*, nempe lares D suos, seu Deos familiæ suæ. Vide quæ iam diximus[g], quæque postea[h] fusè de his tractamus.

c Ezech. 21. 21.

d Zachar. 10.2.

Theraphim loqui vel interrogari, quid importet.

e Iudic. 17. 5.

f Iudic. 8. 27.

g lib 2. cap. 19 & 20.

h Cap. 16.

Apud Oseam[i] significatur, quod Israël in captiuitate carebat Theraphim, id est, sanctorum prædecessorum suorum simulachris, coram quibus Deum orare veteres solebant. Imò, illa iuxta palatia, & templa in psychomanteis, & deambulatoriis ordinatim constituta cum magna seruabant reuerentia. Quæ

i Cap. 3.4.

Theraphim erant Lares seu Penates.

Digitized by Google

simulachra Lares postea vocati sunt. Vnde Lararium vocatur locus siue oratorium, in quo Theraphim, id est, dij domestici & familiares seruabantur, & dicto modo à fidelibus colebantur. Scribit Lampridus Alex. Seuerum Imper. in Larario rem diuinam manè factitasse ad effigies Deorum, in quibus habebat Abrahamum & Christum: in secundo autem larario habebat simulachrum Virgilij & Ciceronis. Hinc collige, vnde apud Gentiles ortum habuerint Dij Penates; & conclude, quòd Laban, Rachel, & alij veteres citra omnem idololatriam Theraphim habere potuerunt, quæ nunc etiam Dij nuncupantur. Nec mirum esse debet: cùm multis in locis ipsa arca testimonij, vel potiùs ipsum testimonium seu propitiatorium aureum appelletur Deus: siue præcinat Moyses dicens[a], *Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua. Cùm autem deponeretur arca, aiebat: Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israël*: siue eadem verba repetant Dauid[b], & Salomon[c], siue iuxta Hebr. dicat Imperator Iosue Israëlitis, *En arca fœderis, Dominus vniuersæ terræ præit vobis in Iordanem*[d]. Appositissimè, ait Masius[e], ad rem nominat Imperator arcam, Dominum vniuersæ terræ, vt penitùs omnem ex animis populi diffidentiam, & hæsitationem eliminet. Hoc ipsum antea idem Masius notauerat. B C

Rachel Theraphim habere potuit citra idololatriam.

a Gen. 32. 2.
b Num. 10. 35. & 36.
c Psal. 131 8.
d 2 Paralip. 6. 41.
e Iosf. 3. 11.

Iacob ergo *abiit itinere quo cœperat, fuerúntque ei obuiam Angeli Dei. Quos cùm vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc*[f]. Cuius Angelorum occursus causam tradit huiusmodi Rupertus. *Non dictum est*, inquit, *quia apparuit Angelus, vel apparuerunt Angeli ei, quod & multis accidit: sed dictum est, quia fuerunt ei obuiam Angeli Dei, quod insigne sonat victoris & emeriti: cui pro gloria triumphi pompa cœlestis obuiam procedens festina exceptione lætum obsequiũ præbuerit.* Post hæc contigit tam honorabilis Dei cum eo lucta, quam sequitur mutatio nominis Iacob in nomen Israël: quemadmodum nomen aui eius Abræ mutatum fuerat in Abraham post insignem Dei apparitionem[g]. Inde abiit in Socoth, vbi *ædificata domo, & fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius, Socoth*, id est, *tabernacula*[h]. Ex hoc loco mittit munera ad parentes ex omnibus bonis suis, ait Procopius Gazæus[i]. Quod verisimile mihi videtur, & parentum nomine puto intelligendum; primò fratrem Esau, apud quem reiteratis muneribus D

f in cap. 3. Iosue v. 11.
g Gen. 17. 1. 5.
h Gen. 33 17.
i in cap. 33. Genes.

Digitized by Google

A per nuntios se excusat, ne se ab eo nuper deceptum cogitet, qui venire post se in Seir promiserat [a], & tamen non venerat: secundò patrem Isaac, ad quem nunc cum tanta familia, tantáque pecorum multitudine, non nisi cum magna importunitate venire poterat, cùm necesse sit ei suis priùs de habitatione prouidere; deinde ne veniens ad patrem, non viso etiam Esau fratre eius, sibi maius odium conciliaret: tertiò, puto multos alios in tabernaculis, & locis, in quibus Abraham habitauerat, fuisse parentes, quos muneribus tunc potiùs, quàm sua præsentia visitandos esse iudicauit. Adde quod vir pius & sanctus, cui habitare in tabernaculis locísque sacris volupe est, talia loca ad instar aui Abrahæ cupit multiplicare in terra Chanaan. aGen.33 14.

B

CAPVT X.

De variis Iacobi in terra Chanaan mansionibus seu tabernaculis, de morte patris Isaac, de venditione Ioseph, de natiuitate Iobi, de egressu Iacob cum familia sua ex terra Chanaan, & ingressu in Ægyptum.

C



OSTQVAM Iacob moratus est in Socoth annum cum dimidio, vt cum Hebræis [b] tenent Genebrardus [c] Lyranus, Functius, Salianus [d], & alij, *transiuit in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan* [e], ibique mansit octo annos: quorum vltimo, qui fuit mundi bis millesimus ducentesimus decimusquintus, Iacobi verò 107. contigit luctuosa violatio Dinæ, & vrbis vastitas. Et nota obiter (quod in omnibus Abrahæ mansionibus notum est) habitasse non in vrbe, seu oppido, sed iuxta [f]. Nam proprium filiorum Dei est extra vrbes, & in tabernaculis habitare. Et licet superiùs dictum sit (quod de nullo alio patriarcharum dictum erat) *Iacob ædificasse domum*, nempe in qua tot armenta, ac pecudes securiùs includeret (quæ olim pater Abraham non videtur secum duxisse, cùm de vno in alium locum transmigraret) non tamen ab illa domo, sed à tentoriis, sub qui-

b in Seder Olam c.2.
c l.1. Chronol.
d An. mũdi 2297 n.1.
e Gen 33.18.

D

f ibid.
Filij Dei, seu prophetæ extra vrbes habitabant.

Digitized by Google

bus Iacob cum vxoribus, filiísque suis habitabat, locum illum *Socoth*, id est, *tabernacula* nuncupauit.

Vt autem sciremus, illa tabernacula esse similia iis, quæ auus Abraham figere consueuerat, nempe, Deo dicata, & in quibus Deo sacrificaretur, & nomen eius inuocaretur, addit Moyses de Salem: *Emítque partem agri, in qua fixerat tabernacula à filiis Hemor patris Sichem centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit super* (id est, iuxta, vel circa) *illud fortissimum Deum Israël*[a]. Ad verbum autem legitur: *Et statuit ibi altare, & vocauit illud El Elohe Israël*: quod verti etiam potest, *Deus Deorum Israël*, per Deos intelligendo Abraham & Isaac, *ad quos toties sermo Dei factus est*[b]. Ideóque sicut olim Seth & Enos[c], Dij appellari potuerunt. Quo etiam sensu Micha dictus est *de familia Deorum*, vt nuper vidimus: vt sit sensus, consecrasse ac titulum altari imposuisse, Deo deorum Israel. Fortasse quia ante centum nonaginta tres annos, ibidem audierat Abraham Deum dicentem sibi, *Semini tuo dabo terram hanc*[d], & ibidem altare erexerat. Caietanus autem & Del Rio exponunt consecrasse, & inscripsisse sub titulo, *Ara Dei fortis Israël.* Ista nempe verba sculpenda curauit in titulo, seu frontispicio altaris.

a ibid vers. 20.

b Ioan 10. 34. Psal. 49. 1 81. 1. Exod. 22. 28.

c sup lib. 1. cap 3

d Gen 12. 8.

Titulus positus à Iacob super altare.

Ego per Deos Israël, nullos alios possum intelligere, quàm Abraham & Isaac, qui duo soli Israëlem seu Iacobum (qui Israëlitis nomen dedit) præcesserunt. Ipse ergo Iacob tertius in ordine Deorum Israël, erecto altari titulum ei posuit, quo pater & auus pro diis, id est, sanctis haberentur, sed Creator omniũ, eorum Deus ac Dominus. Quid si etiam tunc formam quandam propitiatorij super illud posuerit, in quo duo essent Cherubim, ac symbolicæ imagines aui Abrahæ, & patris Isaac: quod quidem propitiatorium esset illud primum, de quo nos postea[e] loquuturi sumus, & iam[f] aliquid tetigimus?

e Cap 14. & 15.

f lib. 2. cap. 19.

Sed quicquid nunc Iacobum fecisse intelligat Moyses, id ab aliis etiam prædecessoribus patriarchis factum fuisse minimè dubium est: at nunc specialiter factum à Iacob scripsit Moyses, quasi indicans Iacob perficere voluisse, quod non nisi imperfectè facere potuerat cùm iret in Mesopotamiam, quando lapidem, quem supposuerat capiti suo in eodem loco, erexerat in titulum[g] & super illum fuderat oleum: & vbi cum Angelo luctatus *contra Deum fortis fuerat*[h], quasi dicens, *fortitudinem meam ad te*

g Gen. 28. 18.

h Gen. 32. 28.

Digitized by Google

A *ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es*[a], insuperabili & inuincibili Deo dedicat aram, quam tali insignit titulo, *Arca Dei fortis Israël*: necnon vota ibidem facta Deo reddit & implet.

a Psal.58 10.

Deus autem post luctuosum in persona Dinæ euentum, totiúsque vrbis cladem, partim Iacobi incolumitati prospiciens, partim nolens illum diuturniorem moram in eodem loco trahere: sed more aui, patrísque sui peregrinando in terra Chanaan, in illa multiplicare tabernacula, iubet ascendere in Bethel (ipsa est Bethel, in qua postea fuerunt tabernacula Rechabitarum, seu filiorum Prophetarum temporibus Eliæ & Elisæi[b]) & ibi habitare atque excitare altare Dei, sicut fecerat iuxta Sichem. Ad quod exequendum maximam adhibet Iacob sollicitudinem, & totius familiæ suæ exigit præparationem. *Conuocatâ enim omni domo sua iubet abijcere idola*, Hebr. *Deos alienos. Cúmque perfecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes. Venit igitur Iacob Luzam, quæ est in terra Chanaan cognomento Bethel: ædificauítque ibi altare, & appellauit nomen loci illius Domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus cùm fugeret fratrem suum*, &c.[b] Insuper Deus confirmat mutationem nominis eius Iacob in Israël, renouátque pristinas benedictiones, tam ei quàm patribus eius impertitas, dicens: *Ego Deus Omnipotens, cresce, & multiplicare, gentes & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur, terrámque quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te*[c]. Statuit tamen Iacob paulatim ad patrem Isaac pergere, dum interim frater eius Esau vi, & armis lacessit duces Horrhæos, quos ex tota Idumæa tentat expellere, vt relicto terra Chanaan habitet in terra Seir. Quod paulò post contigit circa annum mundi 2223. Iacobi verò & Esau 115. vt alibi[e] ostendimus.

b 4 Reg.2. 2.

Iacob vt altare erigat iuxta Bethel magnam in se, & suis adhibet præparationem.

c Gen.35 6.

d ibid.vers. 11. 12.

Esau quo tempore totius Idumææ possessionem acceperit.

e in Iob. cap.1.

Postquam igitur Iacob stetit in Bethel spatio sex circiter mensium iuxta sententiam Hebræorum[f], quos sequitur Genebrardus, confirmat Demetrius, & probat Salianus[f], versus Bethleem proficiscitur, & *venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam, in qua cùm parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cœpit, & tandem mortua est, & sepulta est in via, quæ ducit Ephratem, hæc est Bethleem. Erexit Iacob titulum super sepul-*

f in Seder Olam.

g An.mũdi 2306.n.3.

chrum eius, &c. Egressus inde fixit tabernaculum trans Turrim gregis[a]. Et hîc habemus vnde antiquissimum in Ecclesia sanctarum imaginum vsum confirmemus ac statuarum. Vox enim Hebræa מַצֵּבַת *Matsebeth*, pro qua Latinus interpres reddidit *titulum*, verè statuam, id est, sculptam imaginem significat, vt videre est in locis hîc assignatis[b]. Et licet de idolis illa loca intelligantur, ac de Baalorum statuis pessimè cultis, nihilominùs bonus earum vsus multis sæculis malum præcessit, vt antea sæpe declarauimus. Et hæc est vera causa, cur antiquas statuas hominum malitia in idola conuersas patres Ecclesiæ & prophetæ, vix ac ne vix quidem penitùs auferre potuerint: imò nec fortasse voluissent, si populorum mentes ad moderatum earum cultum reducere potuissent. B

a Gen. 35. 16. 20. & 21.

b 4. Reg. 30. 16. 4. Reg. 3. 22. & 17. 10. Ierem. 43. 13

Bonus imaginum vsus ab initio sẽper fuit in Ecclesia.

Ab initio igitur vt bonus ita & frequens fuit statuarum vsus, hoc est, in signum, honorem, ac memoriam virorum, quos (vt nos sanctos) Deos appellabant, vt pote eorum, quos post eorum mortem in familiæ vel patriæ Baalas, id est, erga Deum patronos eligebant. Similiter dicendum de sanctis mulieribus, qualis fuit Rachel, cuius statuam statim post eius mortem, & in eodem loco quo mortua est, Iacob C curauit erigere: sed & illa locum destinauit, in quo postea templum ædificaretur, & fideles congregarentur, vt mox videbimus. Ista ergo statua Rachelem verè repræsentabat, idémque dicendum de aliis hominum erectis statuis. Quòd si penuria temporis vel artificum, aut quia res paucis repræsentari non poterat, vel si ad Dei, qui figurari non potest, gloriam erigebatur, tunc aut lapis simplex, vel cum quadam scriptura, aut altare cum honorifico encomio ædificabatur, vt patet de altari ab ipso Iacob erecto, cui titulus fuit Deo Deorvm Israel, de quo nuper diximus. De aliis pro re memorabili sunt exempla, lapis erectus in titulum ab ipsomet Iacob, & vn- D ctus oleo in loco, in quo scalam, & Angelos per eam descendentes viderat[c], & aceruus lapidum factus in modum statuæ ad memoriam initi fœderis cum socero Laban[d]. Videtur etiam, quòd huiusmodi statuæ & sculptæ Deorum, id est, sanctorum imagines ad fores excelsorum positæ, postquam essent dedicatæ, ac tunc pro diis non alienis, sed approbatis habitæ in signum felicitatis eorum, vel earum quas re-

c Genes. 28. 18. & 31. 45.

d Gen. 31. 51.

Digitized by Google

A præſentabant, generali nomine vocarentur אשרות *Aſeroth*, id eſt, *beatitudines.* De quo generali nomine iam egimus [a].

Quòd autem Iacobi mens fuerit, vt in huius ſtatuæ loco aliquando coleretur Deus, & fideles congregarentur, audiamus. *Hunc locum*, ait Hieronymus [b], *Hebræi eſſe volunt vbi poſtea templum ædificatum eſt, & Turrim Ader, turrim gregis ſignificare, hoc eſt, congregationis vel cœtus. Quod & Michæas Propheta teſtatur dicens. Et tu turris gregis nebuloſa filia Sion, &c. Illóque tempore Iacob trans locum, vbi poſtea templum* B *ædificatum eſt, habuiſſe tentoria.* Hæc Hieronymus. Qui alia quidem addit, quæ tamen videntur myſticum vtique ſenſum reſpicere. *Sed ſi ſequamur*, inquit, *ordinem viæ* (quæ ſcilicet ducit à Bethleem in Hebron, quo tunc proficiſcebatur Iacob) *paſtorum iuxta Bethleem locus eſt, vbi vel Angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob pecora ſua pauit loco nomen imponens, vel quod verius eſt, quodam vaticinio futurum, iam tum myſterium monſtrabatur.*

a cap. 5 & lib. 2. c. vlt.

b in Trad. Hebr.

Quod ait Hieronymus, Iacobum huic loco nomen impoſuiſſe, veriſſimum eſſe cenſeo, non tam ob pecorum greges, C quàm propter fidelium congregationes, aut cœtus, qui ſic appellari merentur: ſicut ob eandem cauſam ciuitas, in qua habitabat Iob, & de qua mentio fit in Geneſi [c], olim dicta eſt *Aſtaroth*, id eſt, *greges*, vt vidimus [d]. Quod autem ait de paſtorum loco, quibus apparuit Angelorum grex, allegoricum eſt, vt ipſe fatetur. Confirmat noſtra ſententia ex Iacobi diutina ibi habitatione, quæ denotatur his verbis: *Cúmque habitaret in illa regione, abijt Ruben*, &c. [e] Quod ſi ibi habitauit, ſacerdotij, inſtitutíque ſui munera ibi exercuiſſe non eſt dubium, eo modo, quo in aliis locis, in quibus diu manſit, vt propè Si- D chem: vbi *erecto altari inuocauit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſraël* [f]. Similiter in Bethel, vbi *ædificauit altare, & appellauit nomen loci illius domus, Dei* [g]. Itaque Hieronymus optimè negat, locum, qui tunc dicitur *Turris gregis*, eſſe illum, qui eodem nomine appellatus erat in monte Moria, de quo loquitur Michæas; & optimè aſſerit alium eſſe prope Bethleem, ſic à Iacobo dictum.

c cap 14. 5.

d ſup li. 1. c. 10. & 19. & lib. 2. c. 10.

e Gen. 35. 22.

f Gen. 33. 20.

g Gen. 35. 1. 7.

Digitized by Google

Imò, arbitror Iacobum ex isto loco *Turris gregis*, prope Bethleem venisse ad visendum patrem Isaac, idque sæpe sæpiùs post primam ab illo loco eius ad eum progressionem, de qua sic scribit Moyses: *Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem Arbee, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham* [a]. Postquam enim nonnulla narrasset, quæ in illo loco contigerant, quando habitabat ibi Iacob, & quæ non nisi aliquod temporis spatium requirebant, vtpote illud scelus Rubenis cum Bala concubina patris, & Dan ac Nephtali matre, addit, *Venit etiam ad Isaac*, &c. Verisimile enim est, non nisi ad salutandum, visendúmque parentem tunc venisse, non cum tota sua familia, hoc namque non dicit Scriptura, licet supponat Salianus [b]; sed cum aliquibus ex filiis suis, quorum omnium ibi Moyses nomina recensuerat: & post aliquot dies ad suam Turrim gregis rediisse. Tum quia cùm esset Hebroni proxima, perinde erat, ac si cum patre in ipsa mansisset Hebron: tum quia cum patre manere nolebat, ne fratrem Esau ad aliquam prouocaret inuidiam: tum quia sciebat, eum totius Idumææ tunc affectare dominium, rémque tantopere iam promouisse, vt ferè tunc voti sui perfectè compos factus esset; Ideóque meliùs iudicabat adhuc modicum expectare, vt bonis paternis pacificè frueretur, tum quia terra Hebron suos, & patris greges minimè capere potuisset: quæ etiam causa fuit, vt paulò post defuncto patre Isaac, Esau à Iacobo suo sponte secederet [c], vt olim Loth ab Abrahamo: tum denique vt ibi aliquandiu habitans regionis populos sua doctrina, & exemplis ædificaret.

Iacob ex loco Turris Gregis visere solebat patrem Isaac.

a Gen. 35. 27

b An. mũdi 2306. n. 12.

c Gen. 36. 6. & 7.

B

C

Anno igitur vitæ suæ 108. ibi appulsus primò visitauit patrem Isaac duodecim circiter annos antequam moreretur: per quod temporis spatium sæpè visitauit illum. Deinde contigit, quod subiungit Moyses, *Completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum. Consumptúsque ætate mortuus est: & appositus est populo suo senex, & plenus dierum; & sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui* [d]. Ita vt quicquid narratur in 37. 38. & 39. capitulis quod ante mortem Isaac contigit, tunc euenerit cùm Iacob maneret in illa Turri gregis. Ex qua facilè fuit ei dimittere pastores suos cum gregibus in agrum Sichimorum, in quo habebat prædium: prudenter etiã existimans ira incolarũ metu

D

d Genes. 35. 28. 29.

Digitized by Google

A compressa, eos magna ex parte rediisse, illuc etiam mittere Liæ & ancillarum filios, qui præsidio illis essent, si res postularet, & parentem apud ipsos repræsentarent. Nec minùs interea ipse de eorum incolumitate sollicitus Iosephum ad eos inuisendos dimittere statuit. *Hac erat causa*, ait Rupertus, *paternæ sollicitudinis, quia pascebant filij eius oues in Sichimis, videlicet, vbi dudum populo terræ illius odiosos fecerat illos furor ipsorum pertinax, & indignatio dura.*

Paulo post Ioseph iam à fratribus venditus ductus in Ægyptum, & à *Putiphare Eunucho Pharaonis, principe exercitus* (Sed B iuxta Heb. *Principe*, vel *Magistro coquorum*, quod prorsus notandum propter quædam de Iosepho postea[a] ex Psalmis[b] exponenda) *viro Ægyptio, de manu Ismaelitarum emptus habitabat in domo domini sui, qui optimè nouerat Dominum esse cum eo, & omnia quæ gereret ab eo dirigi in manu illius*[c]. Qui ideo aliquandiu post præficitur domui Putipharis: sed nequitia, & artificio dominæ suæ salacissimæ, cùm ipse esset annorum 27. mittitur in carcerem. Vnde tertio post anno iussu Pharaonis educitur, postquam illius somnia feliciter est interpretatus: simúlque præficitur rei frumentariæ, palatio Regio, ac toti Ægypto.

a Cap. 16. 14.
b Ps. 80. 7.
c Gen. 39. 5.

C Interim in terra Chanaan à Iacob & Esau, celebratur luctus ob mortem patris Isaac, quæ circa idem tempus contigit. Duo autem fratres, cum pace & concordia separantur ab inuicem; & vtérque prosperatur, Iacob in terra Chanaan, Esau in regione Seir, cuius integro, iam penitùs expulsis Horræis, fruitur dominio. Ad cuius temporalis felicitatis cumulum, & eodem quo Iosepho triumphat, anno mundi autem 2230. accedit in Bosra Idumææ metropoli viri sanctissimi ac ipsius Dei testimonio incomparabilis, Esau autem trinepotis Iobi natiuitas[d]. Ipse vero Esau quarto post anno vltimum vitæ suæ claudit diem, vt D vult auctor testamenti Patriarcharum[e]. Et sequenti biennio *transactis septem vbertatis annis, qui fuerant in Ægypto, cœperunt venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Ioseph, & in vniuerso orbe fames præualuit, in cuncta autem terra Ægypti panis erat*[f]. Iacob autem audiens frumenta in Ægypto esse venalia, dixit filiis suis: *Quare negligitis? Audiui quod triticum venundetur in Ægypto, descendite, & emite nobis necessaria, ut possimus viuere*, &c.[g] Quæ autem ab istis verbis per totum illud caput, &

Iobi natiuitas quando contigit.
d Genes. 36. 33.
e Cap. 4.
f Genes. 41. 53. & 54.
g Gen. 42. 1. 2.

Digitized by Google

quatuor sequentia narrantur quadriennij spatio contigerunt: nempè ab anno Iacobi 126. vsque ad 130. Annos autem sumimus absolutos.

Incipiente ergo anno Iacobi 131. Ioseph tale nuntium per fratres suos misit ad patrem: *Festinate & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Ioseph: Deus fecit me*
a Gen. 45. 10. *dominum vniuersæ terræ Ægypti: descende ad me ne moreris,* &c.[a] *Profectúsque Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad puteum iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac: audiuit eum per visionem noctis vocantem se, & dicentem sibi: Iacob Iacob, cui* B *respondit, Ecce adsum. Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam*
b Gen. 46. 1. 2. 3. & 4. *te reuertentem: Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos*[b]. Extra omne dubium est, Iacobum, antequam ab Hebron exiuisset, consuluisse Dominum super tam magno negotio: sed Deum tunc contentum interiùs edocere, apertam responsionem distulisse vsque ad locum Bersabee, seu puteum Iuramenti, cùm iam esset in itinere, & ferè bidui confecisset iter, vbi Deus olim apparuerat patri suo Isaac, vbi & altare ædificauerat, quémque iam Abraham religiosum fecerat inuocato C ibi (vtique in propitiatorio) nomine Domini Dei æterni, erecto altari, & plantato ibi nemore. Vbi denique mater eius Rebecca consuluerat Dominum, & faustum de se responsum acceperat: *Duo populi ex ventre tuo diuidentur, populúsque popu-*
c Genes. 25. 23. *lum superabit, & maior seruiet minori*[c]. Tandem Iacob ingressus est Ægyptum cum liberis suis: *Ioseph verò patri, & fratribus suis dedit possessionem in Ægypto in optimo terræ loco Ramesses, vt præ-*
d Gen. 47. 11. *ceperat Pharao*[d].

Iacob antequam exiret ab Hebrō, vt iret in Aegyptum cōsultat Deum.

D

Digitized by Google

A

CAPVT XI.

Expenduntur ista Dei ad Heli verba, Numquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cùm essent in Ægypto, in domo Pharaonis, &c. *Ex quibus colligitur, quid Iacob fecerit in Ægypto pro bono Ecclesiæ: quando sacerdotium Aaronicum incœperit: qualis in* B *Ægypto fuerit status Ecclesiæ: quis numerus, & ordo summorum Pontificum ab Adam vsque ad Aaron.*



I filius sapiens lætificat patrem [a], à singulari omnibúsque mirabili Iosephi sapientia, qui cum tanto Regis Ægypti emolumento, cùm maxima populi gratia, & cum omnium beneuolentia, totiúsque regni pace Ægyptiacas moderatus opes est, & facultates, metiri possumus sanctissimi Patriarchæ Iacob patris eius virtutem, à quo C in Dei timore diligenter educatus fuerat. Ioseph in regimine temporali tanta refulsit integritate & prudentia, vt non solùm populos in officio contineret, & Regi debitam in se, & aliis seruaret reuerentiam: sed *vt erudiret etiam Principes sicut semetipsum, & senes prudentiam doceret* [b]. Sicut semetipsum, inquam. *Vnde enim fieri posset*, ait Augustinus [c], *vt vir tantus veri Dei cultor, in Ægypto alendis tantum corporibus, & rebus tantùm corporalibus gubernandis esset intentus: & quo eos meliores redderet, curam non gereret animorum? Sed ea conscripta sunt in illa historia, quæ secundùm intentionem scribentis, in quo Spiritus sanctus rebus futuris* D *in illa narratione significandis sufficere iudicata sunt.* Sic ille. Certè credibile est, placuisse Pharaoni, vt suos Iosepho liceret erudire de vera religione.

Quod si ita est, non minor, imò, multò maior fuit Iacobi patris eius solertia, studium, ac diligentia, vt dum sapientissimus filius eius Ioseph erudiebat Ægyptios, ipse suos Israelitas in vero Dei cultu conseruaret, atque in eis eorúmque, qui tunc

a Prou. 10. 1.

b Psal. 104. 22.

c in Psal. 104.

Iacob quàm solers ac diligens fuit in regendis Israelitis cùm essent in Ægypto.

Digitized by Google

valde multiplicabantur filiis, pietatem, ac virtutem promoueret. Nec ambigere licet, quod tam ante (eo, vt puto, tempore quo Ioseph nuper appulsos adhuc *alebat fratres omnémque domum patris sui præbens cibaria singulis* [a], quod verè est *esse in domo Regis Pharaonis*, vt mox videbitur) quam statim ac terra Gessem & Ramesses destinata est in eius, & suorum habitationem ac possessionem, ædificauerit altare Domino, in quo solitas mactauerit victimas, & tabernacula hîc, & illic erexerit, in quibus inuocatum sit nomen fortissimi Domini Dei Israel: vt tunc, & ibi maximè, votum suum exequeretur, quo aliquãdo dixerat: *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum*, &c. *erit mihi Dominus in Deum*, &c. [b]

a Gen. 47. 12.

Quãdo primum altare erexit in Ægypto.

b Gen. 28. 21.

Quid si antequam è viuis excederet Iacob, & cùm adhuc viueret beneuolus in Iosephum & Israëlem Rex Pharao, sanctus Patriarcha de sacerdotibus, sacrificiis, & aliis, quæ cultum Dei respiciebat, ordinauerit? Certè ad ista circiter tempora referendum iudico illud quod Deus per virum Dei (quendam videlicet prophetam) exprobrat Heli summo Pontifici: *Numquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cum essent in Ægypto in domo Pharaonis? Et elegi eum ex omnibus tribubus Israël mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incẽsum, & portaret Ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israël* [c].

c 1. Reg. 2. 27.

Igitur, *habitauit Israël in Ægypto, id est, in terra Gessen & possedit eam, auctúsque est, & multiplicatus nimis. Et vixit in ea decem, & septem annis, factíque sunt omnes dies vitæ illius centum quadraginta septem annorum* [d]. Cum autem dicitur Israël habitasse in Ægypto, id est, in terra Gessen, & possedisse eam, non obscurè indicatur, quod paulò post videbimus, ita Israëlitas Ægypti fuisse incolas, vt ab Ægyptijs separati quendam inter se reipublicæ statum haberent, postquam ibi multiplicati sunt. Videndum igitur est, quinam ille status, & ordo fuerit in patriarchæ Iacob, seu Israëlis familia, id est, in Ecclesia, quandiu stetit in Ægypto tam ante, quàm post mortem tanti parentis, videlicet spatio 215. annorum. Siquidem, cùm Deus Op. Max. istam inter tot alias gentem ac familiam pro sua bonitate elegisset, atque ex terra Chanaan in Ægyptum aduocasset, vt ibi in

d Gen. 47. 27.

Israëlitæ in Ægypto Deũ ordinatè colebant.

Digitized by Google

A in ingentem populum inter labores, & ærumnas mirabiliter multiplicata, postea in deserto velut in loco quietis, & pacis erudiretur: ac tranquilla leges tam diuinas quàm ciuiles acciperet, quas deinde in terra promissa seruaret. Magnum certè nefas est, cogitare tam dilectum populum tot infensissimis hostibus circundatum, tot calamitatum, procellis agitatum, ita à Deo suo viuo, & verò, derelictum fuisse, vt prorsus tanquam filius Belial, id est, exlex, & in omni confusione inter idololatras vixerit spatio plusquam duorum sæculorum.

Adde, quod non minus absurdum est æstimare sanctissi-
B mum, piissimúmque Iacob, qui tot modis, vt antea vidimus, cultum diuinum, & quæ ad fortissimi Domini Dei Israël gloriam attinebant, ferè per totam Chanaanitidem cum tanta pietate, zelóque promouerat, inter suos filios tantúmque multiplicatos in Aegypto nepotes, desidem in hac parte fuisse vel remissum; maximè cùm esset à Deo electus summus Pontifex, & totius Ecclesiæ moderator, vt vidimus, & quodammodo (ad instar Noë post diluuium) Rapha ac restaurator mundi contrarium prorsùs conuincit, & maximam eius de Ecclesia sollicitudinem arguit, illa tam celebris omnium fi-
C liorum suorum coram se moribundo conuocatio, ac singulorum pro vniuscuiúsque merito, vel reprehensio, vel mystica benedictio: *Nam si* (vt stylo Pauli [a] loquar) *domui suæ tam benè præesse sciuit* bonus Episcopus in filijs suis, *quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam non habuerit*? Imò verò benedicendo filios totam in eis benedixit Ecclesiam Israëliticam. Cuius ipse sicut Petrus Euangelicæ) lapis, & fundamentum erat: nam ideo seipsum vocat *lapidem Israël* [b]. Quod agnoscens Dauid [c] tam propitiatorium, in quo Deus adorabatur, quam primam rectè & ordinatè viuendi normam ab isto maximè eorum pa-
D tre Israëlitas accepisse prædicat his verbis: *Et suscitauit testimonium* (nomen est propitiatorii) *in Iacob*, id est, per Iacob, *& legem posuit*, id est, primò constituit *in Israël*. Ideo satis mirari nequeo, cur tam paucos ex nostris enarratoribus, nullos dixerim, inueniam, qui statum Ecclesiæ, dum in Aegypto degeret, perpendant, aut, vt oportet, recenseant, præsertim cùm apud Ezechielem [d], non semel legatur Ecclesiam Israeliticam *fornicatam fuisse in Aegypto in adolescentia sua*, seu in teneritudine sua,

Iacob in Ægypto sollicitè regebat Ecclesiam.

a 1. Timoth. 3. 5.

b Genes. 49. 24.

c Ps. 77. 5.

d Cap. 23 & 8. 23.

Digitized by Google

id est, paulò postquam ibi florere cœpit. Imò, Israelitas ibidem templum habuisse firmum ex lapidibus constructum manifestè indicant ista Dei ad Regem Dauid verba: *Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? neque enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi filios Israël de terra Aegypti vsque in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio, per cuncta loca* (nempe, in deserto) *quæ transiui cum omnibus filijs Israël*, &c.[a] De quo templo in terra Ramesses, ipse vir Dei post ista, quæ exponimus, verba, sic loqui prosequitur. *Quare calce abiecistis victimam meam, & munera mea, quæ præcepi, vt offerrentur in templo*[b]. B Nimirum quod tunc erat in Aegypto, cum primùm talia præcepi. Cùm enim ista dicerentur nondum erat templum in terra Chanaan, vt patet ex Dei verbis ad Regem Dauid. Vide etiam ea, quæ de hoc iam antea[c] diximus. Sed præsertim nuper citata Dei ad Heli summum Pontificem verba manifestissimè docent, iam Israëlitas habuisse sacerdotem ex tribu Leui, qui (eodem vtique modo, quo postea Aaron ex eadem tribu) offerebat Deo sacrificia super altare, qui adolebat incensum, qui portabat Ephod coram Deo, vtique ad consulendum eius oracula; erant & Leuitæ, quibus dabantur omnia, quæ attinebant ad sacrificia filiorum Israël. Siquidem hæc C omnia dicuntur fuisse, cùm essent *in Aegypto in domo Pharaonis*. Quid manifestius? quid euidentius? At, inquiunt, non de alio, quàm de Aarone ista intelliguntur, cui Deus se primò reuelauit, cùm iussit eum egredi ex Ægypto in desertum Madian, & occurrere fratri suo[d]: Et proinde, cùm dicitur in Aegypto, idem est, ac propè Aegyptum. Vel facta dicitur ista Dei manifestatio in Aegypto, quia cùm Aaron esset in Aegypto, Deus eum alloquens misit ad fratrem. Vel sensus est, cum Hebræi in Aegypto captiui tenerentur. Apage istas tam violenter extortas expositiones, quæ vacationem & prodigiosum Ecclesiæ D silentiũ spatio iam dicto plusquam ducentorum annorum intrudit: sed si tunc, & ibi facta primò est Dei ad Aaronem manifestatio, vbi est altare, vbi holocausta, quæ offerantur? vbi incensum quod adoletur? vbi Ephod quod induat sacerdos? Imò vbi Aaron ad fratrem missus vocatur sacerdos? quamuis verè talis tunc esset, vt postea videbitur.

a 1. Reg. 7. 6. 7.

b 1. Reg 2. 29.

c lib. 2 c. 15

In Aegypto Israëlitæ habebãt sacerdotes de tribu Leui.

d Exod 4. 27.

Prima Dei manifestatio in Aegypto non fuit facta Aaroni.

Digitized by Google

A Sed quid dices ad ista verba *in domo Pharaonis*? Hoc est, inquiunt, in Aegypto, in qua domui Pharaonis seruiebant Israëlitæ: vel etiam Aegyptus dicetur domus Pharaonis, quòd esset eius possessio. Vel denique in domo Pharaonis, id est, sub crudelissimo iugo eorum, qui præerant operibus Regis: serui enim erant Pharaonis. Hiulcæ nimis vtique sunt, & coactæ huiusmodi interpretationes. Ego verò, vt sonant dicta verba, accipio: ita tamen, vt posteriora significent tempus, quo, quæ dicuntur, aduenerunt, & priora restringant ac determinēt: nempe, illa quidem facta esse in Aegypto, non in deserto, idque eo

Israelitas esse in domo Pharaonis quomodo intelligatur.

B tempore, quo Israëlitæ erant in domo Pharaonis. Quod duobus modis intelligo. Primò, tempore famis septennij, cuius anno quarto, sub finem, appulit Iacob cū familia sua in Ægyptū: à quo tempore vsque ad finem septennij *Ioseph alebat fratres, omnémque domum patris sui præbens cibaria singulis*, vt Scriptura[a] loquitur. Et hoc verè est esse in domo Pharaonis, & ad instar domesticorum viuere eius expensis. Hoc autem primo ab ingressu in Aegyptum tempore, sicut & per reliquum septemdecim annorum, quo Iacob mansit in Aegypto, sanctissimum patriarcham sæpissimè tam pro Rege erga se suósque liberalissi-

a Gen. 47. 12.

C mo ac munificentissimo, quàm pro filiis (sicut postea faciebat seruus Dei Iacob[b]) totáque familia sua, hoc est, Ecclesia Israëlitica obtulisse sacrificia, & alia multa, quæ ad illius Ecclesiæ fundamentum attinebant, ordinasse tanquam eius Pontificem, nemo est, qui possit inficiari. Nihilominus tamen prædicta verba minimè de illo possunt intelligi, cùm ipse iam esset sacerdos, & cùm sermo sit de sacerdote instituendo, qui sit de domo Leui, de qua erat summus sacerdos Heli, ad quem Deus loquitur. Iacob autem non erat de familia Leui, cùm ipse esset pater Leui.

b Iob. 1. 5.

Iacob post ingressum in Aegyptum offert Deo sacrificia.

D Secundo modo illa verba, *cùm essent in domo Pharaonis*, intelliguntur de toto illo tempore pacifico, quo sub auspiciis Ioseph florebant Israëlitæ, & per eum ingentia quotidie accipiebant beneficia ab Amose Rege benignissimo, tanquam ab amantissimo patrefamilias: ita vt in persona Ioseph, quem rex *constituerat Dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ*[c], tota Iacobi familia esset veluti Regis domestica, quæ

c Ps. 104. 21.

Digitized by Google

tunc, quandiu vixit Ioseph, in Dei cultu florere incipiebat: quod tempus vocatur ab Ezechiele[a] adolescentia, & pubertas Ecclesiæ Israëliticæ. Et in hoc sensu arbitror intelligendum, quod dicebatur, *cùm essent in Aegypto in domo Pharaonis*: nam post mortem Iosephi, & tempore seruitutis, Israëlitæ non tanquam domestici, sed velut extorres execrabiles tractabantur in Aegypto.

a Cap. 23. 2. 8.

Israel quando in Aegypto florebat in cultu Dei.

Quibus prælibatis, reliqua verba sunt exponenda, postquam obiter notauerimus illa fuisse dicta Heli summo sacerdoti propter grauissima peccata, quæ filij perpetrabant cùm sacerdotum exercebant munia, & præsertim in ijs, quæ ad sacrificia spectabant[a]. Deus enim præcitatis verbis, non solùm exprobrare ei vult singulare illud familiæ eius Leuiticæ, à multo tempore collatum beneficium, quo primùm ex ea Leuitici ordinis selegit sacerdotem: sed etiam tacitè ostendere, quàm malè filij Heli obseruent pristinum, & antiquum illius ordinis institutum. Nec obstat, quod postea[b] de Abiathar legitur, *Eiecit Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos Domini: vt impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli in Silo.* Comparationem enim tantùm infert ista locutio, vt sicut domus Aaron in Ophni & Phinees eiecta est, ne sacerdotio fungeretur: ita Abiathar eiectus fuit, &c. Quibus præmissis, sequamur textum. *Nunquid non apertè reuelatus sum domui patris tui?* Quænam, obsecro, est ista apertè facta reuelatio? iuxta Hebræum habetur, *Nonne manifestando manifestaui me ad domum patris tui?* Quæ interrogatiua, & duplicata locutio emphasim habet maximam, vt sit sensus: Certissimum est, quod diligentissimè docui primos patres tuæ familiæ Leuiticæ, eísque mentem meam aperui. Atqui Aaron non fuit ex illis primis patribus tribus Leuiticæ, qui erant in Aegypto, cùm dicti patres essent in domo Pharaonis. Deinde illa manifestatio Aaroni facta, vt iret in occursum Moysis[c], Laconica valde fuit, nec tam diligentem & exactam requirebat Dei instructionem, qualem importat locutio, *Nonne manifestando manifestaui me?* nam importat mentem suam aperire in rebus multiplicibus, ac perceptu difficillimis: tale autem non erat dictum præceptum de occurrendo

a 1. Reg. 2. 13. 14 & seq.

b 3. Reg. 2. 26.

c Exod. 4. 27.

Deum manifestando manifestare se quid sit.

Digitized by Google

A fratri Moysi. Proinde censeo, illam Dei instructionem, minutámque mentis suæ declarationem eorum esse, quæ sequuntur: nempe, de tempore, de modo, & ordine, quo ille sacerdos à Deo electus deberet *ascendere ad altare eius* (aliàs offerre sacrificia, vt volunt Hebræa) *adolere sibi incensum, & portare Ephod coram se.* Deinde ordinare quas partes, quando, & quo modo Leuitæ debeant accipere, *omnium quæ de sacrificiis erant filiorum Israel*, quem ordinem violabant filij Heli. Quid autem aliud hoc est, quam ordinem ritúsque vmbratiles sacerdotij Aaronici instituere, eiúsque iacere fundamenta, vt quod à Christo,
B eiúsque temporibus perficiendum erat Melchisedechis, in pane & vino, sacrificium, moriente Patriarcha summóque Pontifice Iacob (quem pater Isaac *frumento & vino*, per impositionem manuum *stabiliuerat* [a]) non finem, sed quoddam interstitiùm acciperet?

Per institutionẽ sacrificij Aaronici sacrificium Melchisedecis intermittitur.

a Genes. 27. 37.

Ista autem tam celebris, illustrísque Dei ad domum Leui manifestatio, & prima totius sacerdotij, ordinísque Aaronici institutio ab ipso Deo (vt puto) immediatè facta in Ægypto, eo tempore pacifico, quo duodecim filij Israël erant in domo Pharaonis, tanti fuit ponderis Ecclesiæ Israëliticæ, vt (mea qui-
C dem sententia) Deus tunc, inter alia fieri curauerit Ephod Pontificale, in quo inscripta essent (tunc quidem, pro ratione temporis, simplici stylo, postea [b] in duodecim pretiosis lapidibus insculpta) nomina duodecim filiorum Israël. Et sic intelligendum puto ista laconica verba, *& portaret Ephod coram me.* Id est, docui illum sacerdotem, non solùm quo pacto, & in qua parte corporis ferre deberet Ephod: sed etiam quid esset, quomodo fieri deberet, quid repræsentaret, & ad quid institueretur, nempe, in memoriam meæ perfectæ instructionis, & manifestationis filiis Leui: & ideo nomen ei dedi Vrim & Thumim, quod
D maximam importat manifestationem.

Ephod quãdo, & qua de causa primò à Deo institutum sit.

b Exod 28. 10.

Vrim & Thumim nominis ratio.

Similiter arbitror iudicandum de his verbis, *Elegi eum ex omnibus tribubus Israel, mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum.* Dum enim alloquitur summum sacerdotem ordinis Leuitici, indirectè loquitur de sacrificiis cruentis, quæ, quo pacto, quo tempore, & ritu offerri debeant, amplissimè docuit in Aegypto: similiter dicendum de

Digitized by Google

cæremoniis adolendi incensum, & alia multa faciendi, quæ ad ista tria capita reducuntur.

At quæret aliquis: cùm passim in Scriptura (præsertim, vbi sermo est de Ephod pontificali, de quo & nunc) *portare Ephod coram Domino*, idem sit ac portare illud coram arca, & propitiatorio: eò quòd ad consulendum Deum, non nisi coram propitiatorio applicabatur à Pontifice: an sic nunc ista verba sint intelligenda, ita vt ex tunc fuisset propitiatorium, coram quo portaretur Ephod? Iam antea[a] vidimus, prioribus mundi sæculis, & tempore Enosis institutum iam fuisse locum dictum, B faciem, & nomen Domini, postea propitiatorium, super quod erant Cherubim, vnde Deus dabat responsa petentibus. Sed mox visuri sumus[b], id expressiùs fieri cœpisse post mortem Iacob, qui ibi in vno Cherub, & Isaac in altero positus est, & deinceps semper remansit, quamuis alij Cherubim mutarentur. Ideóque hæc pars sanctuarij, id est, propitiatorium, *nomen Dei Iacob* passim appellatur[c]. Quæ tamen omnia, tunc cum tanta celebritate, pompa, aut pretiositate, vtpote, ex auro, & gemmis facta non sunt, sicut postea in deserto temporibus Moysis, & Aaron, qui Ecclesiam, tot millibus hominum auctam, ac multiplicandam, necnon citò in magno terræ promissionis dominio habitaturam, volebant, Deo quoque iubente, omnibus modis illustrem & magnificam reddere, ac cæteris gentibus ostendere. Et præterea, tota ista Ecclesiæ Israëliticæ, ac sacerdotij Aaronici pompa, multiplicésque ritus, ac cæremoniæ ad Christi vitam, mortémque, & sacramenta repræsentanda erant instituta, *Omnia enim in figura contingebant illis*[d]. Et ideò totum Ecclesiæ Israëliticæ institutum, non nisi temporale fuit, aut esse debuit, vt amplissimè docet Paulus in Epistola ad Hebræos[e]. C

Coram Domino, id est, coram propitiatorio.

a lib. 1. c. 11.

Propitiatorium quãdo primo institutum est.

b Cap. 13.
c 3 Reg. 8. 20. 2 Paral. 6 10. 33. 18. 1. Esd. 5. 1. Tob. 5. 23. Psalm. 19. 1.

Tabernaculi Mosaici vtensilia, cur pretiosa facta sunt.

d 1. Cor 11. 10. 6. 11.
e Cap. 7.

Quamuis autem dicta manifestatio, & prima ordinis Aaronici institutio per reuelationem à Deo immediatè facta sit, vt ex verbis ipsis colligi debere videtur: attamen ordo diuinæ prouidentiæ, ritúsque Ecclesiæ requirebat, vt talis sacerdos, & Pontifex ab alio consecraretur. Hunc autem non alium fuisse iudico, quàm sanctissimum Patriarcham Iacob paulò antequam ex viuis excederet. Et licet alterius esset ordinis Pontifex, nempe Melchisedechiani: nouos tamen quosdam ritus, D

Iacob consecrauit primũ sacerdotem ordinis Leuitici.

Digitized by Google

A sibi à Deo præscriptos statuere fuit ei iucundissimum: iuxta quos talem post se, in Ecclesiæ regimine successorem relinquebat, qui familiæ suæ, id est, Ecclesiæ Israëliticæ primus esset supremus Pontifex. Vnde facilè colligitur, quo id tempore præcisè contigerit, nimirum vltimo vitæ illius anno, mundi 2255.

Sed tandem scire cupit lector curiosus, ídque meritò, quisnam iste fuerit vir, quem Deus sese ei manifestando primùm de tribu Leuitica sacerdotem, supremúmque Pontificem elegerit. Arbitror fuisse Caath secundum Leui filium. His autem ad B hoc credendum ducor rationibus. Prima, ex eo, quòd scriptum reperio apud Genebrardum[a]: *Leui Caath, & eorum propinquis speciem quandam futuri sacerdotij exhibentibus, vsque ad Aaronem è benedictione & testamento Iacobi*, Gen. 49. Quod prorsus notãdum declarabitur, in capite sequenti. II. Cùm Iacob indignum iudicasset, vt filius eius Leui sacerdotio fungeretur, ne planè contemptus desperaret, tribum illius eligens, natu secundum filium eius Caath, ibique præsentem, antequam alios filios benediceret (vt videbimus) instituit Pontificem, ex quo omnes Leuitici generis posteriores sacerdotes ducerent originem, quod de Aarone dici non potest. III. Ex eo, quòd Sacerdos, C siue supremus Pontifex, qui à Deo promittitur Heli, vtpote Samuel non erat ex domo Leui per Aaron, sed per Caath Isaar, Core & Abiasaph, vt constat ex Scriptura[b]: legitimus tamen erat, quia ex Caath primo sacerdote oriundus erat. IV. Conijcitur ex eo, quòd ex filiis à Leui genitis nullius quàm Caath annorum vitæ numerus ponitur in scriptura: quòd vix solet fieri, nisi de iis, vel qui in genealogia Christi à Seth, per Abraham & Iudam ducunt originem: vel in serie filiorum Dei, ac ministrorum, eorum præsertim, qui clauum Ecclesiæ tenuerunt, digeruntur, vt Seth, Iared, Noe, Sem, Isaac, Iacob, D quos sequuntur Caath, Amran & Aaron. V. Ex eo, quòd, post celebrem illam, quæ in deserto facta est, Aaronis vnctionem, decorationem, & magnificorum rituum deinceps, in terra promissionis, circa tabernaculum Mosaicum seruandorum, institutionem, semper filij Caath, tanquam à primo Pontifice ordinis Leuitici descendentes valdè à Deo, præ cæteris honorantur, maximísque dantur priuilegiis, quæ longum nimis esset re-

a in Chron. an. mundi 294. n. 7.

b 1 Paral. c. 6. 33.

Digitized by Google

A censere: videantur in locis hîc assignatis [a]. VI. Cùm Caath ab auo Iacob loco patris, & in eius præsentia factus est sacerdos valdè ad hoc competentis erat ætatis, annorum (credo) triginta, quæ postea per legem Mosaicam Sacerdotibus assignatur. Licet enim Epiphanius [b], natum illum putet, anno patris 34. congruum tamen valdè est, & quasi solitum, vt frater eius primogenitus Gerson, trigesimo patris anno, ipse verò 31. genitus sit. Cùm autem constet vixisse 133. annos [c], & in morte Iacob trigenarius esset, moderatus fuerit Ecclesiam 103. annos.

a Num. 3. 27. & seq. 4.12. & seq. Ibid 18 37. Cap.7 9.10. 21 16.1. 4
b in Anchorato.
c Exod. 6. 18.

B Successit autem ei filius eius Amran, qui cùm (teste Demetrio) in morte Ioseph 14. esset annorum, ideóque in morte patris 64. vixerit autem annos 137. [d] sequitur tenuisse Pontificatum annis 73. Huic deinde Aaronem filium successisse credimus, cùm adhuc esset in Ægypto. Si autem (iuxta Polyhistorem apud Eusebium [e]) natus est anno patris Amran 76. in huius morte vnum supra sexagesimum annum habuerit, & cùm vixerit annos 123. supremum Pontificatum tenuerit 62. annorum spatio. Quæ vt meliùs elucidentur, notandum planè est, cùm Israëlitæ habitarent in terra Gessem separati ab Ægyptiis, vt ex multis locis scripturæ constat, [f] in diebus sanctissimi, C & sapientissimi patris Iacob, aut saltem multo tempore ante Israëlitarum egressum ex Ægypto sub viuentis, adhuc (vt credibile est) Iosephi auspiciis quendam ordinem stabilitum fuisse in modum Reipublicæ inter Israëlitas, tantopere multiplicatos, ne ab eis, vel per eos pax regni turbaretur. Hoc patet ex multis libri Exodi [g] locis. Cuius politici regiminis signum habemus in Moyse, qui tanquam auctoritatem habens (vt apud Salianum [h] multi patres tenent) fratrem suum Israëlitam vindicauit aduersus Aegyptium [i]. Nimirum, suprema ista inter Israëlitas iudicandi potestas, iam erat in tribu Leui, maximè in D domo Amram (quem Iosephus vocat *virum inter suos nobilem*) vt denotat iste loquendi modus successoris, cum prædecessore relationem importans, sicut & *viri* nomen auctoritatem, cùm de Amran dicitur: *Egressus est post hæc vir de domo Leui*, &c. [l] Quæ phrasis non abludit ab ea, qua paulò ante de nouo Rege dictum est [m], *Surrexit interea rex nouus.* Insuper Politicas, & sacras leges inter se habuisse significant ista verba, *Absconsè enim sacrificabant*

d Exod 6. 20.
e de præp. Euang l.9. cap.vlt.
f Exod.8. 22.
g Cap.3. 16. 18. cap. 12. 21.17.5.6.18 12.19.7. 24. 1.9.14.34 31
h An. mũdi 1503. n.12.
i Exod.2.12
l Exod. 2. 1.
m Exod. 1. 8.

A *sacrificabant iusti pueri bonorum* (en sacras leges) *& iustitiæ legem* (digestum legis naturalis) *in concordia disposuerunt*[a]. Sed quicquid sit de potestate, vel auctoritate temporali, ambigi non debet quōdam inter eos viguisse, cùm essent in Aegypto, authoritatem, ac potestatem spiritualem, & in ea successionem, quam prædicta de Amram verba significant. Quædam, nempe, festa seruabant[b]: certa quoque offerebant sacrificia[c]. Sicut ante legem datam laborans populus in Raphidim[d], & parta victoria aduersus Amalecitas Deo gratias agit per sacrificia, super tunc erectum altare, teste Iosepho[e]. Item Iethro veri Dei B Sacerdos instituto Cinæus offert sacrificium, *& epulatur coram Domino*[f], id est, coram propitiatorio. Item, ædificatur altare ad radices montis, & per sacrificium confirmatur fœdus[g]. Item iam habebant tabernaculum cum propitiatorio[h], de quo iuxta Hebræum legitur, *& vocauit illud tabernaculum Ecclesiæ, &* (nam) *erat omnis qui quærebat Dominum* (oraculum eius sciscitando) *exibat ad tabernaculum Ecclesiæ*, &c.[i] Eo etiam modo, quo Senatum, non nisi in loco sacro haberi solitum apud Romanos, notauit ex Varronis Isagogico Aul. Gellius[l]. Posteriores autem leges, ac statuta data fuerunt eis à Moyse, ad hoc C præsertim, vt ita seruarentur ab eis deinceps in terra promissionis, vt patet ex locis hîc assignatis[m]. Sed & cur leges istæ, ac ceremoniæ pro futuro præsertim tempore in terra promissionis seruandæ donarentur, causa præcisè & manifestè semel, & iterum exponitur.

Vt autem ad antiquiora reuertamur, ac maximè videamus Aaronem, non tunc primò factum fuisse sacerdotem ac Pontificem cùm à Moyse vnctus, vestitus, ac variè ornatus legitur[n]: sed tunc id factum ab eo fuisse in solemni dedicatione tabernaculi, vt edoceretur populus, quibus deinceps ceremoniis, tam D templa & tabernacula, quam summus Pontifex, & sacerdotes cum pompa & magnificentia essent consecrandi in terra promissionis: longè verò priùs Aaronem fuisse Pontificem in Aegypto, quædam ad hoc prorsus notanda sunt. Et primò, talem iam extitisse, munúsque suum, conscio etiam Rege Aegypti, exercuisse demonstrat illa publicè in manu delata virga[o] antiquum iurisdictionis symbolum: quam deferēs signis, per eam productis opportunè, tunc suam stabiliuit auctoritatem, quan-

a Sap. 18. 9.
b Exod. 5. 1. 10. 9.
c Exod. 3. 12. 18. 5. 3. 8. 17. 10. 10 25. 26. 27. 18. 29. 9. 1. 10. 5. 11. 24. 25. 26. 12. 31. 17. 15 13. 12. 19. 22. 24. 4. 5.
d Exod. 17. 12.
e Ant lib. 3. cap. 1
f Exod. 2. 16 18 1. 12.
g Exod 24. 9.
h Exod. 6. 30. 16. 9. 33. 34 18 12.
i 33. 7. 8.
l lib. 14. c. 7.
m Exod 12. 1. 17. 24 15. 42. 43. 13 5 11. 27 21. 18. 43. 29. 28 42. 30. 10 21. 31. 31. 16. 33 7 8 9. 10. 11 14. Deut. 12. 1. 9.
n Exod. 30. 30.
o Exod. 7. 9. 16. 19.

Digitized by Google

do cum fratre quidem Moyse, nuper ex Madian reuerso, sed qui tunc ferè incognitus erat, congregat *seniores filiorum Israël*[a] (quo nomine facilè intelliguntur, ij qui passim vocantur *domus Israël*, & præfertur *domui Aaron* (ac tanquam potestatem habens eos alloquitur. Cui potestati rectè iungebatur eloquentia, cum qua sæpe Reges ac principes Aegypti, pro suis Israëlitis afflictis, próque aliis publicis occurrentibus negotiis alloquebatur. Propter quam benè dicendi facultatem Leuitis, id est, doctoribus Ecclesiasticis, tunc valdè congruam, ipse Aaron Leuites nomine à Deo compellatur his ad Moysen verbis: B *Aaron frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit, loquere ad eum*[b]. Deus enim non negat esse Pontificem, sed tunc necessariam premit Leuitarum eloquentiam.

a Exod. 4. 30.

b Exod 4. 14.

Secundò, cùm Aegyptij primò ab Hebere instructi[c] sacrificia cruenta, vt aliæ quædam nationes[d], exhorrescerent, ideóque (vt credo) Moyses Regi Pharaoni egressum Israëlitarum impedienti respondisset[e], *Non potest ita fieri, abominationes enim Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro: quòd si mactauerimus, ea quæ colunt Aegyptij coram eis* (hîc in vrbe Tain, sicut abscons è fecimus, vsque nunc in terra Gessem) *lapidibus nos obruent*, satis apertè significant sacrificia apud eos iam in vsu fuisse. Confirmatur ex eo quòd quoties petit Moyses à Rege licentiam egrediendi, semper causatur iter faciendum *ad sacrificandum Domino*[f], tanquam quid tritum, quòd nec rex miratur: & aliquando dicit greges secum esse ducendos, eósque necessarios ad cultum Dei[g]. Vnde manifestum est, nisi quis spontè cæcutiat, sacerdotium Leuiticum longè priùs in vsu fuisse inter Israëlitas. Et apertè in Exodo[h] constat fuisse sacerdotes. C

c sup. lib. 1. cap. 7.

d sup. lib. 1. cap. 1.

e Exod. 8. 26.

f Exod. 5. 1. 3. 8. 17.

g Exod. 10. 26.

h Cap. 19. 22.

Tertiò, sumendo filios Israël pro patriarchæ Iacob discipulis, seu antiquis prophetis, vt sæpe sumi diximus[i] cum præcipit Deus Moysi dicens, *Dabísque dono Leuitas Aaron, & filijs eius, quibus traditi sunt à filiis Israël*[l]. Satis apertè ostendit tribum Leui, longè ante legem vices, & munia circa tabernaculum à dictis prioribus accepisse. D

i Cap. 2. c. 9.

l Num 3. 7.

Quartò, cùm scribit Iosephus[m] Nadab & Abiu, *in Aram intulisse victimas, non iuxta præscriptum Moysi, sed quales antea solebant, ideò combustos fuisse*: satis apertè indicat, illos, multóque magis Aaronem, iam priùs fuisse sacerdotes. Ista enim eorum

m Antiq. lib. 3 c. 9.

Digitized by Google

A combuſtio, non niſi poſt celebrem Aaronis conſecrationem, & tabernaculi dedicationem contigit.

Quintò, cùm probabile ſit, vt annotat Richelius[a], nonnullam benedictionem, ſeu iuſtificationem legalem, quæ fieret à ſacerdotibus, præceſſiſſe immolationem agni Paſchalis nocte illa egreſſionis ex Aegypto: illi profectò ſacerdotes, ſub vno ſupremo Pontifice Aarone militabant. Imò, Bachiarius[b] aſſerit Aaronem celebrauiſſe Paſcha cum populo, quando noctu egreſſi ſunt ex Aegypto: & propterea, tunc etiam ſacerdotem fuiſſe, quia ſine Sacerdote Paſcha celebrari non poterat.

a in 1 Paral. 30. & 35.

b Epiſt. de recipiendis lapſis.

B Sextò, hoc apparet ex eo quòd paulò poſt egreſſum ex Aegypto, & ferè anno integro priuſquam Aaron magnificè vngeretur, & ornaretur à Moyſe[c] ad celebrandum maximum illud nuper facti tabernaculi dedicationis feſtum, tanquam ſacerdos & Pontifex poſuit in vaſe Man, ad reſeruandum coram Domino, id eſt, coram propitiatorio, quod (iuxta Hebr.) vocabatur *teſtimonium*[d]: habebántque tunc Iſraëlitæ tabernaculum, in quo alia multa ſimilia fecit Aaron, tanquam ſacerdos & Pontifex. De quo iam egimus[e].

c Exod. 30. 30.

d Exod. 16. 34.

e Cap 6.

At vtique rem terminat Paulus Apoſtolus[f], cùm ait, popu-C lum Iſraël, *legem accepiſſe, ſub ſacerdotio Leuitico*. Quid autem eſt ſub ſacerdotio Leuitico, niſi ſub ſacerdotibus Leuiticis quorum tunc vigebat ſacerdotium? Lex autem data fuit paulò poſt egreſſum ex Aegypto. Igitur Aaron, non tunc primò fuit factus ſacerdos, aut Pontifex, quando in dedicatione tabernaculi magna cum pompa vnctus fuit, & ornatus à Moyſe, ſed iam à 23. annis mortuo patre Amran factus fuerat Pontifex. Qualis erat, ſed ſine cultu, quando à Deo miſſus eſt ex Aegypto in occurſum fratris Moyſis, venientis ex Madian in Aegyptum ad liberandum vexatos Iſraëlitas. *Vade*, (ait Deus Aaroni) *in* D *occurſum Moyſi in deſertum*[g]. Quæ verba Laconica valdè ſunt, nihílque minùs ſapiunt quam inſignem reuelationem, vt volunt ij qui Dei verba ad Heli facta, & à nobis iam expoſita de iſto occurſu interpretantur.

f Heb. 7. 11.

g Exod. 4. 27.

Cùm igitur Aaron vixerit annos 123. horum 61. tranſegit ante Pontificatum: in illo autem duos, & viginti in Aegypto, vnum ab exitu Agypti vſque ad magnificam, ac celebrem eius in deſerto vnctionem, & ab iſta vſque ad mortem 39.

Digitized by Google

Ex quibus aliisque multis antea dictis facilè deduci potest series summorum Ecclesiæ Pontificum: cuius nos tale literculum confecimus. A

1 Adam	sedit anno mundi	primo	vixit in Pontificatu annos.	930
2 Seth		930		112
3 Iared		1042		380
4 Noë		1422		584
5 Sem		2006		152
6 Isaac		2158		70
7 Iacob		2228		27
8 Caath		2255		103
9 Amram		2358		73
10 Aaron		2431		62

B

Sed & in hoc loco tertiæ huius ætatis, tabulam chronologicam congruè interserendam esse putamus.

C

Synopsis Chronologica tertiæ ætatis mundi.

		Anni mundi.	SEM, qui est MELCHISEDECH.	DILVVII.	HEBER.	THARE.	ABRAHAM.	PROMISSIONIS.	ISAAC	IACOBI
	a	2017	459	361	294	139	69			
B	b	2023	465	367	300	145	75	1		
	c	2025	467	369	302	147	77	2		
	d	2030	472	374	307	152	82	7		
	e	2031	473	375	308	153	83	8		
	f	2032	474	376	309	154	84	9		
	g	2033	475	377	310	155	85	10		
	h	2034	476	378	311	156	86	11		
	i	2047	489	391	324	169	99	24		
C	k	2048	490	392	325	170	100	25		
	l	2053	495	397	330	175	105	30	5	
	m	2054	496	398	331	176	106	31	6	
	n	2064	506	408	341	186	116	41	16	
	o	2083	525	427	360	205	135	60	35	
	p	2085	527	429	362	∴	137	62	37	
	q	2088	530	432	365		140	65	40	
	r	2089	531	433	364		141	66	41	
	ſ	2108	550	452	383		160	85	60	
D	t	2123	565	467	398		175	100	75	15
	v	2138	580	482	413		∴	115	90	30
	x	2158	600	502	433			135	110	50
	y	2186	∴	530	461			163	138	78
	z	2189		533	464			166	141	81

a Pentapolitæ seruire cœperunt Chodorlahomori eique subiici. Genes. 14.

b Abram priùs in Chaldæa vocatus iterum à Deo vocatur in Haran, & pergit in terram Chanaan vbi multa figit tabernacula, id est, cœnobia. Cap. 1. & 2.

c Vrgente fame inde pergit in Ægyptum, vbi manet & docet per quadriennium. Cap. 2.

d Inde regressus ex terra Chanaan inuisit patrem in Haran, Pentapolitæ verò Chodorlahomoris iugum excutiunt. Cap. 1. & 2.

e Ob hoc insurgit bellum dicti Regis in Pentapolitanos, qui ab eo vincuntur & spoliantur, sicut ipse & socij vicissim ab Abram: cui victori occurrit Rex Salem Melchisedech. Cap. 3.

f Celebris visio Abræ, & fœdus Dei cum illo. Cap.

g Abram sumit Agar in vxorem. Cap. 4.

h Ex ea nascitur Israël. Cap. 4.

i Iterum apparet Deus Abræ, mutat ei nomen, promittit Isaac: pergit Abraham cum Sara in Geraram, & fœdere inito cum Rege habitat iuxta vrbem. Cap. 4.

k Isaac concipitur, & nascitur. Cap. 5.

l Ablactatur, & ducitur ad Thare in Haran. Cap. 1.

m Ismael cum matre Agar è domo eijcitur. Genes.

n Abraham fœdus init cum Abimelech, & plantat nemus iuxta Geraram. Cap. 5.

o Isaac ducitur à patre vt immoletur: ægrotat Thare in Haran quem inuisit Abraham: moritur Thare, & Abraham cum fratre Nachore ibi diuisa patris hæreditate reuertitur in Chanaan. Cap. 1.

p Sara moritur, & sepelitur in spelunca in Hebron. Cap. 5.

q Nubit Isaac Rebecca, quæ 20. annis manet sterilis. Gens.

r Abraham nubit Ceturæ, ex qua gignit filios. Genes.

s Iacob & Esau nascuntur. Cap. 6.

t Moritur Abraham. Cap 5. & 7.

u Molestiam patitur Isaac à Rege Geraræ. Genes.

x Moritur Sem, qui est Melchisedech. Cap 8.

y Benedicitur Iacob fitque sacerdos in frumento, & vino à patre Isaac cæcutiente. Cap. 8.

z Moritur Heber.

Digitized by Google

A

Prosequitur synopsis chronologica tertiæ ætatis.

	Anni mundi.	DILVVII.	PROMISSIONIS.	ISAAC.	IACOB.	IOSEPH.	CAATH.	AMRAM.	AARON.
a	2206	550	183	158	98	8	—		
b	2215	559	192	167	107	17			
c	2225	569	202	177	117	27			
d	2228	572	205	180	120	30	3		
e	2230	574	207	∴	122	32	5		
f	2238	582	215	—	130	40	13		
g	2255	599	232	—	147	57	30		
h	2294	638	271	—	∴	96	69		
i	2308	652	285	—	—	110	83	14	
k	2358	702	336	—	—	∴	133	64	
l	2370	714	347	—	—	—	∴	76	
m	2373	717	350	—	—	—	—	79	3
n	2431	775	408	—	—	—	—	137	61
o	2453	797	430	—	—	—	—	∴	80
p	2493	837	∴	—	—	—	—	—	123

B C

a Regreditur Iacob ex Mesopotamia cum vxoribus: luctatur cum Angelo, & accipit nomen Israël. Cap. 9.

D

b Dina rapitur, & violatur in vrbe Sichem. Cap. 10.

c Ioseph nutritur in carcerem, cap. 10. & nascitur Caath. c. 11.

d Moritur Isaac. Cap. 10.

e Ioseph in Ægypto ducitur in triumphum: & nascitur Iob in vrbe Bosra. Cap. 10.

f Iacob cum filiis Ægyptum ingreditur, & à filio Ioseph ho-

norificè excipitur.

g Iacob moribundus benedicit filiis suis, & Caath secundo Leui primum ordinis Leuitici stabilit sacerdotem, ac summum Ecclesiæ Pontificem. Cap. 11.

h Amran filius Caath nascitur. Cap. 11.

i Ioseph moritur. Genes.

k Caath moritur, cui Amram filius eius succedit in Pontificatu Leuitico. Cap. 11.

l Aaron nascitur. Cap. 11.

m Moyses nascitur. Exod. 7.7.

n Amram moritur, cui filius Aaron tertius ordinis Leuitici B succedit Pontifex. Cap. 11.

o Aaron Pontifex mittitur à Deo in occursum fratris sui Moysis, missi à Deo ex terra Madian in Aegyptum vt liberet populum suum. Cap.

p Aaron moritur. Cap. 11.

Igitur ad maiorem tertiæ huius ætatis rerum elucidationem ista paradigmata hîc inseruimus, & præsertim vt facilius capiantur prælibata Dei ad Heli verba de institutione primi, de tribu Leuitica Pontificis facta in Aegypto, à sanctissimo Pa- C triarcha Iacob, vt exposuimus. Quem iam morti proximum filios suos solemni ritu benedicentem, simúlque arcana, cœlestia, & inscrutabilia mysteria promentem attentis auribus, ac mentibus audiamus.

CAPVT

D

Digitized by Google

CAPVT XII.

De morte Patriarchæ Iacob, & de benedictionibus arcanisque sermonibus seu prophetis, quas morti proximus super filios suos pronuntiauit.



B VMQVE, ait sacer textus[a], *appropinquare cerneret diem mortis suæ vocauit filium suum Ioseph, & ait ad eum: En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum. Vocauit etiam filios suos, & ait eis: Congregamini vt annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis*[b]. Nimirum, iam benedixerat Iosephi filios: quæ autem singulis aliis dixit non videntur dici benedictiones, sed tantum prædictiones, vel prophetiæ: vt notarunt Ambrosius[c], Ruffinus[d], & Theodoretus[e]. Quamuis postea illis etiam benedixisse indicent ista verba
C Moysis: *Hæc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis benedictionibus proprijs*[f]. Illæ autem prophetiæ pro instituti nostri ratione discurrendæ sunt.

a Gen. 47. 27.
b Gen. 49. 1.
c in bened. patriarch. cap 1.
d lib de benedic. Patriarch. ad Paulinum.
e in quæst. in Genes. q vltima.
f Gen. 49. 28.

Prima ergo prophetia de Ruben talis est: *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio: effusus es sicut aqua, non crescas: quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.* Quorum verborum nulla mihi magis arridet expositio, quàm illa Hieronymi[g] originales terminos ponderantis. *Sensus*, inquit, *loci huius est hic: Tu Ruben es primogenitus meus maior in liberis: & sedebas iuxta*
D *ordinem natiuitatis tuæ, & hæreditatem quæ primogenitis iure debebatur, sacerdotium scilicet, & regnum, accipere debebas: hoc quippe in portando onere, & præualido robore demonstratur. Verùm, quia peccasti, & quasi aqua quæ vasculo non tenetur, voluptatis effusus es impetu, idcirco præcipio tibi vt vltra non pecces, sisque in fratrum numero pœnam ex peccato luens, quod primogeniti ordinem perdidisti.* Hæc Hieronymus. Videamus tamen quid & nobis Hebræa propinent. *Ruben primogenitus meus tu.* Sciant omnes fratres

g quæst. in Genesim.

tui quod te agnoſco pro primogenito meo iuxta ordinem natiuitatis: *fortitudo mea, & principium roboris mei*, quem primum genui cum robur corporis, & vires in me vigerent. propter hoc tu es *excellens dignitate*, *& excellens fortitudine*. Quia ordine primus omnium es, dignitate alijs præſtas, Rex illorum eſſe deberes: eo autem quòd magnas à me vires in tua conceptione recepiſti, excellis viribus corporis & fortitudine, quæ Regem maxime decet. Quia tamen tam leuis ac profuſus ad malum fuiſti, vt non ſolum ad illud effrenus ac feſtinans fueris, ſed ipſamet *feſtinatio ſicut aqua*: ideo, *non habebis excellentiam*, B & dignitatem primogenituræ: *quia aſcendiſti cubilia patris tui, tunc polluiſti ſtratum meum*. Poſt quæ verba vnicum verbum ſubditur non amplius in ſecunda perſona, ſed in tertia עָלָה *Ghalah*, hoc eſt: *Aſcendit*: quaſi Iacob ad alios ſermonem conuertens Ironicè dicat: Hæc eſt excellentia iſtius fratris veſtri primogeniti, & ad quam aſcendit, vt primogenitura priuetur. Poteſt etiam verti, euanuit, diremptus eſt.

Secunda prophetia ad Simeonem & Leui pertinet, qui facinus iniquitatis, furoris & crudelitatis plenum in cæde Sichimitarum commiſerant, quod iam pater moribundus ſe ſemper C improbaſſe, & abhorruiſſe teſtatur. *Simeon*, inquit, *& Leui fratres*, nempe, in conſpiratione cædis & vaſtationis, *vaſa iniquitatis bellantia*; id eſt, à quibus vaſa bellica, nempe, arma, iniquiſſimè ad tam nefandum ſcelus patrandum aſſumpta fuerunt, *in conſilium eorum non veniat anima mea*: Abſit, vt tam iniquo eorum conſilio vnquam adhæſerim, innocens ego nunc morior à ſanguine per illos effuſo: *Et in cœtu illorum non ſit gloria mea*: abſit vt illud factum gloriæ meæ aliquid contuliſſe putetur, vel in hoc me vllatenus gloriari voluerim: *quia in furore ſuo occiderunt virum*, nempe, Sichem ſtupri auctorem, atque nimia illius vlciſcendi cupiditate ad alios omnes vrbis ciues cædes illa graſſata eſt: *ſuffoderunt murum*, vt forſitan magis ſecreto in D vrbem irruerent, vt innuitur his verbis: *Simeon & Leui arreptis gladiis ingreſſi ſunt vrbem confidenter interfectis omnibus maſculis*[a]. Alia eſt lectio Septuaginta, qui pro *ſuffoderunt murum*, habent, *ſubneruauerunt taurum*, quaſi aliam Iacob indicaret his verbis illorum iniquitatem, qua Simeon & Leui, ad occidendum Ioſeph cum primi conſpiraſſent, aſſenſerunt vt mittere-

a Gen. 34. 26.

Digitized by Google

A tur in cisternam & etiam venderetur: & sic eneruarunt taurum, qui à Moyse vitulo comparatur [a]. Quo nomine Iudæi Iosephum intelligunt. Vnde Thargum Ierosolymitatum sic habet: *Et in voluntate sua vendiderunt Ioseph, qui assimilatus est boui.* Sequitur, *Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura.* Quibus verbis non maledicit filiis, sed tantum peccata illorum detestanda proponit: deinde pœnam subdit sceleris: *diuidam illos in Iacob, & disperdam eos in Israël.* Nam Leuitæ in omnes tribus dispersi sunt. Simeonitæ in extremum angulum meridianum totius terræ Chanaan quo-

B dammodo relegati sunt, & in ea terræ portione, quæ priùs tribui Iudæ assignata, ab ea quasi precario accepta est. Addunt Rabbini; filios Simeonis magna ex parte fuisse Scribas, Pædagogos, Legisque doctores, & ideo per omnes tribus fuisse dispersos.

a Deut. 33. 17.

Simeonitæ magna ex parte legis Doctores fuerunt.

Sed quia ex istis duobus fratribus persona Leui à sacerdotio (quod Iacob eius posteris dandum à Deo nouerat) erat excludenda, sicut Ruben à primogenitura: quid de ista à sacerdotio exclusione Hebræa subministrent audiamus: *Simeon & Leui fratres*, id est, in peccato socij, nam fratres carnales exti

C tisse notum est: *arma iniquitatis gladius eorum*: iniquissimè enim arma sumpserunt aduersus habitatores Sichem: *in secretum eorum non veniat anima mea*, huiusmodi eorum de sanguine innoxio fundendo clandestinis congregationibus nunquam adfui, nec adesse vllatenus vellem. *In cœtu eorum ne vniat se gloria mea.* At vtique in Heb. personæ mutatio est hoc pacto, *ne vniaris te gloria mea.* Puto esse apostrophem, ad Caath, quē iam elegerat sacerdotem, & ideo vocat eum gloriam suam hoc est, summum sacerdotium. Quasi dicat, Quamuis optimè nouerim Deum elegisse tribum Leui ex qua sumeretur *sacerdos, qui*

D *ascendat ad eius altare, & adoleat incensum, & portet Ephod coram eo* [b], non decet tamē vt gloria sacerdotij vniat se cum istis duobus viris humani & innoxij sanguinis effusoribus: *quia in furore suo occiderunt virum*, videlicet Hemor principem Sichimorum, idque reuera & actualiter: mente autem, *& in voluntate sua eneruauerūt taurum*, nempe, fratrem suum Ioseph, qui, vt habetur in lib. testam. Patriarcharū, videns Simeonem & Gad (hoc nomine vocatur Leui) venientes contra se vt eum occiderēt, pro-

b 1. Reg. 2.

Digitized by Google

cidens super faciem suã, vt non occideretur, orauit. Quantum ergo in eis fuit eneruauerunt Taurum, id est, Iosepho facultatem abstulerunt, vt quod postea contigit, eueniret: nempe, vt sub pastore seu Rege Pharaone taurus, id est, magni Ægyptiorũ armenti vir, & dux efficeretur. Absit igitur, ait Iacob, vt isti corde, & opere homicidæ vnitam, & adhærentem sibi habeant vnquam sacerdotij mei, & Pontificatus gloriam, *Maledictus furor eorum, quia pertinax, & ira eorum, quia induratio est*. Per maledictionem nihil quàm subiectionem & seruitutem, vel statum laicum intelligas, vt suprà [a] exposuimus, vt sit sensus: non erunt sacerdotes, sed laici sacerdotibus subditi, propter crudelitatem eorum in Sichimitas, & cordis duritiem erga fratrem suum Ioseph. *Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël*, cùm videlicet filij nepotesque Leui sacerdotio fungentur: ipse verò Leui in sua persona in statu laico manebit.

a lib. 1. c. 3.

Sequitur tertia prædictio gloriosissima, quæ est Iudæ. *Iuda, te laudabunt fratres tui*: iuxta nomen tuum, quod significat laudem, gloriam & laudem inter fratres tuos assequeris, ex nomine nãque tuo omnes fratres tui vocabuntur Iudæi: *Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum*: quod impletum est post mortem Iosuæ, cùm Dei monitu aliæ tribus istam ducem secutæ debellarunt hostes suos [b]: sed euidenter ac perfectè completum est in Dauide, & in aliis eiusdem tribus Regibus, qui Philistæos aliasque gentes subegerunt. *Catulus Leonis Iuda*. Dauidi præsertim hoc conuenit, qui primus Rex fuit ex hac tribu, sicut leo rex est aliorum animalium. *Ad prædam fili mi ascendisti*. De Dauide loqui perseuerat, quem velut ex se oriundum filij nomine mansuetissimum virum benignè conueniens, qui ex conditione pastoris ascendit relictis ouibus ad prædam discerpendam, hoc est, fortissimum Goliath suo proprio gladio iugulandum, indéque paulatim ascendit ad Regiam dignitatem, in qua velut leo omnes sensim Dei inimicos debellando discerpsit: quam ascensionem seu exaltationem meritus est Iudas eripiendo innocentem Ioseph de manibus fratrum interficere eum cupientium [c]: *Requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna*: sermo in secunda persona perseuerans eidem Dauidi Regi optimè quadrat, qui victoriis actibusque bellicis gloriosus moriens accu-

b Iudic. 1. 1. 2. 3. & seq.

c Gen. 37. 26.

Digitized by Google

A buit vt leo: sed in Salomone filio Rege pacifico accubuit quasi leæna, vel iuxta vocem Hebræam, *sicut leo maior.* Salomon enim patre suo longè maior fuit, siue diuitias spectes, siue magnificentiam & amplitudinem aulæ Regiæ in fabrica, in supellectili, in ministris, & satellitibus, & in multitudine subditorum. *Habebat in ditione sua omnia regna, à flumine terræ Philisthijm, vsque ad terminum Aegypti* [a]. Denique tanta fuit in Salomone Iudæ magnitudo, vt nullus alius illam valdè in posterioribus Regibus demissam magnificentiam excitare potuit, præter Messiam filium Dei, proinde additur: *Quis suscitabit eum?* Ast alia

a 3. Reg. 3. 5.

B præstolare, quæso, sub istis verbis latentia mysteria, in sequenti capite patefacienda. Sicut natum ex Virgine de tribu Iuda verbum incarnatum contemplari debet in eo quod subditur: *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est.* Vnde legunt Septuaginta, *donec veniat quod est ei repositum.* Nimirum, Messias erat repositus, siue depositus in illo duplici leone Dauidis, & Salomonis tanquam veritas in figura, non ita in aliis Regibus: *& ipse erit expectatio gentium*, sicut prædictum fuerat: *Postula à me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam* [b]. Quæ sequuntur de Iuda, non in eius persona, sed in

b Psal. 2. 8.

C persona Messiæ intelligunt Abulensis & Carthusianus: & videtur sermo in tertia persona perseuerans hoc exigere, *ligabit ad vineam pullum suum, & ad vitem, ô fili mi, asinam suam.* Quod de humanitate Christi clauis affixa cruci, tanquā viri, & sanguine eius velut vino defluenti videtur intelligi. Quasi filium Iudam alloquens sic diceret: O fili mi! ille qui tuum Dauidis, & Salomonis regnum in posterioribus humiliatum suscitaturus est, id miro faciet modo: nam velut asinus pascuæ appositus ligabitur palo crucis, ex qua vinum sanguinis eius abundanter effluet. *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum*: hoc

D efficaci liquore, tanquam vino lauabit vestimenta sua, id est, homines, quorum naturam induit, tam stolam Iudæorum, quā pallium Gentilium. Specialiter autem dicitur in vino, quia sanguis Christi fuit Ecclesiæ lauacrum, pretium & potus. In oculis lucidis sicut vinum ardens charitate fides in Apostolis eius significatur, & dentes lactei os eorum denotant à Christo repletum pane cœlesti Eucharistiæ, sub speciebus panis frumentacei, quem etiam Rabbini tenent, futurum album sicut lac.

Digitized by Google

Quarta prophetia ad Zabulon, dirigitur his verbis: *Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem.* Quibus nihil aliud prædicit, præter habitationis terminos: quod scilicet habitaturus esset in littore maris. Ab ortu enim habuit mare Galilææ, ab occasu mare Mediterraneum, quod portubus ad nauium stationem abundaturus esset, & terminos suos vsque ad Sidonem extensurus. Quod non immediatè, sed mediante tribu Aser, quæ interiacet intelligendum est. Vnde iuxta Hebræum habetur, *latus eius ad Sidonem,* supple, spectat ac prospicit: quasi dicat, ait Masius[a], Zabulon B obuersus est, & contiguus Sidoni: Zabulon in terra Chanaan erit vicinus Sidoniis, qui maritimi fuerunt mercatores, ac proinde per eos ex Sidone quasuis merces, & rerum omnium copiam accipiet.

a in Iosue cap. 9. v. 10.

Quintæ prædictioni, quæ Issacharis huiusmodi est, *Issachar asinus fortis accubans inter terminos, vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum, factúsque est tributis seruiens,* talis breuiter dari solet expositio: Issachariani habituri sunt solum felix atque amœnum, ideo non facilè se inde pelli passuri sunt: sed potiùs vectigales futuri sunt C superioribus hostibus, eo modo quo clittellarij muli, quantumuis onusti, si læta gramina quæ carpant per iter nacti sint, neque onere, neque facilè fustibus propelluntur. At sanè longè excellentiora continet ista prophetia: cuius ideo ampliorem explanationem ad caput 17. & 18. remittimus.

Sexto loco dicit Iacob ad Dan: *Dan iudicabit populum suum, & alia tribus Israël, fiat Dan coluber in via, cerastes in semita mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro. Salutare tuum expectabo Domine.* De Samsone omnes interpretantur, qui fuit de tribu Dan, & vnus à Deo electus ex iudicibus, seu vindicibus Israël: *sicut & alia tribus*, quæ suum Israëli dedit iudicem: non D enim omnes tribus dederunt iudices. Ruben enim & Gad, Simeon & Aser nullum iudicem dederunt. Ipse autem Samson Danita erit, quasi coluber & cerastes. Quemadmodum enim sicut serpentes in viis, & semitis sub arena, vel frondibus latitantes inopinatò hominem aggrediuntur & mordent: ita Samson occultè per artes & dolos Philistæos aggressus vastauit, & occidit, vt constat ex eius historia. Sic & Danitæ astu cœperunt

Digitized by Google

A vrbem Laïs, quæ postea Dan ab illis dicta est[a]. Quoniam autem Antichristus ex hac tribu creditur nasciturus, ex eius intuitu conturbatum Iacob à Christo Domino salutem contra ipsius hostem acerbissimum implorare quidam arbitrantur. Sic de Antichristo totam etiam prophetiam multi, tam ex priscis, quàm ex neotericis exponunt. Quam expositionem (ferè communem dicere licet) nollem cum Oleastro, & Abulensi tanquam fabulam anilem contemnere, ac deridere. Minimè tamen possum illam admittere, multis de causis, quarum prima sit: quod, vt statim videbimus[b], sapientissimus pater Iacob non B benedixit filiis suis, nisi postquam exemit eos, quos indignos iudicauit benedictione, qui tres fuerunt, Ruben, Simeon & Leui, propter eorum peccata: postquam exclusionem, aliis quos benedixit, non nisi fausta & honorifica prædixit. At sanè contumeliosissimum esset tribui Dan, si ex ea oriundus esset Antichristus homo peccati, & omnium hominum, qui vnquam fuerunt, sceleratissimus.

a Iudic. 18. 27.

b Cap. 15.

Secundò Iacob in suis benedictionibus, tanquam hilaris dator, & gaudens, plerúmque vtitur paronomasia, præsertim in maximis & alicuius momenti benedictionibus, vt pote Iu- C dæ, Iosephi, & quibusdam aliis, quod & obseruat in benedictione Dan, tanquam boni ominis ac honoris.

Tertiò, cùm iuxta omnes, & optimè, prima huius benedictionis pars de celeberrimo, & illustrissimo illo inter alios Israelis Iudice, Samsone debeat intelligi: verisimile non est, alteram benedictionis partem ita esse infaustam, qualis esset, si de Antichristo intelligeretur.

Benedictio Dan aliquatenus præstantior est, benedictione Iudæ.

Imò tam boni ominis, támque honorabilem esse eam arbitror, vt quodammodo præferri debeat illi, quæ data fuit Iudæ his verbis, *Non auferetur sceptrum de Iuda*, &c. Quæ licet de ven- D turo, atque ex tribu Iuda oriundo Christo dicta sit, quasi eius natiuitatem respiciens: at vtique ista præcipuum nostræ redemptionis, nempe, Christi in cruce eleuati respicit mysterium. Quod miror neminem vsque nunc attendisse. Cùm notum sit, Ooliab de tribu Dan, sicut Beseleel de tribu Iuda, *Eruditum à Deo ipso fuisse, Vt faceret opera abietarij, polymitarij, ac plumarij*, &c.[c] Item, *vt sciret fabrè operari*[d], *ad faciendum opus in auro & argento, & ære*, &c.[e] ad faciendum propitiatorium cum Cherubis,

c Exod. 35. 34.

d Ib. c. 36. 1.

e Ib. c. 35. 33.

Digitized by Google

& omnia vasa tabernaculi. Quis autem ambigit illúmmet fuisse cum Beseleel, qui post 38. aut circiter annos ex Dei præcepto, per Moysen fecit serpentem æneum [a], ad cuius aspectum Israëlitæ, qui à serpentibus mortiferè vulnerati fuerant, sanabantur & seruabantur à morte, quæ super illa exitiosa vulnera, tanquam super equum triumphans equitabat: Serpens autem aspectus ab Israëlitis huius equi mordebat vngulam, & ascensor eius mors cadebat retrorsum, vim suam amittens. Hoc autem fiebat in via seu itinere, quo Israëlitæ ex Aegypto ad terram promissionis pergebant: sed & in semita, breuius enim adhuc restabat via vsque ad terram Chanaan, cùm tunc essent propè illam. Cùm autem iste serpens æneus expressissima esset Christi Crucifixi figura: ideo Iacob in huius dulcissimi nostræ salutis mysterij contemplatione raptus, istam faustam benedictionem his verbis per apostrophem ad Deum terminat, quòd in nulla alia benedictione fecit: *Salutare tuum expectabo Domine*. Hæc sit mea huius benedictionis expositio.

a Num. 21.

Septimum vaticinium ad Gad ita dirigitur: *Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum*: cuius mentem sic excipit Hieronymus [b]. Tribus Gad expedita ante Ruben, & dimidiam tribum Manasse transiuit Iordanem ad debellandum Chananæos, duce Iosue, sicut promiserant ipsi Mosi Numer. 32. vbi alacritas Gaditarum præ cæteris innuitur, quod ibi Gaditæ sæpe Rubenitis anteferuntur. Post quatuordecim autem annos trans Iordanem ante socios reuersi sunt, multos hostes de vicinis repererunt gentibus; aduersum quos præliari necesse fuit: quos & fortiter dimicando deuicerunt. Hæc ferè Hieronymus.

b in Trad. Hebr.

Octaua prædictio fertur in Aser, hoc pacto: *Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus*. Sensus est: fruetur bonis terræ suæ optimis, & talibus, vt vel ipsis Regibus deliciarum loco futuræ sint.

Nona Nephthali conuenit: *Nephthali ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis*. Quam sic Andreas Masius explicat, quasi diceret: Sicut ceruus emissus, & liber in herbosa ac fertili terra exultim ludit, ita & in sua fertili sorte ludet & exultabit Nephthali: *dabit* autem *eloquia pulchritudinis*, quia comis erit, blandus & humanus, suáque vrbanitate omnes sibi conciliabit.

Optimè:

Digitized by Google

A Optimè : Sed non credo Iacobum soli tantopere Chanaani vbertatem in mente habuisse, vt ad hanc velut ad scopum omnia sua verba direxerit, quemadmodum magna pars expositorum videtur existimare : sed alia quoque spiritualiora, aut certè minus crassa minúsque terrena contemplabatur in suis filijs.

Proinde consultè Cornelius à Lapide censet ista verba propriè ac directè respicere insignem illam victoriam Barac & Debboræ contra Sisaram [a]. Fuit enim Barac dux exercitus Israël oriundus ex Nephthali, qui rectè comparatur cer- a Iudic. 4.
B uo, qui per se timidus est: sed vbi se venatoribus, hostibúsque circumseptum, déque sua vita agi videt, animos & cornua attollit, atque furenti similis, per medias hostium acies, ingenti impetu perrumpit. Sic enim Barac initio instar cerui timuit, nec nisi cum Debbora bellum aggredi ausus fuit. At ea comite animatus, quasi leo cum paucis in innumeras instructissimásque hostium copias irrupit, eásque prostrauit, & id celerrimè ad instar cerui, vel etiam fulminis, quod nomen eius Barac significat. *Dedit* insuper *eloquia pulchritudinis*, quando pulcherrimum, gratulatorium & Eucharisticum carmen Deo
C victoriæ auctori cum Debbora edidit ac cecinit. Nos præter istud speciale Baraci & Debboræ egregium facinus aliquid generalius in ista prophetia Iacob in spiritu vidisse putamus, quod in 18. capite exponendum distulimus.

Sequitur decima prophetia, cui amplissima iungitur benedictio Iosephi : *filius accrescens Ioseph.* Allusio fit ad nomen Ephraim, cuius significatum *fructificans*, etiam patri eius Iosepho multiplici titulo conuenire vult dicere : *decorus aspectu*, Hebr. *super oculum* : quasi pulchritudo eius in aspicientium oculis augescere videretur : ita vt *filiæ discurrerunt super murum*;
D nempe, mulieres Ægyptiæ super muros ciuitatum ambularent, vt te tam formosum, & præterea cultu Regio insignitum, quasi patriæ mundíque saluatorem cernerent, & vt vicissim à te cernerentur. *Sed exasperauerunt eum* fratres eius pulchritudini isti, & ingenuitati inuidentes : *& iurgati sunt*, dicentes, *Nunquid rex noster eris ? &, ecce somniator venit, venite occidamus eum* [b]. Addit, *habentes iacula*, vtpote irrisionum & calumniarum, quibus eum transfixerunt. *Sedit in forti arcus eius.* b Gen. 37. 8. & 19.

Digitized by Google

Arcum innocentiæ suæ commisit Ioseph Deo fortissimo, sagittandi arte peritissimo, vt ab eius manu dirigeretur. Vnde factum est, vt quamuis per fratrum inuidiam venditus sit, & per procacis dominæ suæ impudentem calumniam in carcerem missus sit, tandem *dissoluta sunt vincula brachiorum, & manum illius per manus potentis* (nempe, Dei) *Iacob. Inde* (nempe, ex vinculis) *pastor egressus est*, factus est pastor totius Aegypti, prouidens, ne Aegyptij fame perirent: & insuper factus est *lapis Israël*, firmans, roborans, & velut basis sustentans in Aegypto totum populum Israël. Sed nos præterea ex his verbis aliud valdè notandum elicimus, ac paulò post [a] elucidamus.

a Cap. 14.

Quibus laudibus & encomiis, addit Iacob insignem huiusmodi benedictionem: *Deus patris tui benedicet tibi benedictionibus cœli:* non solùm, vt det tibi de rore seu influxu cœli, quo agri possessionésque tuæ fœcundæ reddantur, sicut benedictus fui aliquando à patre meo Isaac: sed etiam vt Angeli, qui in cœlo coram Deo stant, tibi faueant, tibi ministrent ac famulentur, bonísque cœlestibus impleant: *benedictionibus abyssi iacentis deorsum*, vt, videlicet, benedictionem istam confirment omnes patres degentes in lymbo Adam, Seth, Enos, Henoch, Noë, Abraham, Isaac pater meus, & alij omnes *Raphaim*, qui ibi *gemunt sub aquis* [b] expectantes Saluatorem mundi: De terra quoque abundantiam, & fœcunditatem accipias *benedictionibus vberum & vuluæ*, vt scilicet habeas copiosum lac, fœturam ac prolem, tam animalium quàm hominum, *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius.* Exponunt Lyranus, Abulensis, & Pererius: Ego Iacob præ patribus meis Abraham, & Isaac fui, tum à patre meo Isaac, tum à Deo benedictus, & ita vicissim tibi, ô Ioseph, benedico, ac consequenter tu à patribus meis, & meipso magis eris benedictus, quia non tantùm patrum vti ego, sed & meam benedictionem nancisceris: *Donec veniret* (id est, donec veniat) *desiderium collium æternorum*, id est, Messias, qui fuit desiderium Angelorum, & sanctorum omnium ab orbe condito, qui tanquam colles præ cæteris mortalibus virtutibus eminent. Ad illud igitur vsque tempus vult Iacob Iosephi sui felicitatem perdurare. Deinde quicquid dixerat, confirmat, dicens: *Fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazaræi inter fratres suos.* Vocat Ioseph Nazaræum, id est, separa-

b Iob. 26. 5.

Digitized by Google

tum inter fratres suos, eo quod cùm odissent eum, cogebatur se ab eis separare, cùm esset iuuenis, & ipsi illum à se multipliciter separare tentarunt, nunc illum volentes occidere, nunc in cisternam mittere, nunc illum vendere: qui etiam diu separatus miserè degit in carcere, cum prolixa coma. Ait igitur Iacob, veniant super caput Ioseph, super caput, inquam, illius, quem tantopere fratres eius oderant, quem velut extorrem & excommunicatum habebant, omnes istæ meæ benedictiones. A quo tempore arbitror religiosos, qui (vt ipse Ioseph [a]) vocantur Hebræi, vel ex totius Ecclesiæ, vel ex patris Iacob B constitutione, tum filios, id est, discipulos Israël, tum etiam Nazaræos cum quadam paranomasia (qua delectabatur Iacob) ad nomen antiquum Cenezæorum appellatos fuisse: & ad perpetuam Iosephi memoriam, qui & comatus manserat in carcere, & postea tonsus indutus stola byssina fuerat à Rege Aegypti votum Nazaræorum de prolixa detonsáque coma, necnon album eorum vestimentum originem habuisse. Nazaræos autem eiusdem instituti fuisse cum Pharisæis, qui erant Rechabitæ [b] facilè colligitur ex facto B. Pauli [c] professione Pharisæi [d]. Cùm autem iidem C essent ac Enoscæi, qui erant ante diluuium, & cùm nomen prædictósque ritus à Iacob patre Israëlitarum accepissent, ex omnibus tribus esse poterant, & ad nullam sacerdotalem Leuitici generis functionem obligabantur: sed priscum legis naturalis secundùm ordinem Melchisedech sectabantur sacerdotium, vt de Enoscæis sub nomine Gedmonæorum, iam diximus. De quo vide Serarium in lib. Iudicum [e].

a Genes. 36. 14. 17.

Nazaræi vnde nomē, vestitū & votum de coma habuerunt.

b cap. sequenti.

c Act. 18. 18 & 21. 23.

d Act. 23. 6. 26. 5 Philip. 3. 5.

e Cap. 13. quæst. 5. & 6

Vndecima prædictio est Benjamin. *Benjamin lupus rapax: manè comedet prædam, & vespere diuidet spolia.* Placet quidem illorum expositio, qui his verbis intelligi putant bellicam virtutem D Benjamini, & ferociam sub similitudine lupi prædam rapientis: cùm tribus illius bellicosa admodum fuerit, vt constat ex libro Iudicum [f]: vbi illa sola aduersus congregatas, contra se decem tribus stetit in acie, congressa est, & magna eas semel, & iterùm affecit clade. Sed quia credibile est, Iacobum dilectissimo filio suo Benjamin aliquid sublime, & etiam honorabilius, quàm quòd aduersus fratres suos esset pugnaturus, optasse ac præuidisse. Placet magis cum Onchelo, lupi similitudinem ad tem-

f cap. 19.

HHh ij

Digitized by Google

plum, referre quod aliquando in illa tribu futurum sit, & in eius altari multæ victimæ mactandæ, & sacro igne deuorandæ; præter ea quæ cedebant in vsum populi, & sacerdotium *Benjamin*, ait Onchelus, *in terra eius quiescet præsentia diuinitatis* (arcam fœderis intelligit, in qua super propitiatorium Deus, velut in sua maiestate sedebat reddens oracula,) *& in possessione eius ædificabitur sanctuarium. Manè & vespere offerent sacerdotes oblationes, & in tempore vespertino diuident residuum portionum suarum de reliquijs, quæ sanctificatæ sunt.*

B

Caput XIII.

Alia expositio benedictionis Iudæ; Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui, *&c.*



Tantus fuit sancti Patriarchæ Iacob puritatis & innocentiæ zelus, ac tantùm iniquitatis odium, vt filiorum suorum, quæcúmque C peccata, etiam ab annis multis perpetrata, nulla vnquam apud se obliuione deleuerit, sed ad mortem vsque, sicut & quorundam virtutes, & merita, alta mente reposuerit; idcirco in illa hora vitæ extrema, vnicuique eorum *reddidit secundùm opera eius*: cui honorem, honorem, cui infamiam, infamiã, ac vituperium: sicut eius sequutus vestigia Rex Dauid moribundus filio suo Salomoni præcepit, vt à quibusdam vindictam sumeret, alijs pro meritis præmia largiretur, & gloriam[a].

a 3. Reg. 1.

Ecce Iacob in suis prædictionibus tres filios natiuitatis ordine D primos, nempe, Ruben, Simeon, & Leui, quos etiam primùm alloquitur, non tam benedicit, quàm arguit, humiliat, abiicit, & coram omnibus vituperat: primò exprobrando thori sui contaminationem, & primogenituram ei auferendo: aliis duobus obijciendo cædem Sichimorum, propter quam non dat Leui sacerdotium, sed eius filio Caath, sciens quòd Deus hanc sibi pro sacerdotio elegisset familiam. Hinc collige,

Iacob in morte quosdã ex filiis suis humiliat, alios exaltat.

Digitized by Google

A non omnia Iacobi ad filios eloquia benedictiones continere: sed duo priora puras esse castigationes: cætera, eo quod bona precantur, nomen benedictionis habere merentur.

Ruben primogenita Leui sacerdotio priuatur.

Inter quas duæ sunt faustissimæ æquè ac donis mysteriisque plenissimæ; tertia, nimirum, quæ est Iudæ, & decima quæ spectat ad Ioseph. Propter quarum abundantiam, exuberantiam, celsitudinem præque cæteris excellentiam videtur scriptura non soli Iudæ, sed Iosepho etiam donum primogenituræ tribuere, cùm ait: *Ruben fuit primogenitus Israël, sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filijs Ioseph*, &c.[a] Itaque

Iuda & Ioseph benedictiones amplissimæ.

a 1. Paral 5.

B que sicut Ruben ordine, & Ioseph vtilitate, non Iudas dignitate primogenitus reputatus est, imò & constitutus à patre his verbis iuxta Hebr. *Iuda tu, laudabunt te fratres tui.* Vis est in verbis præsertim originalibus propter elegantem ac duplicem paronomasiam, & vocum collusionem (quæ & in aliis benedictionibus comperitur, præsertim in iis quæ sunt Dan, Gad, Nephthali, Ioseph) יהודה יודוך ידך *Iehouda, Ioduca, Iadea*, & fortasse in venerabilis senis, cum ista pronunciaret, nutibus: præterea in verbis, eo quod verbum *laudabunt*, à quo deriuatur nomen Iudæ, talem laudem vel confessionem importat

C in Hebræo, quæ specialiter ad superiores spectat, quos subditi ingenuè laudant, reuerentur, gratanter admittunt, ac suos confitentur esse prælatos. Quo verbo passim vtitur Psaltes vbi sermo est de confitendo Deum, pro eo, quod est, nempe, verus Deus. Sensus igitur est; secundùm nomen tuum *Iuda*, id est, *confessio*, confitebuntur fratres tui, quod tu es dignus, vt reges super eos: sic exponit, & optimè, Pagninus. Alia emphasis esse potest in hoc sensu imperatiuo. Tu, ô Iuda, iam nomine laudatus es: volo autem, vt deinceps fratres tui, vi verborum istorum meorum te suum superiorem, & regem agnos-

D can, confiteantur, & laudent. Vis quoque in nutibus Iacob talis fuisse videtur, vt filium Iudam vel manu apprehendendo, vel saltem digito aliis fratribus monstrando, dixerit: Tu ipse, ô Iuda, & nullus alius existis tuis fratribus princeps, dúxque illorum eris. Eo planè modo, & sensu, quo Christus dixit Petro, etiam ad nomen eius alludens: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*[b].

Iuda Rex Israël constituitur à patre.

b Matth. 16.

Digitized by Google

A Quod si sanctissimus ac sapientissimus pater talem in suis benedictionibus seruauit ordinem, vt primò, amotis indignis, vel à primogenitura, vt Ruben, vel à sacerdotio, vt Leui; in prima ex iis, quæ verè sunt benedictiones, caput & principem Israëlitarum in ijs, quæ ad reipublicæ regimen ac politiam attinet, constituat; vt vere cõstituit: extra omne dubium esse debet, iam antea, priusquam infirmaretur de Pontifice, & viro, qui in iis, quæ sunt ad Deum, & regimen animarum præpositus esset, prouidisse; nempe, sciens Dei voluntatem esse, vt sacerdotium Ecclesiæ Israëliticæ esset in familia Leui. Non quidem ipsum Leui, qui non erat *irreprehensibilis* [a], qualem *oportet esse*, Pontificem & *Episcopum*: sed filium Leui secundum, nempe, Caath constituit. B

Iacob antequam filios benediceret prouidus de Pontifice in Ecclesia.

a 1 Timot. 3. 2.

Vnde ex hoc sapientissimo processu factum est, vt cum omni pace, mentiúmque tranquillitate, in hac hora mortis Iacob, & Leui videns se valde honoratum in filio, patris reprehensionem susceperit; & cæteri omnes Iudam pro suo Duce ac principe gratis omnino animis admiserint. Hîc perspicere volupe est ordinatum à Patriarcha Iacob Reipub. Israeliticæ statum: vt quod postea de Moyse & Aaron, de Iosue & Eleasar legimus, iam esse incipiat in Iuda & Caath, & post eos Phares & C Amram: quorum primus, quæ ad temporalia, & politica spectant, alter spiritualia & ea, quæ Dei sunt, moderetur. Quemadmodum enim Caatho in pontificatu successisse filium eius Amram credimus: ita & Iudæ, Phares filium eius, in ducatu. Quem virum illustrem extitisse probat ista precatio, *fiat domus tua sicut domus Phares, quem Thamar peperit Iudæ* [b] &c. In morte autem patris habere poterat Phares annos circiter 54. Proinde ab isto tempore mortis Iacob, Iuda reipub. clauum tenuit annis 59. vixit enim 119. annos, quorum sexagesimum agebat in morte patris. Ista autem Caathis electio non ita nobis ap- D paret in textu, vt nec alia multa, quæ facta sunt à Iacob, quale est illud præceptum, vt post mortem fieret sibi basis (super quam videlicet Cherub suum poneretur) quod ita completum legi. Iuxta Hebr. Et fecerunt *filij eius ei basim, quemadmodum præceperat eis* [c]. Sequitur in benedictione Iudæ.

b Ruth. 4. 12.

c Gen. 50. 12.

Manus tua in ceruice inimicorum tuorum. Reportatæ de inimicis victoriæ periphrasim esse nemo dubitat: sed nec quen-

Digitized by Google

quam, nisi manibus pugnare posse, vt victoria potiatur. Dum tamen video in benedictione Ioseph (qui aliquo modo, vt ex scriptura vidimus, primogenituræ dignitatem adeptus est) de Iacobi, & Iosephi manibus, brachiísque mentionem fieri; dum etiam video felices vocari manus Ioseph, eo quod ex aheno trânsierint [a] ad propitiatorium, sedémque Dei sustentandam, vt visuri sumus [b]; dum etiam video tres istos patriarchas Iacob, Iudam & Ioseph in suis imaginibus, & Cherubis sua vice, & ordine tabulam auream propitiatorij sustentantes: arbitror nunc sanctum senem Iacob alludere, ac mentis oculos B specialiter dirigere ad transitum maris rubri in quod Rex Pharao Israelitarum iuratus hostis cum suo exercitu demersus est. Tunc enim, vt videbimus, Iuda in suo Cherub erat in propitiatorio illud manibus sustentans, ad cuius propitiatorij præsentiam mare diuisum est, à quo statim Rex & Ægyptij absorpti fuerunt. Et sic manus Iudæ in sanctitate seu propitiatorio in ceruice inimicorum suorum fuerunt. Hoc in verbis sequentibus declaratur.

a Psal. 80. 7.
b Cap. seq.

Incuruabunt se tibi filij patris tui. Non solùm in persona tua, vel etiam in posterioribus tuis, ante quos cæteræ tri-C bus tanquam ante reges principésque suos humiliter, de more, prostrati manebunt: nec solùm in persona Christi de tua tribu nascituri, quem verum Deum esse agnoscentes prostrati *adorabunt omnes Reges terræ* [c]: sed etiam indirectè in tuo Cherub propitiatorium manibus deportante: coram quo omnes filij patris tui Deum tanquam in throno sedentem prostrati adorabunt. Et hoc breuiter continent ista sequentia verba, prudentissimè ac modestè abbreuiata. *Catulus leonis Iuda.* Notandus planè est in istis benedictionibus elegans loquendi modus, quo stylo prophetico loquitur Iacob per parabolas, & D metaphoras comparans ferè omnes, quos benedicit quibusdam animalibus: nimirum istum Iudam, leoni; Issachar, asino; Dan, colubro; Nephthalim, ceruo; Ioseph, tauro; & Benjamin lupo. Secundò notandum, quod tria sunt animalia, aries, taurus, & leo, quibus in sacra Scriptura prælati, & rectores hominum, iuxta tres eorum superioritatis gradus, elegantissimè comparantur. Nam, si non ita magnus aut celebris est numerus, aut qualitas subditorum, nec ita longè extendantur iuri-

c Psal. 71. 11.

Digitized by Google

dictionis eorum fines, qualis est Episcoporum, parochorum, Archimandritarum, ludimagistrorum regionis aut vrbis alicuius gubernatorum, isti comparantur arieti; qui sub homine pastore, non quidem armenti, sed ouium dumtaxat gregis dux est: Iuxta illud,

a Virgil. Ecloga 7. *Vir gregis ipse caper*[a].

Et sic filiorum Dei, id est, templi ministrorum præpositi à Psalmista[b] vocantur arietes: *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum.* Si vero præfecti iurisdictio longè, latéque extenditur, & multi subditorum dignitate, nobilitate, opibúsque sunt insignes; rector ille sub suprema aliqua potestate constitutus comparatur tauro, qui sub homine bubsequa caput, & dux armenti est, sic Dux Hebraicè vocatur אלוף *alluph*, id est, bos[c], vel taurus. Quemadmodum Ioseph sub rege Pharaone magni Ægyptiorum, vel etiam omnium principum armenti dux, totiúsque regni prorex effectus est: ideo taurus à patre Iacob appellatus est, cùm morti proximus Simeoni, & Leui filiis exprobrat, quod *in voluntate sua eneruauerunt taurum*[d], nempe, mortem Iosephi procurando, pro viribus obicem posuerunt, ne fieret taurus armenti Ægyptiorum. Ideo & pro stemmate taurum habuit, & ab ipso Moyse vocatus est, *primogenitus tauri*, id est, *vitulus*[e]. Vnde nec mirum si Aaron, & Israëlitæ sub figura vituli eum repræsentare voluerunt, vt videbimus.

b Psal. 28. 1.

c Genes. 36. 1. & seq.

d Gen. 49. 6

e Deut. 33. 17.

Quod si præfectus supremæ dignitatis est nullum præter Deum superiorem agnoscens, leoni comparatur, qui omnium animalium rex est. Ideo nunc Iacob summus in Ecclesia pontifex *Leonem* se nominat: Iudam verò quem præcedentibus verbis regem Israëlitarum constituit, *Catulum leonis* vocat, hoc nomine datam ei supremam confirmans authoritatem. Vnde factum est, vt ab eo tempore, quo Iuda vocatus est à patre *Catulus leonis*, ipse Iuda, eiúsque familia pro stemmate leonem habuerit in scuto viridi: vt notant Hebræi[f]. Sed quod ait postea notandum est.

f in cap. 2. lib. Num.

Incuruauit se, cubauit sicut leo, & sicut leo maior. Si leo est, id est, Rex, coram quo se incuruaturus est? Coram eo, ante quem pater eius, qui leo maior est, & supremus Ecclesiæ Pontifex, incuruabit.

Digitized by Google

A incuruabit se & cubabit: hic autem alius, quàm Deus esse non potest: neque hoc ante mortem eius videtur euenturum, cùm iam iam moriturus sit: sed hoc fiet in eorum Cherubis, & figuris, quæ ponentur in propitiatorio: sicut statim ex scriptura factum fuisse probabimus. Sensus igitur est: Ego leo maior sum, qui post mortem meam in meo Cherub positus in propitiatorio sedem Dei manibus, ex vna parte sustentans inclinatus ibi Deum adorabo: tu vero catulus meus è regione positus alteram propitiatorij extremitatem portans in eodem situ corporis, sicut ego leo maior, Deum maiestatis
B adorabis.

Quis suscitabit eum? Istæ breuissimæ ac subobscuræ loquutiones diuinam senis prudentiam ostendunt. Quemadmodum enim de seipso loquens non dixit, Ego sum ille leo maior, cuius tu es catulus, qui, sicut ego, coram Deo incuruaberis ac decumbes, &c. ita mox de Ioseph dicturus, quòd etiam ipse ponetur secum, in propitiatorio, eodem quo Iuda modo, & quòd Ioseph, ablato Cherubo, Iuda, & Iacobo remanente, cum patre, loco Iudæ ponendus est: non hoc apertè dicit, ne cæterorum filiorum, & præsertim Iudæ excitet inuidiam: sed laco-
C nicè, & subobscurè ait, *Quis suscitabit eum?* Quasi dicat: Insignis quidam vir in tam digno loco ponendus est, Iuda autem inde tollendus: sed non expedit eum nominare. Sequitur, *A præda fili mi ascendisti.* In istis, & sequentibus verbis hyperbaton esse putamus: idcirco illa transposuimus, vt quæ de leonibus in arca ponendis dixerat Iacob, simul, tanquam sese exponentia, poneremus. Et sanè, totam sententiam ita disponendam arbitramur iuxta ordinem historiæ, *Iuda tu: laudabunt te fratres tui: catulus leonis Iuda incuruabit se, & cubabit sicut leo, & sicut leo maior: quis suscitabit eum? incuruabunt se tibi filij patris tui. A præda*
D *fili mi ascendisti: manus tua in ceruice inimicorum tuorum.* Iacob enim his verbis quinque dicit, quæ tali ordine contigerunt. Primò enim, iuxta patris præceptum omnes filij Iacob Iudam pro suo duce acceptarunt, & confessi sunt quasi vno ore dicentes, *Iuda Rex meus* [a]: Secundò, Quemadmodum [a] Psal. 59. 10.
Iacob (qui se ideo leoni maiori decumbenti comparat) statim postquam mortuus est, anno mundi 2255. (iuxta Dei

Digitized by Google

A

a vide supra cap. 11. decretum de portando Ephod coram propitiatorio [a]) à Pontifice Caath positus est in suo Cherub ex vna parte propitiatorij, & pater eius Isaac similiter (vt credimus) in suo Cherub ex altera parte: ita Iuda Rex Israël, postquam mortuus est, ablato Isaaci Cherubo, cum Patre suo Iacob ibidem in nouo propitiatorio positus est an. Pontificatus Caath 59. mundi verò 2314. Inde contigit, id quod ordine tertium est, nempe, vt fratres eius prosternentes se coram Domino, id est, coram propitiatorio, etiam incuruarent se coram Iuda in suo Cherub. Vsquequo suscitaretur, seu tolleretur à suo fratre B Ioseph: cuius Cherub loco Cherubi Iudæ à Moyse postea positus est anno mundi 2454 circa anni finem. Itaque Cherub Iuda fuit in propitiatorio, spatio annorum 142. IV. In eiusdem anni principio Israëlitæ duce Iuda existente in propitiatorio, ascenderunt de terra prædæ, nempe, Ægypto, ex qua tantam prædam spoliatis Ægyptiis abstulerunt. Et hoc volunt præsentia verba, *A præda fili mi ascendisti.* V. Quando Israëlitæ ex Ægypto persequentem Pharaonem fugientes mare rubrum obicem inuenerunt non ad solius virgæ Moysis tactum, sed etiam ad arcæ, id est, Dei super eam inter Iacob leonem maiorem, & catulum eius Iudam è regione eius C b Ps. 113. 2. positum sedentis, præsentiam *mare vidit & fugit* [b]: sicut quadragesimo post anno statim ac Leuitæ portantes aliam arcam (in cuius propitiatorio tunc erant Iacob & Ioseph) ingredi cœperunt Iordanem, *Iordanis conuersus est retrorsum.* Et de illo priori per mare rubrum transitu intendit nunc loqui Iacob, cùm ait, *manus tua in ceruice inimicorum tuorum.* Deus enim manibus Iudæ sic portatus, suis, velut manibus, in ceruice, id est, super caput Ægyptiorum positis, illos obruit, & extinxit in aquis vehementibus, quas redire fecit.

c Psal. 113. 1. & 2. Huius historiæ ac mysterij optimè gnarus Psalmista [c] bre- D uibus hoc verbis indigitat dicens, *Cùm egressus est Israël de Ægypto, domus Iacob è populo barbaro: erat Iehudah sanctitati eius, Israël ab apophthegmatibus* (seu sententiis) *eius.* Vbi nomine *sanctitatis* intelligitur non (vt multi putant) arca, sed tantùm thronus Dei, nempe, propitiatorium, propter loci dignitatem sæpe appellatum *sanctitas* [d], & ab eo mons Sion,

d Exod. 31. 11. Ps. 19. 3. 61. 3. 76. 14. & alibi.

Digitized by Google

A dicitur *mons sanctitatis* [a], & templum, *templum sanctitatis* [b]. a Psal. 2. 6. & 3. 5.
Dicitur autem apophthegmata, eo quod ibi oracula Dei ad instar apophthegmatum sapientum firmissima ac certissima reddebantur. Vel Endyadis est, sicut ista, b Psal. 11. 4.

——— *pateris libamus & auro* [c]. c Æneid. 1.

Quasi diceret, vniti erant Israël (seu Iacob) & Iuda filius eius sanctitati apophthegmatum, hoc est, propitiatorio oraculorum eius (sup. Dei) nam pronomen *eius* pro Deo sæpe accipi norunt experti, & nos alibi [d] docuimus) idque fieri ad maiorem eius reuerentiam. Nec otiosè diximus istos duos patriarchas vnitos fuisse propitiatorio: eodem, nempe, modo, quo postea duo Cherubim Mosaici ita iuncti erant propitiatorio, vt ab extremitatibus eius per malleationem producti essent, siue nunc ex auro fuerint, siue ex ære, *fac duos Cherubim ex auro ductili*. Item, *fac Cherub vnum ab extremo huic, & Cherub alterum ab extremo inde: propitiatorio facietis Cherubim super duabus extremitatibus eius* [e]. Idem de istis iudicasse videtur Paraphrasis Chaldaica, quæ habet, *facta est Ecclesia domus Iehudæ vnita* (in Iudæ Cherubo) *sanctitati eius; Israël* (id est, Iacob in suo Cherubo) *potestatibus eius*. Cum autem addit, *Mare vidit, & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum*: loquitur de duabus arcis, deque duabus aquarum transitibus toto quadraginta annorum spatio distinctis, quos vno solet sermone connectere: siue dicat, *Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede, ibi lætabimur in ipso* [f], nomine Domini, de quo priùs, id est in arca: siue dicat. *Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, Regis mei, qui est in sancto* [g], id est, in propitiatorio super arcam, ad cuius conspectum, vtraque aquarum diuisio facta est. Iosue [h] quoque de vtroque mirabili transitu simul locutus fuerat, in hoc vtique sensu: Quando Israëlitæ egressi sunt ex Ægypto, erat tunc arca, in cuius propitiatorio Iacob, & filius eius Iuda erant in suis Cherubis, quæ quidem arca portabatur à Leuitis seu sacerdotibus Leuiticæ familiæ (nam illos iam tunc fuisse vidimus [i]) ad cuius conspectum *mare vidit & fugit*, sicut post 40. annos ad conspectum alterius arcæ à sacerdotibus Leuiticis deportatæ *Iordanis conuersus est retrorsum* [l]. Nisi dicamus cum Rabbinis istam remansisse apud

d Iob. 15. 30. & 20. 28.

B (margin)

e Exod. 25. & 37. 7.

C (margin)

f Psal. 65. 6.

g Psal. 67. 25.

h Iosue 4. 23. & 24.

D (margin)

i Cap. 11.

l Iosue 3. 15. 16. & seq.

Digitized by Google

Israëlitas vsque ad transitum Iordanis, cum alia, quæ Iosephi dicebatur: de qua postea ampliùs. Et sic de ista, quæ Iudæ dici potest, verum esset, quòd ad eius præsentiam, *Mare vidit & fugit, & Iordanis conuersus est retrorsum.* Sed quia in transitu Iordanis nulli inimici absorpti sunt in aquis: de ista tantùm Iudæ verba patris eius Iacob intelliguntur, *A præda fili mi ascendisti, manus tua in ceruice inimicorum tuorum.* Alia, quæ sequuntur verba benedictionis Iudæ explicare non intendimus; sicut nec totam Iosephi benedictionem: sed illius tantùm partem, in qua Iacob eundem honorem ei prædicit tribuendum, B
vt suo ordine post Iudam secum ponatur in propitiatorio.

CAPVT XIV.

Alia expositio benedictionis Ioseph istorum præsertim verborum, filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus, *&c.* sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum, C
& manuum illius, *&c.*



MANTISSIMVS Iosephi pater, & sapientissimus Iacob volens largissimam ei benedictionem impertiri, ab istis verbis initium sumit, *filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu, filiæ discurrerunt super murum,* &c. Et quia ista verba præsertim in sua scaturigine pulchra valde, & ad Iosephi commendationem, nec non ad obscurissimo- D
rum scripturæ locorum intelligentiam admodùm conferunt; in hoc præsertim, quòd à patre Iacob (iuxta Hebr.) appellatur taurus seu vitulus: ideo nonnulla sunt prælibanda. Et primò quidem notandum, quòd primi orbis terræ rectores seu duces, vocantur Chiliarchi, vt antea [a] sæpe vidimus Hebraicè autem *Alaphim*, id est, tauri. Inde factum esse

[a] lib.1.c.1. & 6.

Digitized by Google

A videtur, vt nomen *tauri*, etiam apud profanos vsurparetur pro principe: sicut Homerus Agamemnona comparat tauro: est enim hoc animal symbolum Regis, vt docet Diogenes orat. 2. apud Dionem. Sed hoc Gentiles, vt alia multa furati sunt ex sacris, vel bouis, aut vituli nomen solet metaphoricè sumi, pro principibus, proceribus, ducibus & gubernatoribus: eo quòd sicut taurus armenti, sic illi populi viri, ducésque sunt: quemadmodum Virgilius[b] de hirco dixit: *Vir gregis ipse caper*: & de Tauro Tibullus lib. 4.

b Eglog. 7.

—— Seu tardi pecoris sim gloria taurus.

B Ad hoc respiciunt illa cornua, quæ in Parthorum Regum capitibus aurea erant: teste Ammiano[c]. Quo sensu Psalmista[d], dixit de principibus Iudæis, Christum affligentibus, *Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.* Item cum ait: *Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum.* Sicut mali principes irrisoriè vocantur *vaccæ pingues*, ab Amos[e]. Et passim duces exercitus vocantur אלפים *Alaphim* quæ vox *boues*, etiam significat. Dicúntque doctores אלוף *Alluph*, ita ductorem, qui aliis præest, significare, vt corona

c lib. 9. init.
d Psal. 21. 13.
Psal. 67. 31.
e Cap. 4. 1.

C tantùm rege sit inferior: quod optimè Iosepho quadrat qui taurus appellatur, vt videbimus: ídque per vocem שור *Scior*, à verbo שור *Sur* (quod est esse principem) persimilem. A quo nomine rectè quidam ex recentioribus deducunt nomen ישרון *Iesciurin*, quasi diceres *taurinum*, aut *bouinum*, quo semel, & iterùm[f] Iacobi patriarchæ, id est, Israëlitarum familia cognominata est; non, vt putant, ob corporis bouinam crassitiem vel pinguedinem: sed quia pater eorum Iacob princeps, & dux eorum fuit, sicut Ioseph Ægyptiorum. Ad quod alludit illis exprobrans Deus, his verbis: *Co-*

f Forerius.
Deut. 32. 15.
Esa. 44. 2.

D *gnouit bos* (Hebr. שור *Scior*) *possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israël autem me non cognouit*[g]. Itaque propter Iacob & Ioseph potissimùm populus Israël diceretur *bos*, aut *bouinus*. Quemadmodum per nomen אלפים *Alaphim* alludendo ad אלף *Eleph*, quod est bos, statim post diluuium, & longè post illud, tam Israëlis familiæ, quàm earum

g Esa. 1. 3.

Digitized by Google

a Genes. 36. sæpe. duces passim appellantur [a]. Sic per nomen שׁור *Scior* A
b Deut. 33. 17. Ioseph cognominatur à Moyse *primogenitus tauri* [b]. Vbi satis apertè pater Ioseph, appellatur taurus: vel ipse Ioseph, si cum aliquibus vertatur *primogenitus taurus*: quasi fuerit cæterorum taurorum, seu principum illustrissimus.

Secundò, notandum tria esse nomina bubuli generis animalium עֵגֶל *Gheghel*, quod est vitulus primæ ac teneræ adhuc ætatis; פַּר *par*, quod est Iuuenculus, à verbo פרה *Parah*, quod est fructificare, eo quòd tunc incipit cornua & vngulas emittere. Tertium nomen est B שׁור *Scior*, quòd importat bouem habitiorem, crassiorem, & distento iam corpore iustæ ætatis, ac magnitudinis,
Psal 68 32. nisi per aliud nomen restringatur: vt in illo Psalmistæ, *Et placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.* Vbi trium dictorum nominum, tertium à secundo restringitur, ac si diceretur *bouem iuuencum*, explicationis autem gratia, additur, *cornua producentem & vngulas.* Et quia tam in benedictione Ioseph, quam in verbis, quæ Iacob dixit Simeoni & Leui eos excludendo à benedictione, vsurpatur pro Ioseph nomen שׁור *Sciur*, quod cum puncto Holem (vt ibi legerunt C 70. significat *bouem*, cum Scurech autem, importat *murum.* Nos putamus vtróque in loco Holem punctuari debere, non scurech; & proinde Ioseph tunc à patre Iacob bouem, seu taurum bis appellatum fuisse.

Tertiò notandum, nomen *filiæ*, tam in plurium, quam in vnius numero sæpe in scriptura accipi pro fœminis alicuius eminentiæ & nobilitatis: vt de illis, de quibus dicitur, *Egredimini filiæ Sion, & videte regem vestrum Salomonem* [c] & in Canticis
c Cant. 3. 11. d Psal 44. sæpe, & vbi dicitur, *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, &c.* [d] His præmissis facilè erit intelligere verba benedictionis Io- D seph, quæ sic ex Hebræo vertenda putamus, *filius crescens Ioseph, filius crescens super fontem*: in quibus duplex paronomasia, est in participio Hebræo bis repetito פורת *Phorath*: prima est cùm nomine Regis Ægypti פַּרְעֹה *Parhoh*, quasi vocetur filius regis, cùm esset primus à Rege: secunda est cum voce פַּר *par*, quam Iuuencum importare di-

Digitized by Google

A ximus. Cùm enim Iacob filium suum Ioseph honoris causa,
mox taurum vocaturus sit: priùs vocat eum valde crescentem
(vt importat illa repetitio) non ad modum arboris, aut plan-
tæ iuxta fontem existentis, vt plerique interpretantur: sed ad
instar Iuuenci blandè cornifcantis, & vngulas protendere inci-
pientis: idque tam validè, velociter, ac ferè visibiliter, vt illa
citiùs quàm scaturigo aquæ riuulos producere videatur. Quod
sanè contigit statim postquam somnium Regis interpretatus
est in celebri illo triumpho: perfectus autem taurus effectus
postea est: quando per totum Ægyptum pro secunda regni
B persona sub rege, sicut taurus dux armenti sub pastore, tunc in
morte Iacob, & quandiu vixit agnitus est.

Sequitur in benedictione: *filia pomparicè incedebat iuxta tau-
rum. Et bilem eius excitarunt, & iaculauerunt, & oderunt eum do-
mini sagittarum.* Vbi nomen שור *Sciur* pro *tauro*, &
cum puncto Holem, non pro *muro* sumi debere, ex hoc pates-
cit: quod taurus, nequaquam murus, prouocatur ad iram, sa-
gittis appetitur, & Ioseph futurus, sensu iam dicto, taurus Æ-
gypti, tam à fratribus, quàm à domino suo Putiphare, ob vxoris
calumniam venditus, & carceri mancipatus, ibique tandiu de-
C tentus, multisque aliis modis ex odio & inuidia amaricatus est,
quasi totidem sagittis confossus, ab iis qui in huiusmodi sagit-
tandi arte erant peritissimi. Cùm autem taurus effectus est præ-
cerum, mulieres & nobilissima quæque fœmina pro magno
ducebat iuxta eum, vel coram eo pompaticè & benè ornata in-
cedere: Inuersio enim narrationis est, qualem agnouimus in
benedictione Iudæ: quæ sic ordinari posset: *Bilem eius excita-
runt, & iaculauerunt, & oderunt eum domini sagittarum*: qui cùm
post humiliationem factus esset filius crescens super fontem,
deinde taurus; vnaquæque filia honorificum reputabat, vel
etiam coram eo benè compta transire.

D Ex quibus colligitur patriarcham Iacob, iam morti proxi-
mum nomine tauri filium suum Ioseph, tunc toti Aegypto
præpositum honoris ergò donauisse. Imò, si verba Iacob be-
nè considerentur, vulgò id antea factum fuisse (saltem sub no-
mine Aluph) apparebit: & proinde nihil mirum, si ea, quæ Ia-
cob verba prosequitur de collocando Ioseph in propitiatorio,
vt mox visuri sumus, postea sic exposita sint ab Israëlitis, quasi

Digitized by Google

Cherub eius conflandus esset sub forma tauri: licet pessimum hoc extiterit consilium, vt videbimus. Sed quæ in hac benedictione sequuntur maximi ponderis est intelligere: nam sicut præcedentia de præteritis, ita sequentia de futuris, tam personæ quàm familiæ Ioseph prærogatiuis, in vero ac legitimo sensu accipienda sunt.

In forti arcus eius. Pro *forti* habetur hic nomen אֵיתָן *Ethan*; quod importat vim ac fortitudinem, sumitúrque pro arca seu propitiatorio, vel pro Deo ipso ibi sedente ac mirabilia faciente: quam ob rem similibus & æquiualentibus nominibus appellatur. Exempli gratia עֹז *Ghaz*[a] כֹּחַ *Coahh*[b] גָּאוֹן *Geon*[c] hoc est, *excellens robur, fortitudo, celsitudo*: vel in concreto quod valdè robustum est forte, & excelsum. Vocatur etiam קֹדֶשׁ *Kodes*, id est, *sanctitas*[d], idque frequenter. Vnde quod per hoc nomen dicitur in Exodo, *Deus magnificus in Sanctitate.* Item, *sanctuarium quod firmauerunt manus eius, & in multitudine celsitudinis destruxisse inimicos suos*, exposuerunt postea Philistæi de arca & propitiatorio, dicentes: *Hi sunt Dij, qui percusserunt Aegyptum omni plaga in deserto*[e]. Hoc est cum transeundo mare rubrum pergerent in desertum: non enim Aegyptij percussi fuerunt tempore, quo filij Israël steterunt in deserto.

a Exod. 15. 2. 11. b Ibid. 6. c Ibid. 7. d Ibid. 11. 17. & alibi sæpe. e 1. Reg 4. 8. 27.

De hoc ergo transitu Israëlitarum per mare rubrum coram arca sic loquitur scriptura[f]. *Cúmque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum.* Ad verbum autem sic legimus, *Et extendit Moseh manum suam super mare, & reuersum est mare, vt respexit manè ad fortitudinem suam,* Hebr. Ethan: sicut enim, vt nuper vidimus, mare rubrum non priùs sese aperuerat, vt præberet transitum Israëlitis, licet Moyses virga illud tetigisset, quàm accedente arca à Leuitis deportata apparuisset ei, & tunc *mare vidit & fugit*: ita postquam per aliquod tempus vis diuina hinc inde ad instar muri[g] continuit aquas, pristinum locum resumere non potuit, etiamsi Moyses manum suam extenderet, nisi super opposito littore diuina illa vis, & fortitudo per arcam operans, iterum apparuisset, à qua in locum redeundi licentiam quodammodo impetraret. Statim igitur vt ad primam diei lucem, stetit arca in littore

f Exod. 14. *Propitiatorium vocatur fortitudo.* g Exod. 14. 21. 22. Iud. 5. 12.

Digitized by Google

A littore maris, & mare illam perspicere potuit, *Reuersum est vt respexit ad Ethan*, id est, *fortitudinem suam.* Sic per eandem vocem *Ethan*, dicitur *Deus siccasse fluuios fortitudine*, nempe Iordanem. Idem enim est, déque eadem dicitur, *Tu siccasti fluuios Ethan* [a], id est, fortitudine, ac diceret, *In sanctitate via tua, & semita tua in aquis multis*, &c. [b] Est enim arca & sanctitas propter cau- a Psal. 73. 15.
sas iam dictas, & fortitudo propter innumera mirabilia facta b Psal. 76. 20.
per eam. Mare autem videre, est elegantissima prosopopœia, quæ res inanimatæ mutæ, & ratione carentes veluti sensu, & ratione prædita inducuntur. Vnde apud Psalmistam [c], post- c Psalm. 113.
B quam dictum est, *Mare vidit*, &c. talis excitatur quæstio, *Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum? Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium?* Sensus autem est, cur ô mare rubrum, fugiendo fluctus tuos eleuasti ad instar montium, qui saltare videbantur, sicut saltare solent arietes in medio gregis? & tu, ô Iordanis, quare fugiens eleuasti fluctus tuos, ita vt colles esse, sed & sicut agni inter oues insilire videbantur? Ad quam quæstionem talis datur responsio: *A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob, Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Id est, ante eiusdem Dei Ia-
C cob faciem fugerunt aquæ maris & Iordanis, coram quo mota terra est, quando saxa & rupes conuersæ sunt in stagna aquarũ. [d] d Num. 20. 11.
Quibus verbis apertè indicatur, vtrúmque miraculum factum fuisse coram propitiatorio, quòd facies Dei solet appellari. Cũ ergo dicitur, *Mare vidit*, &c. Iuxta quod in Exodo dictum fuerat, *Mare reuersum est, vt respexit fortitudinem suam*, elegans prosopopœia est; sicut per alium tropum fingit, nunc Iacob istã Dei fortitudinem (nempe propitiatorium) propter suam indomabilem, ac insuperabilem potentiam esse æneam, & ponderosissimam, quæ portari, aut sustentari minimè possit brachiis, aut ma-
D nibus humanis: sed oportet illas esse similiter æneas. Et hoc est, quod intendit dicens: *Habitabit in fortitudine arcus eius*, id est, habitabit, seu requiescet fortitudo in arcu brachiorũ eius. Sicut dicitur, *Cùm apparuissemus Cypro* [e]: hoc est; cũ Cyprus apparuisset e Act. 21. 3.
nobis. Brachia enim hominis aliquid ante se manibus sustẽtantia figuram arcus habent: & cũ magna illorũ fortitudo in Scriptura describitur, comparantur arcui æneo, *Posuisti vt arcum æreum brachia mea* [f]. Ad quod idem Dauid, videtur aspicere, cum f Psal. 17. 35.

 A

de maxima peccatorum potentia à Deo dissipanda, conterendi seu frangendi verbo vtitur, *Quoniam brachia peccatorum conterentur*[a]. & Iob[b], Magnum corporis robur vocat, *fortitudinem lapideam, & carnem æneam.* Hinc obiter colligas, cur Deus propitiatoriũ ex auro fieri voluerit, eóque solido: vt per illud magna eius fortitudo, & potentia significaretur. Prosequitur iuxta Hebræum: *Et roborabũt se brachia manuum eius à manibus potentis Iacob.* Quia solus ipse tantùm pondus sustinere par non esset, pro altero sibi apposito baiulo habebit è regione patrẽ suum fortissimum Iacob, à quo iuuabitur, & vires accipiet, qui suis quoque manibus portabit Ethan, ac fortitudinem Dei. Quæ postea dicentur ista confirmabunt. Sed præsertim Paraphrasis Chald: alludere prorsus videtur ad tabulam auream manibus Ioseph sustentatam, quæ in hoc loco sic habet: *Tunc positus est aurum optimum super brachia eius, corroborauit & confimauit regnum eius, &c.* B

a Psal. 9. 29. & 36. 17.
b Cap. 6.
Propitiatorium, cur ex metallo factum.

Inde pastor lapis Israël. Duobus modis ista possunt intelligi: primò, vt Israël, id est, Iacob se pastorem, id est, rectorem supremũque Pontificẽ vocet Israëlitarum seu Ecclesiæ, & insuper lapidẽ eorum fundamentalem eo quòd pater eorum est: quo sensu de Abraham dictum est, *Attendite ad petram vnde excisi estis*[c]: & iuxta Hebr. de ipso Iacob dici videtur, *Petræ quæ genuit te obliuisceris, & obliuioni trades Deum parturientem te*[d]. Et sic per duplicẽ hanc pastoris & lapidis Israël qualitatem declarat Iosephum ex vna parte propitiatorij positũ magnas vires, simul & gloriam accepturum, ex eo, quòd pro socio ex alia parte posito habiturus sit illũ, qui est & pastor totius Ecclesiæ, necnõ iam multiplicatæ Israëlitarum familiæ petra & fundamentum. Quibus verbis tacitè etiam declarat illorum duntaxat, Cherubim in propitiatorio poni solere, vel debere, qui temporales aut spirituales pastores fuerunt populorum, quales extiterunt Iuda & Ioseph: alio modo exponi possunt supplendo, aliã particulã (hinc) & distinguendo lapidẽ à pastore, hoc est, nomine pastoris intelligendo Iosephũ, qui non solũ ab Aegyptiis pro patre & pastore agnitus est, sed etiã erga fratres suos Israëlitas pastoris exercuit officium, quandiu vixit in Aegypto: nomine verò lapidis, Iacobũ, qui, vt dictũ est, pater & fundamentũ est Israëliticæ familiæ. Et sic esset sensus, quòd in propitiatorio hinc erit *pastor Israël*, id est, Ioseph; *inde* verò *lapis Israël*, id est, Iacob. Vtráque bona exposi- C D

Iacob pastor & lapis Israël, quo sensu.
c Esa. 51. 1.
d Deut. 32. 18

Digitized by Google

A tio est, sed prior apud me præualet. Et hæc sufficiat de ista priori parte benedictionis Ioseph. Cuius Cherub cùm patris Cherubo positū fuisse in propitiatorio ex sacris paginis mox apertè deducemus, postquam lectorem monuerimus, Deum, qui passim se dicit Deum Abraham Deum Isaac, Deū Iacob, & Deum patrum Iudæorum, pro sua benignitate & φιλανθρωπίᾳ voluisse, vt isti patriarchæ in suis Cherubis, non solū in propitiatorio tanquam sibi (ad futurā vtique verbi cū homine vnionem respiciens) per metallū malleatione deductum strictissimè vniretur: sed etiā vt testes essent veritatis oraculorum suorum.

Patriarchæ in Cherubis testes Dei erant in propitiatorio.

B Et hæc est vera ratio, cur toties propitiatorium vocatur *testimonium*[a]: propter quod solùm arca, supra quā istud erat testimonium, passim vocatur *arca testimonij*[b]. Idem dicendū de toto tabernaculo, quod dicitur *tabernaculum testimonij*[c], ac si apud nos vocaremus templa nostra, templa Eucharistiæ, seu Christi in Eucharistia existentis: ad illud enim propitiatorium (sicut omnia quæ templi sunt, ad Christum in Eucharistia) tabernaculum & omnia eius vtensilia ordinabantur.

a Exod 25. 21.26 33.34. 30.6.31 7. Num. 4.5. 7 80. Esa 8 20.
b Exod 31. 7.40. 5 Num 4.5 7. 89
c Exod 29. 30 32.42. 44 & alibi.

Et quòd ita sit, & non propter tabulas lapideas (in quibus sculpta lex erat) quæ erant in arca, arca dicatur, *arca testimonij*, vt C communis fert opinio, constat ex hoc, quod anno ferè integro, priusquā dictæ Moysis tabulæ reponerētur in arca, iā erat apud propitiatoriū, quod dicebatur *testimonium*, nempe illud, cū quo nuper vidimus Israëlitas trāsisse mare rubrū, idéque tunc dictū fuisse fortitudinē, celsitudinē & sanctitatem, habebátque suum tabernaculū, de quo sic legimus[d]: *Dixítque Moseh ad Aaron: accipe pateram vnam, & pone ibi plenum Homer Man, & repone illud corā Domino ad custodiam:* exponunt autē quid sit reponere Man coram Domino, cū addit, *Et reposuit illud Aaron corā testimonio*, id est, propitiatorio, *ad custodiam*. Hoc autem contigit paulò post D transitum maris rubri, mense secundo, qui dicitur Iiar, seu Zia: anno sequenti, primo die mensis Nisan, repositæ fuerunt tabulæ lapideæ, in arca nuper à Bezeleel facta.

Arca & tabernaculum cur dicantur testimonia.

d Exod. 16. 32.

Tabulæ lapideæ, quando in arca repositæ sunt.

Isti ergo patriarcharum Cherubim sedem Dei in propitiatorio sustentabant manibus, ne pro Diis haberentur, qui sic vero Deo subijciebantur: sed tamen quia cū viuerent arcanorū Dei conscij fuerant, post mortem in suis imaginibus, tanquam Dei assessores, & verborū eius testes constituebantur quisque in suo

Digitized by Google

antiquitatis ordine, vt post Isaac, Iacob, post Iacobum Iuda, A
post Iudã Ioseph, sed vterque cũ suo patre Iacob, qui id prædidendo ordinauerat, nempe, vt primo filius suus Iuda secum poneretur in propitiatorio: deinde Ioseph secum similiter post Iudã; vbi Iosephi *brachia roborari debebant, à manibus potentis Iacob.* Ita vt primũ in Ecclesia Israëlitica testimonium, seu propitiatorium Cherubis velut testibus ornatũ, sicut & primæ leges, aut statuta diuini cultus, vel etiã politica per Israël, id est, Iacob ordinata fuerint à Deo in Ægypto. Sic enim prorsùs intelligẽda censeo Psalmistæ verba, quibus hortatur Israëlitas ad hoc beneficiũ memoria iugiter retinendũ. Postquã enim dixit [a], *Quãta* B

a Psal. 77. 3.

audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis, &c. *Narrantes laudes Domini, & virtutes eius*, &c. Statim quasi istarũ Dei virtutum, in hoc beneficio constituens principium, subdit: *Et*(nam) *suscitauit*, id est primò facere cœpit) *testimonium*(propitiatorium) *in Iacob*(in Iacobi Cherubo) *& legem posuit in Israël*, id est, primas leges dedit populo suo per Iacob. Vnde Dauid [b],

b Psal. 121. 4.

laudans ciuitatem Ierusalem, tam propter solium Dei in propitiatorio, quàm propter supremam Regis sedem, ad quã omnes vndique conueniebant ad iudicium, de primo dicit, *Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini*, id est, omnes tribus, vbi est, *testimonium Israel*, id est, Iacobi, *ad confitendum nomini Domini*, id est, C ad adorandum Deum in propitiatorio, vt amplè probauimus [c].

c lib. 1. c. 12. & lib. 2. c. 18.

De secunda prosequitur. *Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.* Istud autem testimoniũ, hoc est, patriarcharum ad instar testium cum Deo in propitiatorio positio & vnio tanti erat momenti, tantæque gloriæ & honoris: vt non solùm propter illam tabernaculum, & arca cognominarentur *testimonij*, vt nuper diximus: sed etiam tota illa, quæ in totius tabernaculi dedicatione celeberrima erat festiuitas, tũc & ob id tantùm fiebat quoties mutandus erat Cherub, hoc est, alterius patriarchæ noua imago ponebatur in propitiatorio. Ita, vt talis dedicatio, festiuitas, aut solemnitas vocari potuisset *festum testimonij*, D talis aut talis patriarchæ. Exempli causa: festum dedicationis tabernaculi Mosaïci, quod describitur in vltimo Exodi capite, & celebratum est primo die mensis Nisan, post annũ ab egressu ex Aegypto, & propter quod tot tàmque pretiosa tabernaculi vtensilia multis mensibus parata sunt, ad hoc institutum est, vt

Dedicationis tabernaculi Mosaici festũ dicebatur festũ testimonij Ioseph.

Digitized by Google

A Deo gratiæ agerentur, quod Ioseph in suo Cherub positus esset loco Iudæ fratris sui, pro teste Dei propitiatorio; ita vt dici potuisset *festum testimonij Ioseph.* Hoc manifestè constat ex Psalmista[a], qui loquens de illa solemnitate dedicationis tabernaculi Mosaïci, vt mox videbimus, postquam dixit: *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ: quia præceptum in Israël est, iudiciū Deo Iacob*, mox addit, *testimoniū in Ioseph posuit illud*, id est, constituit illud festū. Quasi dicat: hoc tā solēne festū ob id institutū est, eo quòd in hac dedicationis die nouus Cherub pro teste positus in propitiatorio è regione prioris, qui B erat Iacobi, nominatus est Cherub Iosephi, vel declaratum est coram populo hunc Cherubum repræsentare Iosephum, ac eius memoriæ esse dedicatum. a Psal. 80. 2.

Pro cuius declaratione notandum item est, quod Deus tanti faciebat hunc tertium iuxta se positorum honorem: vt quamuis non solum Moyses, sed etiam populus ex prædictis datis à Iacob, Iudæ & Ioseph benedictionibus per traditionem, optimè nosset, post Iudam (qui in priori erat propitiatorio) Iosephum poni debere in isto nouo, vt patebit in sequentibus: & licet Deus omnia alia, quæ tam ad arcam, & C propitiatorium, quàm ad tabernaculum attinebant, Moysen amplissimè ac singillatim docuisset; tamen hoc duntaxat arcanum sibi reseruauit, celauítque Moysen: nempe, quo nomine nouus Cherub appellaretur, vel cuinam dedicaretur: donec venit dies dedicationis, & postquam tabernaculum cum omni sua supellectili erectum est, & ad dedicationis ritus plenè dispositum: tunc, & non priùs, nominauit illi Iosephum, cui daretur testimonium. Hoc euidentissimè constat ex semel & iterum facta[a], tanquam affectata, repetitione horum verborum ad Moysen iam amplissimè de fabricatione arcæ instructum. *Et pones in ea testimonium, quod dabo* (seu constituero) *tibi*: Et præsertim hoc Moysi dicendum videbatur, quando de forma propitiatorij egit Deus cum illo: at prorsùs contrarium constat ex his verbis, *Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero: vtrúmque latus propitiatorij tegant expandentes alas & operientes oraculum, respiciántque se mutuò versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca. In qua pones testimonium, quod dabo tibi.* Id est, impones Cherubinis nomina duorum te- a Exod. 25. 16. & 20.

D

stium, quæ dixero. Hanc autem nominationem Deus sibi reseruare videtur, quasi præuidens errorem futurum Aaronis in nominatione, & positione Cheruborum Iosephi in forma vituli, & fratris sui Moysis. Vnde postea finitis omnibus ac dispositis ad dedicationem tabernaculi vtensilibus, de hoc testimonio tanquam de re præcipua specialiter dicitur, quòd Moyses *posuit testimonium in arca.* Sensu, nempe, iam dicto. facta autem est ista dedicatio in deserto à Moyse, ducentesimo circiter anno à morte Iacobi, anno verò mundi 2454. *mense primo* (Nisan) *prima die mensis*, vt dicitur in Exodo[a].

a Exod. 40. 12 & seq.

Vbi licet Moyses non exprimat cuinam datum sit dictum testimonium, exprimit tamen postea nobis Spiritus sanctus loquens per os Dauid[b], de hac ipsa magna dedicationis celebritate facta in Neomenia, hoc est, prima die mensis Nisan. *Exultate*, ait, *Deo nostro iubilate Deo Iacob, sumite psalmum*, &c. *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ Quia præceptum in Israël est, & iudicium Deo Iacob* Deinde subiungit; *Testimonium in Ioseph posuit illud.* sup. festum. Hoc est, testimonium propitiatorij datum à Deo Iosepho per Moysen constituit illud festum, vt paulò ante declaratum est. Licet enim testimonium propitiatorij ambos testes comprehendat, Iacobum nempe, & Iosephum: In Iosepho tamen duntaxat positum dicitur, eo quòd Iacob sicut priùs vnus ex testibus denuò ibi situs fuit, ablato Iuda, cuius loco positus est Ioseph tanquam nouus testis. Et notandum in prædicta sententia, quod legimus *in insigni die solemnitatis vestræ*, à Paraphraste Chald. legi, *in mense quo opertus est, die solemnitatis nostræ*: & quosdam putantes (licet perperam) agi de festo tabernaculorum, legere *in die operimenti*, cùm legi etiam posset, *Clangite in nouilunio in opertione*: sed in eo vtique sẽsu, vt fiat allusio ad Dei nuper posita verba, *in propitiatorium, quo operienda est arca*: vt sit festum diei, quo arca operta est nouo testimonio. Quo sensu plerúmque scriptura, dicit opertam esse arcam; & de priori arca, in qua erant lipsana Ioseph iuxta Græcum legimus, *Ossa eius tecta fuisse à Domino*[d], id est, à propitiatorio, in quo Deus sedebat. Ita vt per illam arcæ opertionem, id est, propitiatorij super eam positionem, terminaretur tota tabernaculi ad festum dispositio. Quod autem Psalmista lo-

b Ps. 80. 1. 2. 3.

Testimon ũ in Ioseph positum quid sit.

c Exod. 26. 34. Leuitic. 16. 2.

d Eccli. 49. 18.

A qui intendat de Ioseph, ea quæ subiungit indicant, dummodo præsupponamus Putipharem, cui à Madianitis venditus fuit, *principem* extitisse *coquorum*[e], non fortasse culinæ Pharaonis, cuius & *eunuchus* appellatur: sed qui sacerdos in templo præesset coquendis carnibus immolatitiis; quod quidem munus Aaronem, & filios exercuisse legimus[f], sicut apud Ezechielem[g], in domo culinarum intra templum, seu in culinis fabricatis subter porticus per gyrum ministros domus Domini victimas populi coxisse. Apud Gentiles Athenæus[a], prodit coquos sacrificiis præfectos fuisse, & *venerandum quid coquorum artem*: & apud Athenienses tribum coquorum in honore. Cumque in sacris video eunuchos cum principibus, & sacerdotibus iungi[b], & Putipharem *eunuchum Pharaonis principémque coquorum* appellari, facilè subscribo Hieronymo, Ruperto, Abulensi, ac Iudæis dicentibus Putipharem, qui emit Iosephum, illummet esse, *qui erat sacerdos Heliopoleos, cuius filia Aseneth data fuit in vxorem Iosepho*[c]. Qui deinde post diutinam incarcerationem, & somniorum Regis interpretationem, tanto honore ab ipso exceptus est, *vt ascendere eum fecerit super currum suum, & tulerit annulum de manu sua, & dederit in manu eius, vestiueritque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuerit*[e]. Quo pacto valde pompaticum fecit ingressum in metropoli Ægypti.

e Genes. 37. vlt. & 39. 1. iuxta Heb.
f Leuit. 8. 31
g Cap. 46. 23 24.
a lib. 14.
b Ierem. 34. 19.
c Gen. 39. 1.
d Gen. 41. 45.
e Genes.

Ad quem sine dubio alludit Psaltes[f] cùm post citata verba sic iuxta Hebr. de Iosepho prosequitur, *Cùm ingrederetur ipse*, (triumphans) *super terram Ægypti*, tanquam prorex in ea: concisè & tacitè significant Iosephum in suo Cherubo repræsentatum fuisse in ea gloria, in qua celebrauit ingressum, enimpe cum stola byssina, annulo in digito, & torque in collo: quasi Deus velit Iosephum in suo Cherub gloriosum repræsentari, proregem Ægypti, non sub symbolica tauri armenti ducis, sed sub simplici viri triumphantis figura, cum stola, annulo, & torque. Quamuis vtrúmque denotetur mysterium, quando ob stolam byssinam vocatus est *Nazaræus*[g], & ob proregis dignitatem dictus est *primogenitus tauri*[h]. Quem sensum stabilit, quod in Psalmo sub eadem breuitate sequitur, *linguam quam non noueram audiui*. Nam sic Deus in prima persona loquens inducitur, qui idololatriam, & idioma populi barbari, hoc est,

f Psal. 80.
g Gen. 49. 17.
h Deut. 33. 17.

Digitized by Google

Ægyptiorum cum priùs vix tolerare posset, istud tunc gratissimum habuisse dicat, quando dilectissimo seruo suo Ioseph triumphanti Ægyptij lingua sua acclamabant ABRECH, hoc est, *Pater tener*, aut *flecte genua*: & quando Rex dedit ei nomen SAPHNATH PAHANEACH [a], hoc est, *saluator mundi.* Quæ prorsus confirmantur ex eo quod de eodem Ioseph in psalmo subiungitur.

a Gen. 41. 45.

Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius ex aheno transierunt. Magna & admirabilis Iosephi conditionis mutatio, vt qui antea sub Putipharis in culina templi, vt postea Gabaonitæ, in templo veri Dei mancipij officium exercebat, lignorum fasciculos, carbones in cophinis ad conficiendum ignem, & alia grauissima onera propriis humeris huc, & illuc deportando, nunc in suo Cherubo leuissimam Deus sedem deferendam tradens *diuertit ab oneribus dorsum eius. Manus* autem *eius ex aheno*, id est, ex ollis, caldariis, aliísque vasis multiplici sorde, fuligine ac nigredine fumosis & incrustatis, ad purissimum aureúmque Dei Thronum sustentandum sorte plane felicissima *transierunt.* Quod si cui absurdum videtur: aut magis absurdum consideret Iosephum nupsisse filiæ sacerdotis Heliopolis, aut dicat nondum istos sacerdotes idololatras fuisse, aut legem de non nubendo cum infidelibus nondum extitisse. Quis igitur præcitata Psalmistæ verba tam Exodi quàm patriarchæ Iacob Iosephum benedicentis verborum inficiabitur esse glossema?

Sed adhuc ista confirmantur ex eo, quòd apud Ezechielem [a], agi videtur de prædicto festo testimonij. Ioseph, quod celebrabatur prima die mensis Nisan, & in quo immolabatur vitulus, per quem Iosephum significari sæpe diximus. Et sic Ezechielis intelligo verba. Hæc dicit Dominus Deus: *In primo mense* (de Nisan omnes exponunt) *vna mensis, sume vitulum de armento, & expiabis sanctuarium.* Item, tabernaculum Mosaicum, quod erat in Silo, apud Psalmistam [b] vocatur *tabernaculum Ioseph*, eadem de causa, vt statim videbimus. Item, Quemadmodum idem Psalmista loquens de exitu Israël de Ægypto, & per mare rubrum transitu, quo tempore prior arca Iacobi, & Iudæ ornabatur Cherubis, dixit *Iudam fuisse* tunc *in sancti-*

a cap. 45. 18. in fine.

b Psal. 77.

tate,

tate, hoc est, in propitiatorio; *Israël* autem, id est, Iacob, è regione, *in axiomatibus eius*, sup. Dei: similiter, cùm loquitur de altero post 40. annos eorúmdem Israëlitarum transitu per Iordanem, quando alter cum Iacobo testis in propitiatorio erat Ioseph: in eodem prorsus sensu ita specialiter de duobus istis Cherubis loquitur [a]: *Deus in sanctitate via tua*, id est, per propitiatorium & arcam fecisti tibi viam, *quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus, qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo filios Iacob & Ioseph,*
B nota filios Iacob & Ioseph. *Viderunt te aquæ Deus*, eadem, vt supra, prosopopœia de aquis Deum in arca contemplantibus, *viderunt te aquæ & timuerunt*, &c. Ad idem & eosdem se refert ista precatio: *Qui Regis Israël intende, qui deducis velut ouem Ioseph*: nota Israël & Ioseph, *qui sedes super Cherubim manifestare* (al. irradiare) *coram Ephraim, Benjamin & Manasse* [b]. Quasi diceret, Tu qui elegisti Israël & Ioseph, vt sederes inter eorum Cherubim, emitte lucem tuæ benignitatis, & fauoris super omnes filios Israël: sed imprimis super Tribum Benjamin postremi, & dilectissimi omnium filiorum Iacob, & super tribus Ephraim & Manasse filiorum Ioseph.

C Colligamus igitur ex ipsis sacris paginis aliquo sensu verum esse posse, quod palpantes Rabbini [c] dicunt: In transitu Iordanis duas fuisse arcas simul incedentes; vnam diuinitatis, alteram Iosephi. Nimirum, si dicamus vnam in qua erat propitiatorium, & hæc ideo dicatur diuinitatis: altera super quam fuerat propitiatorium cum ossibus Ioseph, sed tunc cum solis ossibus, & ista dicatur Iosephi: quæ antea propter Iudæ Cherubum in propitiatorio, eius testimonium continebat: sacer posterior Iosephi ferebat testimonium, vt expositum est, prior facta est in Ægypto post mortem Iudæ, cum qua illa Israëlitæ
D transierunt mare rubrum, in qua paulò post repositum fuit Gomor mannæ, coram qua Deo sacrificabant, orationesque fundebant in Ægypto, & cùm essent in deserto per spatium vnius anni, donec altera à Moyse Deo iubente facta est cum Cherubo Iosephi prima seruata, sed sine propitiatorio, & ad nihil aliud deseruiente, quàm ad deferendum ossa Iosephi ad terram Chanaan. Ita vt vtraque harum arcarum aliquid Iosephi continuerit: prima quidem lipsana eius: secunda Che-

a Psal. 76. 15 16.17.

b Psal 79.3.

c Talmud סוכה *sucah* hoc est in festo tabernaculorum, cap. 5.

Dua saltem fuerunt arca testimonij.

Digitized by Google

rubum eius. De prima intelligendum arbitror quod legimus; *Et conditus aromatibus repositus est in loculo in Ægypto* [a]. Vbi pro *loculo*, idem nomen habetur ארון *Aron*, id est, *arca*, quo passim nominatur arca testimonij. Vnde Pagninus vertit, *& positus est in arca in Ægypto*. Quod ita interpretor: in arca, quæ tunc erat in Ægypto. Aliàs superuacaneum erat addere in Ægypto, cum ibi tunc essent filij Israël, steterintque adhuc plusquam 140. annos. Similiter de prima (quæ propter dicta Iosephi lipsana posteriore capacior fuit) expono quod legimus iuxta Græcum Ecclesiastici [b] καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ ἐπεσκέπη ὑπὸ κυρίου. *Et ossa eius supertecta fuerunt à Domino*. Nimirum sedente in propitiatorio, quo tegebatur arca [c]. Similiter quod Latinus interpres addidit, *& post mortem prophetauerunt*. Ossa enim in illa priori arca toties prophetare videbantur, quoties Deus sua de propitiatorio reddebat oracula. Steterunt autem in illa priori arca ab anno mundi 2308. quo mortuus est Ioseph, vsque ad annum 2498. quo in Sichem temporibus Iosue sepulta seu reposita fuerunt [d]: hoc est, spatio 190. annorum.

a Genes. 50. 25.
b Cap. 49. 18.
c Exod. 25. 16. & 20.
d Iosue 24. 32.

Nec tantum duas tenemus fuisse arcas: sed si quis dixerit extitisse tres à tempore, quo mortuus est Iacob, non infiiciabor. Nam si vel etiam ipsius Iacobi temporibus, Deus vel immediate, per ipsum Iacob manifestando manifestauit se domui Leui, vt ex ea *sibi constitueret sacerdotem, qui ascenderet ad altare eius, & adoleret incensum, & portaret Ephod coram Domino* [e], id est, coram propitiatorio, vt vidimus [f]: certè saltem post mortem Iacob ista omnia facta fuerunt, pro vt ipse Iacob ante mortem ordinauerat, & factum est primum tabernaculum, & propitiatorium, coram quo Pontifex Caath portabat Ephod ad consulendum Dominum. In quo propitiatorio positus est Cherub Iacobi, pro vt ipse prædixerat in benedictione Iudæ sub leonis maioris similitudine: cum quo Iacobo vsque ad mortem Iudæ, (qui iuxta patris eius verba ibi cum illo ponendus erat) positum fuisse Isaac verisimillimum est. Sic enim completur numerus quatuor Cheruborum, quos Ezechiel [g] sub quibusdam animalium figuris, (fortè per analogiam ad quædam phœnomena, figurasque cœlestes) se vidisse testatur, Nimirum Isaac, ex quo

Arcas testimonij tres fuisse credibile est.
e 1. Reg. 2. 27.
f Cap. 11.
Prima quo tempore extiterit.
g Cap. 10.
Cherubim Ezechielis quatuor patriarchas repræsentabât.

Digitized by Google

A Christi genealogia ducit principium, in figura hominis: Iacob, qui post luctam cum Angelo, *se vidisse Deum facie ad faciem* [a], asserebat, in aquila solis contemplatrice: Iuda, iuxta patris benedictionem [b] in leone: & Ioseph in vitulo, cui tam à patre, quàm à Moyse [c] comparatum nuper vidimus. Ex tribus autem dictis arcis prima fuit à morte Iacobi, vsque ad mortem Iudæ 59. annos: secunda, à morte Iudæ vsque ad dedicationem tabernaculi Mosaici, id est, annos 141. Tertia verò, eo quòd pro tempore habitationis Israelitarum in terra Chanaan ordinata factaque fuerat, firma stetit, nec vllam accepit Che-B ruborum mutationem. Vnde quemadmodum Dauid nuper vocauit festum dedicationis tabernaculi Mosaici, *festum testimonij Ioseph*: Ita tabernaculum quod eius temporibus erat in Silo, vel in monte Sion, nominat *tabernaculum Ioseph*, eo quòd super arcam erat Cherub Ioseph, in cuius memoriam tabernaculum illud fuerat à Moyse dedicatum. Hoc autem fecit Dauid his verbis, cùm loquitur de sua in Regem electione: *Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit: sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit* [d]. Quasi diceret: Quamuis Ioseph in suo Cherub esset in tabernaculo, quod C est in Silo: nihilominus Deus elegit tribum Iuda ex qua me Regem elegerat; non tribum Ephraim, nec montem eius, in quo aut sanctuarium eius habitaret, aut ex cuius tribu Rex eligeretur. Quia Iacob non Iosephum, sed Iudam Regem in Israël elegerat.

a Gen. 32. 30.
b Gen. 49. 9.
c Deut. 33. 17.
d Psal. 77. 68.

Digitized by Google

CAPVT XV.

Ex duabus Iudæ & Iosephi benedictionibus bene intellectis multa scripturæ loca elucidantur, multa dubia soluuntur, quæ moueri solent de nomine, & figura Cherubinorum, de vitulo aureo conflato ab Israëlitis, & de eorum, & Aaronis circa hunc, peccato. B



NTEQVAM agamus de Cherubim, iterum de Iosepho quædam tractanda iudicamus, ob id potissimum quod in præcedenti capite non pauca protulimus scripturæ loca, quibus ostenditur, nonnulla verba benedictionis Ioseph intelligenda esse de eius Cherubo, qui post Iudæ Cherubim, suo ordine ponendus erat in propitiatorio Et quoniam ibidem vidimus dictam benedictionem in eo ipso sensu quo illam exposuimus à filijs Israël intellectam ad Moysen, Aaron, eorumque C contemporaneos per traditionem dimanasse; proinde certum est, eos optimè nosse quod si noui Cherubim, aliudue propitiatorium esset faciendum, ordo testamenti Iacob requirebat, vt loco Iudæ, Iosephi Cherub ibi poneretur. Et hæc ratio fuit, cur, cùm putarent Moysen esse mortuum, cuius etiámque Cherubim faciendum esse iudicabant, minime dubij quis cum illo ponendus esset in propitiatorio, nempe, Iosephi istius quidem Cherubum fecerunt, sed iuxta abominationes Ægyptiorum: à quibus iam ab eius morte, hoc est, ab annis 145. sub forma vituli nomine Serapis pro Deo colebatur. Et sic Aaron *acquieuit Israëlitis, & conflauit vitulum & Moysen*, ait Rabbi Salomon [a]. D

Israëlitæ dū fecerunt vitulum, Iosephum non idolum facere intendebant.

a in cap. 32. Exodi quæst. 2.

Ne igitur ista paradoxa pro fabulis anilibus habeantur, lectorem compello, vt in memoriam reducat ea, quæ diximus in vndecimo, tertiodecimo & decimoquarto capitibus, ac diligenter attendat datam à nobis obscurissimis, & enigmaticis

A Iacobi verbis per multa scripturæ loca elucidationem. Deinde notet quod tradunt Clemens Alexandrinus[a], & Augustinus[b], tempore quo Iacob & Ioseph descēderunt in Ægyptum, Regem Argiuorum nomine Apis nauigasse in Ægyptum, ibique mortuum, & in arca sepultum dictum fuisse Serapis, quasi σορὸς ἄπιος, id est, arca, in qua sepultus est Apis: quódque hic Apis, siue Serapis effectus sit maximus Aegyptiorum Deus, eo quòd eos fame leuasset, & varias artes docuisset. Hinc Serapim colere cœperunt, tam in boue viuo, quàm in specie bouis, qui symbolum est fertilitatis, viuum bouem quamdiu viue-
B bat delicatissimè alebant, qui proinde Ægyptiacè, *Apis*, id est, bos; post mortem verò arcæ inclusus *Serapis* appellabatur. Iste bos quasdam albas maculas habebat præsertim in fronte & humero: ad instar signi cœlestis quod dicitur Taurus qui in facie habet stellas Hyadum, in humero autem Pleiadas, & totus apparet conglobatus in similitudinem bouis ruminantis. Mortuo hoc boue alium similiter albis insignitum maculis quærebant, & alebant. Quem Deum imitatos fuisse Hebræos recenter venientes ex Aegypto, cùm in Sina vitulum aureum efformarint, vix est qui dubitet.

a Prob. r.
b lib. 18. de ciu. c. 4. & 5.
Serapis vnde dictus, & cur ab Aegyptijs in Deū elatus.

C Omnia autem ista Patriarchæ Ioseph ad amussim conuenire, quis non videt? vnde Iulius Firmicus, Ruffinus, & ab illis Baronius[c], necnon Pererius[d] (qui addit hanc esse traditionem Aegyptiorum) multíque alij opinantur, Iosephum ob tantum beneficium, quo Aegyptiis prouidit de annona, ab eis post mortem Serapim dictum ac diuinis honoribus cultum fuisse: sicuti eadem de causa à Pharaone vocatus est, *Saluator mundi*[e], quòd ampliùs est, quàm Serapis.

c Tom. 4. pag 510.
d lib. 3. Hierog. fol. 25. lit. f.
e Genes.

Si tamen res attentius consideretur, verisimillimum apparebit: quod sicut sapientes Aegyptiorum, multa arcana didicerūt
D ab eorum prorege Iosepho (iuxta illud Psalmistæ[f]; *Constituit eum* Rex *dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ: Vt erudiret Principes sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret*) necnon à patre eius Iacob, & longè priùs ab Heber[g]: ita sanè longè antequā moreretur Ioseph sub vituli, aut tauri hieroglyphico, ac figura repræsentabatur: ab eo præsertim tempore, quo honoris causa à patre morti proximo vocatus est *taurus*, vt sæpe diximus, sicut etiam tunc Iudas frater eius, ab

f Psal. 104. 21.
g sup. lib 2. cap 5.
Aegyptij Iosephū coluerūt in vitulo eo quòd aliâ ab Hebræis taurū nominari audierunt.

eodem patre nominatus est *catulus leonis*. A quo tempore dicunt Hebræi[a] Iudam, & domum eius habuisse leonē pro stemmate. Cùm autem Ioseph, eiúsque domus, pro stemmate taurum habuerit, aut vitulum; certè non ob aliam id factum fuisse causam, quis dicere poterit, quàm quia pater eius Iacob morti proximus bis vocauit eum *taurum*, quinquagesimo quarto anno ante Iosephi mortem. Quo tempore & longè antea vsum stemmatum viguisse colligimus, ex disputatione Iobi cum amicis habita, octo circiter annis ante mortem Iosephi. In qua disputationis[b] sermo fit de signis, & stemmatibus, quæ ponebantur super postes templorum ac domorum, tanquam de re diu ante vsitata. Quòd autem Ioseph, etiam dum viueret, ab ipsis Israëlitis, ad mentem patriarchæ Iacobi, honoraretur in tauro, tanquam in suæ proregis dignitatis symbolo, aut hieroglyphico, patet ex hoc, quod Moyses, qui nullatenus voluit admittere, vt Ioseph in forma tauri, vel vituli poneretur in propitiatorio: tamen maximi honoris causa, ad instar Patriarchæ Iacob vocauit eum *primogenitum tauri*[c], in cantico, quem fecit morti proximus. Hinc collige Israëlitas non ab Aegyptiis, sed potiùs Aegyptios ab Israëlitis accepisse tauri hieroglyphicum, quo Iosephi memoriam honorarent: licet circa illud per idololatriam pessime fornicati sint, & eos postea sequuti sunt Israëlitæ. Iam autem historiam de vitulo aureo elucidare non erit difficile.

a in cap 2. lib. Num.

Leonis stemma, cur & quando datum fuit domui Iuda.

b Cap. 21. 19

Stemmata olim posita super postes domorum.

c Deut 33. 17.

Videns autem populus quod moram faceret descendendi de monte Moyses congregatus aduersus Aaron.[d] Verti potest, *apud Aaron*, hoc est, in tabernaculo eius: quod pacificum (qualem præsens negotium exigebat) non tumultuosum ad Aaronem, tanquam ad suum Pontificem, qui diuinis rebus intenderet, ac prouidere accessum & congregationem præ se ferret. Adde quod pro re tanti momenti, ad suos superiores, & magistratum recurrisse dubium non est, ídque non tumultuosè: sed solito, debitóque ordine, qualem exigit hoc nuperrime eis datum à Moyse mandatum, *Expectate hîc donec reuertamur ad Vos: habetis Aaron & Hur vobiscum: si quid natum fuerit quæstionis referetis ad eos*[e]. Et sic interpretor ista iuxta Hebr. verba, *Et congregatus est populus apud Aaron*, non quidem confusa, aut promiscua multitudo, sed seniores populi. Præterea, sicut verbum, *Surge*

d Exod. 32.

e Exod. 24. 14.

Digitized by Google

A (quod sæpe generaliùs, pro eia, age, sumitur) specialiter nunc sedem, & sessionem in illo cœtu significaret: quasi post huius rei discussionem, nempe, quid, mortuo Moyse, faciendum esset, huiusmodi decretum proferatur, dicatúrque Aaroni, *Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Et optimè hîc noster interpres nomen *Elohim*, pluraliter *Deos* vertit, non Deum, vt sæpe facit, quia plures imagines postulant, non vnam qualem Deo malè vsque nunc pictores in solitario vitulo repræsentarunt, qui non nisi vnicum Deum repræsentat. Hoc igitur plurali nomine intelligunt Cherubim eorum, qui dij, id est, iudices, duces, & curatores eorum extiterant: quo nomine Theraphim similium virorum imagines, sine peccato à sancta Rachel appellatos antea [a] vidimus. Discrimen est, quod Theraphim Dij sunt penates, & domestici: Cherubim autem Dij in templo seu tabernaculo ponendi.

Sanctorum imagines vocãtur Dij.

a Cap. 9

Discrimẽ inter Cherubĩ & Theraphim.

Quod si quis dicat: Nonne iam huiusmodi Deos habebant in arca, quam tunc deferebant: in qua erant Cherubim Iacobi & Iudæ? Respondetur; quod non quoslibet Deos, sed illos duntaxat cupiunt, qui nunc eos ad terram promissam tendentes præcedant: idque exponent quando post conflatum vitulum C cum altero Cherub, dicent, *Isti sunt dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Aegypti,* intelligentes Moysen, qui verè illos sub diuinis auspicijs eduxerat, & Iosephum, qui semper optauerat hunc fratrum suorum reditum ad terram promissam, vt patet ex eius verbis in fine libri Genesis, & cuius lipsana in arca, quam tunc habebant, eos per mare rubrum quodammodo deduxerant. Istorum ergo ducum Deos, id est, Cherubim fieri petunt. Iosephi quidem, iuxta testamentum patris Iacob: Moysis autem, cuius Cherubum non facere post eius mortem, quam pro certo tenent, nefas maximum arbitrantur: *Existimabat forsan populus* D *Mosem interijsse, aut aliquid ei accidisse, vt redire non posset*: ait Glossa: & propterea dicunt, *Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Aegypti ignoramus, quid acciderit.* Quibus vltimis verbis, tanquam breui & honorabili elogio ostendunt illum vocasse *hunc virum* κατ' ἐξοχὴν & honoris causa, non in contemptum, vt communis fert opinio: dum volunt eius Cherubum fieri. Cuius argumentum est, quod postea factis eius, & Iosephi Cherubis, tanquam voti compotes effecti, præsertim de postulato

Digitized by Google

Moyſe eorum ex Aegypto liberatore, de tanto ei honore exhibito lætantes exclamant, *Iſti ſunt Dij tui Iſraël, qui te eduxerunt de terra Aegypti.* Quòd ſi etiam falſos Deos, & idola ſibi fieri petiuiſſent, nequaquam Dauid, vel per ipſum Deus dixiſſet, *Quadraginta annis offenſus fui generationi huic, & dixi, ſemper hi errant corde*[a]. Sed nec Amos dixiſſet eorum poſteris Iudæis, quod patres eorum, cùm eſſent in deſerto, *Exaltabant cum attentione Melech ſuum, & cum intentione imagines* cœleſtes *Deorum ſuorum Rephaim*[b]. Non, inquam, Deus diceret eos id feciſſe corde, & intentione: ſed ſimpliciter erraſſe & exaltaſſe dictas imagines. Vnde apud Pſalmiſtam Paraphraſtes Chaldæus ſic habet: *Populus eſt, quorum idola ſunt in corde eorum.* Igitur Dij, quos ad extra petunt, non ſunt idola, ſed Cherubim Ioſephi & Moyſis. Idque, vt arbitror, iam Aaron in cœtu ſeniorum ſuper hoc negotio congregatorum ſedente: Ideo dicunt ei, *ſurge.* Cùm autem de Cherubis faciendis, déque eorum forma iam ſtatutum eſſet: ſtatim vt dixerunt, *Surge, fac nobis Deos,* &c. *Dixit ad eos Aaron, Tollite inaures de virorum filiorúmque, & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me. Fecítque populus quod iuſſerat,* &c. *Quas cùm ille accepiſſet formans opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem.* Non video hîc Aaronem hac poſtulatione inaurium tumultuantem plebem diuertere conantem, vt multi fingunt: ſed eadem ipſe, & populus deuotione petit, & accipit inaures, quas petit poſtea Moyſes ad verum propitiatorium conflandum, idque poſtquam Aaron in congregatione acquieuit *Iſraëlitis*, & ideo *conflat* nunc *vitulum, &* Moyſen, vt nuper dicebat Rabbi Salomon. Sed & B. Stephanus[c], iuxta textum Syriacum ſolùm Aaronem huius vituli facit fabricatorem, dicens: *Proinde fecit* (ſup. Aaron, de quo priùs) *eis vitulum.* Multa tamen peccare videtur in hoc facto Aaron. I. nimis credulus de morte Moyſis, non ſatis eam probantibus, nec ſe opponit, nec ſatis diligentem de illa facit perquiſitionem. II. In illa congregatione, ſiue tumultuoſa fuerit, ſiue pacifica, cùm optimè ſciat, Patriarcham Iacob ſtatuiſſe, non niſi duos (qui in eius morte præſentes erant) ex ſuis filiis, nempe Iudam & Ioſeph ſecum ſucceſſiuè eſſe ponendos in propitiatorio, ductus, forſitan, carnali aliquo erga fratrem amore ſponte acquieuit eis, qui Moyſen cum Ioſepho ibi ponendum decreuerunt. III. Diſce-

[a] Pſal 94

[b] Amos 5. 25. Act 7. 45.

Aaron multa peccauit, in conflatione vituli, & quæ.

[c] Act 7. 41.

Disceptantibus inter se in concilio seniotibus de forma Cherubi Ioseph, quidam eorum priscam & humanam esse debere censebant, vt insignis ille vir Hur, quem Moyses cum Aaron iudicem populi constituerat: alij iuxta Iosephi stemmata, & tritum eius illustréque cognomen vituli, vitulinam figuram affectantes cùm suffragiis potentiores essent, adhæsit illis Aaron, & non solùm acquieuit huic pessimæ sententiæ: sed etiam ipse materiam auri ab offerentibus lætus accipit: in cuius lætitiæ & indiscretæ deuotionis, potiùs quàm retardationis, signum, facit
B quod suæ Pontificalis dignitatis grauitati omnino derogat, dum typum & formam vituli ex argilla conficit, quam cum auro *in ignem proijcit, Vnde egressus est vitulus* [a], vt postea ipse simpliciter Moysi fatebitur.

a Exod. 32. 4. & 24.

Quibus omnibus signis & modis ostendit, se de ipsa figura vituli pro Iosepho electione facta gaudere, & tanquam aliquid minime nouum, sed quòd in tanti Ducis & Patriarchæ gloriam plurimùm vergeret, approbare, quinimo, etiam, vt audiuit populum acclamantem, *Hi sunt Dij tui*, &c. nemine id postulante, *statim ædificauit altare coram eo*, hoc est, coram propitiatorio, iuxta quod cum Cherubo Moysis in forma hominis erat Cherub
C Iosephi in forma vituli, seu tauri. Quæ omnia satis apertè indicant Aaronem, & eos, quorum consilio id fecerat, nullum habuisse respectum ad idolum Serapim Ægyptiorum: sed id fecisse iuxta antiquam, & longè ante dictum Serapim, inter Israëlitas vsitatam consuetudinem, vt tam in stemmatibus, quàm in communibus colloquiis nomen, aut figura tauri Iosephum significaret, vt paulò antè vidimus: idque totum ad mentem felicis memoriæ Patriarchæ Iacobi, qui moribundus, sicut filium Iudam vocauerat *catulum leonis*, ita Iosephum, tanquam magni Ægyptiorum armenti ducto-
D ris, honorabili *tauri* nomine donauerat. Quibus præsuppositis; colligat prudens lector, & iudicet, in quo peccauerit Aaron, cùm, vt ait Rab. Salomon, [b] *Acquieuit Israëlitis, & conflauit vitulum & Moysen.* (Nempe Iosephum in vitulo, & Moysen in figura humana; primò Iosephum, tanquam antiquiorem, deinde Moysen: vitulum, inquam, non solitarium, vt vsque modo creditum est, sed cum altero Moysis Cherubo) cúmque *audiens populum acclamantem, Hi sunt Dij tui*

Taurus Iosephi Hieroglyphicū in quo.

b in cap. 32. Exod.

Digitized by Google

Israël, &c. *statim ædificauit altare coram eo*: non animo ei sacrificandi, vt quod sequitur indicat: sed coram propitiatorio, in quo Deum de more sedere à Ioseph autem suo ordine, licet in figura vituli sustentari putabat. De populo autem semper in plurali numero dicitur, *& adorauerunt sculptile: Et obtulerunt hostiam simulacro*: nusquam autem singulariter de Aaron. Exardescente autem ista communi totius populi nimia lætitia, facillimum fuit sapientissimum virum Hur, sputis in eius guttur immissis, à plebe suffocatum fuisse, vt cum Hebræis tenet Rab. Salomon. Non tamen, vt putat, quia impiæ Israëlitarum petitioni annuere noluisset, cùm ex dictis constet impiam non fuisse: sed, vt arbitror, quia princeps eorum fuerat qui in consilio Cherubum Iosephi, in forma vituli fieri detrectaret. B

In ista autem tanta omnium exultatione Pontifex Aaron non solùm coram eo ædificauit altare: sed ipse pro sua deuotione (interpres enim addit, *præconis voce*) *clamauit*, *dicens*: *Cras solemnitas Domini est*, nempe, veri Dei: nam hîc habetur nomen *Iehoua*; quod pro alio, quàm pro vero Deo Aaronem, qui nuper per fratrem Moysen reuelatum illud acceperat [a], vsurpare voluisse, nullatenus admittam. Illa autem solemnitas, ad mentem Aaronis, alia non erat ab ea, quæ solebat fieri quoties nouus Cherub, vel alter patriarcha in suo Cherub ponebatur in Dei testem super arcam: sicut antea ex Psalmista [b] vidimus his verbis, *Exultate Deo adiutori nostro*, &c. *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ*, &c. & statim additur, *Testimonium in Ioseph posuit*, seu constituit, *illud*, nempe, festum, seu *diem solemnitatis vestræ*. Et verè, ad mentem Pontificis Aaronis, istud, quod nunc Israëlitæ festum celebrant, *testimonium in Ioseph* constituebat, quia nouus testis propitiatorio appositus fuerat, suo etiam ordine loco fratris Iudæ: sed in forma quæ erat contra mentem Dei, & Patriarchæ Iacob; qui cùm de Cherubo Iuda secum in arca ponendo locutus fuisset, sub similitudine leonis maioris, & leunculi: cùm de Iosepho eodem modo, præsertim sub forma vituli, vt mysticè vocatur à Moyse [c], loqui potuisset, facere tamen noluit, quasi istum in spiritu præuidens errorem: sed sine vllo id fecit ænigmate: satis apertè declarans, se velle vt de more Cherub eius figuram haberet hominis. Et in hoc imprudenter nimis sese habuit Aaron. D

a Exod 3.14.

Vituli aurei festiuitas quæ fuerit.

b Psal. 80. 1.

Cherub Ioseph ad mentem patris qualis esse debebat.

c Deut. 33. 17.

Digitized by Google

A Augetur error in hoc, quòd videbant prædecessores suos noluisse sub alia forma repræsentare Iudam & Iacob, licet ipse se leonem, filium verò Iudam leunculum appellasset.

Si igitur quæratur quænam fuerit ista solemnitas, quem a Aron tanto cum feruore annuntiat, responderi potest: Ad mentem quidem Aaronis fuisse festum testimonij Iosephi & Moysis; si quis cupiat scire quanta fuerit, & quibus ritibus celebrata sit, quidue sibi velint ista de ea verba, *Surgentésque mane obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere* [a], legat dedicationem statuæ Na- a Exod. 32. 6.

B buchodonosoris apud Danielem, vltimum caput libri Exodi, & principium psalmi octuagesimi: & videbit, non aliter verum testimonij, seu propitiatorij ac tabernaculi præceptum à Deo per Moysen festum dedicationis celebratum fuisse: quia sic de more fieri solebat, quoties Cherub mutandus erat: sicut dubium non est, iam antea factum fuisse in Aegypto, ad positionem Cherubi Iudæ. *Aarō peccata idololatria non peccauit.*

Et ex his duo colligat lector. Vnum est, Aaron, nulli alij quàm vero Deo in hac solemnitate sacrificasse, nec alia, quàm quæ sui erant muneris, facere intendisse, & ideo in hoc non peccas-

C se, nec vllatenus idololatram fuisse, aut Israëlitis tanquam idololatris vllo modo adhæsisse. Alterum est, quòd quicquid in hac historia legitur de sacrificiis, choreis, epulis, lusibus, seu cantilenis, minimè nouum, aut ab Israëlitis tunc inuentum fuit: sed prorsus in hac, & aliis quibusdam festis fieri solitum: & proinde, nec in his Aaron peccauit: sed si peccauit, peccauit tantùm per imprudentiam, in iis tribus, quæ paulò ante notauimus. Et præsertim in tertio, quòd præcipuè Moyses horruisse ac castigasse videtur, his iuxta Hebræum verbis: *Et vidit Moyses populum quòd nudatus* esset, nempe monilibus suis, *quia nudauerat eum*

D *Aaron ad nihilitatem, quæ est inter hostes eorum*; hoc est, ad repræsentandum Iosephum sub forma bruti vilissimi, quòd apud Aegyptios iuratos eorum inimicos in honore habetur, & tanquam Deus colitur. Sicut idem inculcat Psalmista [b], *Mutauerunt gloriam suam, in similitudinem vituli comedentis fœnum*. Vocat enim præcedentis arcæ propitiatorium, vel ipsum Ioseph gloriam Israël, sicut Iudith [c] post occisum Holofernem dicta est *gloria Ierusalem*. Talem autem virum, & totius Aegypti prin- b Psal. 105. 20. *Ioseph dicitur gloria Israelitarum.* c Iudith. 15. 10.

Digitized by Google

cipem in tantæ maiestatis ac sanctitatis loco sub forma bruti ruminantis constituere, nefas horrendum est: ad hoc pretiosis monilibus spoliasse populum, insignis imprudentia est: & in hoc crudelissimos, & inueteratos hostes Aegyptios imitando tantopere honorasse intolerabilis stultitia est. His dictis Moyses, statim ad tanti criminis vindictam procedens, *& stans in porta castrorum*, ait: *Si quis*, &c.[a]

a Exod. 32. 26.
b Catech. 2.
c ad Romulum in cap. 32. Exodi, & Apolog. Dauid 1. c. 4.
d in cap. 32. Exod.
e Epist. dedicat.
f lib. de vitulo aureo.
Israelitæ nō idola, sed Cherubim postularunt ab Aarone.

Postquam vidimus quale fuerit peccatum Aaronis (quem iam à viginti duobus circiter annis, summum fuisse sacerdotem probauimus, qualem vocant eum Cyrillus Ierosolymitanus [b], Ambrosius [c], & Lyranus [d], contra quorumdam, & præsertim felicis memoriæ viri & eruditissimi Doctoris D. Visorij opinionem, dum scribens aduersus Moncæium [e] tenet Aaronem, tempore fusionis vituli aurei, nondum fuisse Pontificem) considerandum est, an sicut Aaron populus Israel ab omni idololatria immunis fuerit [f]. Pro affirmatiua facit, I. quod ad extra (quicquid de eorum mente fuerit) non alios Deos ab Aarone petiuerit, sed nec petere ausum fuisse, quàm dictos Moysis & Iosephi Cherubos, quos & Aaron intendebat, II. impudentia intolerabis fuisset postulare, vt idolum, ídque turpissimũ, ac vilissimum, Deo vero, quodammodo in vno propitiatorio iungeretur. Et vna ex rationibus eorum qui in populo idololatriã fuisse asserunt, illa esse videtur, quòd credunt vitulum aureum vnicum, & solitarium, supra columnam ad aliorum idolorum, & specialiter vituli Aegyptiaci erectum fuisse. Quod falsum esse constat ex præcedentibus. III. multi putant altare erectum corã vitulo aureo, oblata super illud sacrificia, acclamationes, choreas, comessationes, & ludos quos isti fecerunt, & vocem præconis ad crastinã solemnitatem, & alia id genus noua & inaudita, tanquam ab illis tunc inuenta fuisse ad honorandum & colendum vnicum illud idolum: quod ex prædictis minimè verum esse colligitur. IV. si populus, hoc præsertim primo ab exitu Ægypti anno, & statim post mortem (quam credebat) Moysis, manifestè & imprudenter cum tanta solemnitate idolum adorasset, Deus per Dauidem [g], Hamos [h], & B. Stephanum [i], non sic per quandam restrictionem eis exprobrasset, *Quadraginta annis offensus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde*, vel, iuxta

Vitulus aureus non fuit solitarie positus super columnam.

g Psalm. 94. 105.
h Cap. 5. 25.
i Act. 7. 42.

Digitized by Google

A Hamos in Hebræo, *intentione.* Concordat Hieronymus in expositione Hamos, dicens; *Quòd si quadam sacrificia Domino obtulerunt, non voluntate, sed pœnarum fecerunt metu,* &c. videtur enim dicere velle, hunc populum per totum hoc tempus erga idola fornicatum quidem fuisse, sed tantum corde; ad extra autem propter Moysen, quem timebant, idololatriam non commisisse. Alioquin Deus, vt alibi sæpe facit, apertè & explicitè reprehendisset eos de idololatria, quod vel semel fecisse non constat.

Israel ita corde tantū in deserto peccasse dicuntur.

Nihilominus tenendum est quamplurimos verè, & ad extra illum vitulum pro vero Deo omnibus dictis modis coluisse; & Ægyptios multos, qui cum illis venerant, & illos Israëlitas, qui iam Serapim sub vituli forma statim à prima eius erectione in Ægypto colere consueuerant, eo nempe tempore, quo ibi Ecclesia Israëlitica adhuc esset in suæ institutionis principio, vt eleganter innuunt ista verba: *Duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt, & fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt vbera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum,* &c.[a] Isti ergo qui ab illo tempore valde multiplicari potuerunt, nunc mente, & ad extra pessimè vitulum colunt. Alij ab istis subornati fornicari quoque erga vitulum incœperunt: alij mentaliter solùm id fecerunt: alij neutro modo hoc peccatum admiserunt: sed ex iis fuerunt, qui Cherubum Iosephi, ad instar Serapidis Ægyptiaci, in forma vituli faciendum non solùm consuluerunt, sed tumultuosè contra Aaronem insurgentes (si forte eis contradixerit) illum ad hoc coëgerunt: alij denique solo id consilio fieri curarunt. Contra quos omnes desæuit ira Moysis, & Deus mirabiliter conclusit eos sub gladio. Ita vt mirum non sit, si occisorum numerus vsque ad viginti tria millia peruenerit: licet in Hebræis codicibus non 23000. sed ferè tria millia tantum legantur. Hæc sit nostra de tota vituli aurei historia concisa decisio. At iam de Cherubis.

Multi ex eis corde & opere idololatræ fuerunt.

a Ezech. 23. v. 8. 23.

Israelitarū iubēte Moyse occisorū numerus cur tātus fuerit.

A nomine incipiendum est, per quod ad rei ipsius quidditatem quasi palpando deuenitur. Cùm enim iam ostēderimus[b] nomen istud componi ex particula כְּ *chi*, id est, *sicut*, & רבים *Rabbim*, ac proprie dici debere *Cherabim*, hoc est, *sicut Rabbim*

b lib. 2. c. 19. & 20.

Cherubim & Theraphim vnde sic appellantur.

quasi diceres, ad instar Rabbim, qui sunt viri spectabiles ac multis modis illustres: satis apertè deducitur illa, quæ sic appellantur, esse quædam signa vel figuras ad instar virorum illustrium factas: quemadmodum *Theraphim*, quod est *signum Raphaim*, seu curatorum: quo nomine huiusmodi viri vocabantur; sunt illorum signa seu imagines, sed ista, & quo pacto differant Cherubim & Theraphim, iam vidimus.

Quoniam autem patriarchæ ex Chaldæa ducentes originem iuxta *occultam philosophiam descriptam literis, vt vocant, Hieroglyphicis, hoc est, notis animalium*, quæ posteri eorum malè pro numinibus venerati sunt (quam Philo ab Ægyptijs doctoribus Moysen didicisse docet[a]) suos post mortem magnæ eminentiæ viros sideribus aut constellationibus comparabant, vt similiter vidimus. Hinc est quod illi qui per alatos iuuenes in auro, ligno, vel alia materia, ad extra repræsentabantur, iidem prophetis sæpe apparuerunt sub forma mystica animalium cœlestium, vt sub illis melius laterent mysteria. Et sic (vt arbitror, & iam dixi[b]) iidem quatuor Patriarchæ, qui in propitiatorio successiuè positi sunt, Isaac, Iacob, Iuda & Ioseph ab Ezechiele in spiritu prophetico, vel etiam exteriùs visi sunt sub specie quatuor animalium, hominis, aquilæ, leonis & bouis, quæ inter cœlestia sunt phœnomena. Aliquid simile Philo[c] dicere voluit, dum docet, *Cherubim esse symbola, vel signa, quæ extimam vniuersi cœli circunferentiam significant, & repræsentant, in qua eodem modo semper diuinas Choreas fixæ stellæ agitant*. De quibus videtur intelligi locus Psalmistæ[d]. *Et ascendit super Cherubim, & volauit super pennas ventorum*. Et de istis iam non agimus: sed de illis, qui ex aliqua materia fiunt, vt duo illi à Moyse ex auro facti, & vniti propitiatorio. De quibus talis est Iosephi[e] sententia: *Cherubim*, ait, *animantia sunt volucria, noua specie, nec vnquam cuiquam hominum visa: quæ Moyses in Dei solio viderat figurata*. At ignorabat Iosephus longè ante Moysen facta fuisse Cherubim super priorem arcam: Cherubim, inquam, Iacobi & Iudæ, vt vidimus.

a de vita Moysis.

Cherubim duplicis figuræ fuerint.

b ibidem.

c lib. de Cherubim.

d Psal. 17. 11.

e lib. 3. ant. cap. 6.

Cherubim fuerunt in propitiatorio longè ante Moysen.

Imò statim post Iacobi mortem factam fuisse credimus primam arcam, in cuius propitiatorio duo erant Cherubim, Isaaci videlicet & Iacobi: quod ex eius in vtraque Iudæ ac Iosephi benedictione colligo. Nam ibi, (licet ænigmaticè) de

Digitized by Google

A Cherubis tanquam de re trita loquitur. Proinde iuxta ea, quæ nuper diximus, ab illo Sphingarum vsum Ægyptij videntur accepisse, teste Clemente Alexandrino[a], *Ægyptij*, inquit, *ante templa ponunt Sphingas: quippe quod de Deo doctrina sit ænigmatica.* Vnde, ad instar Cherubim in propitiatorio, per istas Sphingas occulta, & obscura a Diis perquirere videbantur. Ideo Hortensio oratori, qui accepta mercedis loco à Verre Sphinge aurea, sibi obscuriùs aliquid dicenti, se ænigmatum soluendorum imperitum esse dicebat, falsè respondit Cicero[b]: *Atqui Sphingem domi habes.* Erat denique Sphinx multiformis ac Che-
B rubim. Vnde Poeta:

Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella,
Sphinx ergo alata est volucris, leo, virgo, triformis.

a lib. 5. strom.

Sphingarum vsus apud Ægyptios ex vsu Cheruborum habuit initiũ.

b Plutarch. in eius vita.

Colligitur tamen ex ante citatis verbis Psalmistæ[c] Cherubum Mosaicum Iosephi, in forma humana fuisse, nempe in similitudine Principis triumphantis, vestiti stola byssina cum torque in collo, & annulo Regis in digito; proinde, non nudum, sed honorificè vestitum. Idem autem de prioribus Iacobi, Isaaci & Iudæ Cherubis, quantum ad vestitum, credendum est. Proinde prorsus explodenda est Montani[d], & Rab. Salomonis
C opinio, dicentium Cherubos fuisse nudos, & sexu distinctos. Neque admittenda Moncæij[e] sententia, Cherubos Moysis eiusdem fuisse figuræ, ac illos, quos Ezechiel, & Ioannes repræsentant sub forma animalium, & præsertim figuræ vitulinæ. Non enim distinguit eos, quos isti duo prophetæ contemplatiui in sua extasi viderunt cum quadam analogia ad figuras cœlestes & phœnomena, ab iis, qui semper in forma humana, sed cum quibusdam symbolis, vt pote, vel immortalitatis in facie iuuenili, vel alacritatis, & promptitudinis in alis extensis, aut beatitudinis in facie rutilanti in aliqua materia ab artifice for-
D mati sunt. Et istos in tabernaculo Moysis, seu propitiatorio, & in templo Salomonis positos fuisse dicimus: illos verò ab Ezechiele, & Ioanne, iuxta visionem eis factam fuisse, descriptos.

c Psal. 80. 2. 3.

Cherubim Moysis semper in forma humana.

d lib. de Noë, tit. de propitiatorio.

e lib. de vitulo aurei.

Moncæij de Cherubis sententia reiicitur.

Proinde illos vt hominis formam, ita & manus habuisse, quibus tabulam auream propitiatorii, tanquam Dei thronum sustentabant, iuxta datam à Iacob benedictionem filio suo Ioseph, his verbis, *Et roborabunt se brachia manuum eius* Ioseph à

Digitized by Google

a Genes. 49. *manibus potentis Iacob* [a], secum videlicet propitiatorium deferentis: & etiam ex eo, quòd ob id felices manus Ioseph à Psalmista [b] prædicantur, dicente, *Manus eius ex aheno transierunt*, vt exposuimus [c]. Quas etiam manus apertè videbimus apud Ezechielem [d]. Vnde constat quàm absurda sit eorum opinio, qui non manibus, sed alis Cherubinorum propitiatorium tenent sustentatum fuisse: cùm satis apertè, & Scriptura doceat, alas eorum pro throni Dei vmbraculo vel hyperstromate extitisse: & ipsa ratio dictat, alas auibus esse datas non ad aliquid portandum, sed ad volandum, vel ad pullos protegendum.

b Psal. 80. 4.
c cap. præc.
d cap. 1. 8. & 10. 7.
Nō alis Cherubim insidebat Deus, sed super tabulam auream Cherubinorum manibus sustentantem.

Aureos autem & per malleationem ex propitiatorio ductos, atque ei in extremitatibus iunctos fuisse illos Mosaicos clarum est ex Scriptura [e]: idemque cogitandum de prioribus factis in Ægypto: neque obscurè colligitur ex promptissima ad illos faciendos monilium largitione facta à populo, etiam vsque ad excessum, statim ac Moysis voluntas innotuit [f], quamuis iam paulò ante iisdem monilibus simili deuotione, & promptitudine se nudauissent, ad primum Aaronis verbum, cùm Cherub vitulinus factus est [g]. Item, non æris, aut vilioris metalli primò facta ab Aarone petitio, & prompta populi largitio satis indicat, ipsum & populum optimè ex traditione, vel consuetudine nosse, nec non ex duobus iam tunc existentibus Cherubis non nisi ex auro fieri solitos esse.

e Exod. 25. 18.
Cherubim ex qua materia.
f Exod. 36. 4. 5. & seq.
g Exod. 32.

Quantum ad numerum, nunquam vnum solùm, sed semper duos, nec vnquam simul plures duobus extitisse ex antea dictis constat, ac pro certo tenendum est: tam quia ad sustentandum thronum Dei duos ad minus esse necesse est, quàm vt etiam in eis illud valeat dictum: *In ore duorum testium stat omne verbum* [h]. Quem finem à Deo intentum ex scriptura probauimus [i]. Restat agere de situ quem habebant Cherubim Mosaici circa arcam & propitiatorium. De quo multiplex admodum sententia reperitur apud auctores, quos longum nimis esset recitare: solùm quid de hoc sentiam non paucorum auctoritate fultus breuiter dixerim, præsupposito quod arca testimonij tota fuerit lignea, auro tecta intus & foris: propitiatorium autem ex tabula solida, & duobus Cherubim constans ex auro purissimo:

Cherubim numerus quis.
h Matt. 18. 17.
i cap. præced.

Digitized by Google

mo: & proinde quod propitiatorium, licet super arcam eleuatum, eiusdem cum ea longitudinis & latitudinis, non tamen operculum eius fuit: sed planè ab eo distinctum: illud enim ligneum erat, auro, sicut arca lignea cui adhærebat, intus & foris obductum: istud verò tabula auri solida, quæ sedes Dei erat; cuius ἐπίθεμα erant quatuor alæ Cherubim sese in extremitatibus eleuando iungentes: operculum verò arcæ infra positum erat Dei, vel throni eius suppedaneum, quo sensu arca, in suo operculo, passim vocatur *scabellum pedum Dei*.

B Quamuis autem illa auri tabula eiusdem cum arcæ operculo latitudinis & longitudinis præcisè fuerit, ita vt propter auream arcæ coronam incongruum ac molestum videatur, vt Cherubin vno, vel vtroque genui limbo arcæ flexi maneant, & ideo nonnulli eos super basim aliquam in lateribus arcæ stantes erectosque constituant: quia tamen sic in terra positi longi nimis, & alti essent, & cum arca, quæ parua erat, non habuissent proportionem: vt communior, ita & melior situs ille videtur, qui eos super limbum operculi genuflexos ponit: non tam vt cum molestia (propter modicum spatij) genuflectentes, quàm vt Angeli volantes appareant, vt tales decet

C Dei ministros ad eius nutum paratissimos. Et quia iuxta S. Patriarchæ verba, *Catulus leonis Iuda incuruabit se, cubabit sicut leo maior*, nec non iuxta textum Exodi, incuruati, & velut adorantes Deum in propitiatorio, versis ad seinuicem vultibus: ideo debent tali humiliationis, & adorationis situ depingi.

Quadrabat quoque talis cum genuflexione situs Cherubis Aaronicis, vel etiam vitulino, iuxta quod multi Patres [a] tenent, non integrum ex fornace prodiisse, sed eius duntaxat efformatum caput: & quod nonnulli dicunt nomen Serapis si-

D gnificare *bouis faciem*: & quod alij tenent, sic de industria figuratum fuisse ad instar Tauri cœlestis, qui non nisi conglobatus & in forma ruminantis apparet. Quòd & Psaltes respexisse videtur, cùm dixit: *Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.* Inde censeo putidam quorumdam Gentilium calumniam ortum habuisse, qua dicerent Iudæos caput asininum pro Deo coluisse. De quo sic Cornelius Tac. [b] *Nihil æquè quàm inopia aquæ fatigabat, cum grex asinorum agrestium è pa-*

a Tertul. contra Iudæos, lib. 1. Lactant. de vera sapientia, lib. 4. c. 10. Hieron. in Osee cap. 7. & 11. & in 5. Amos Cyprian. de bono patientiæ. Ambros. Epist. 62. Aug. in Psal. 73.

b Hist. lib. 5

Digitized by Google

stu in rupem nemore opacam concessit, secutus Moyses coniectura herbidi soli largas aquarum venas aperit. Et paulò post: *effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimque repulerant penetrali sacrauere.* Vt autem quæ diximus meliùs innotescant, tam Moysis, quàm Aaronis arcam, & propitiatorium exteriori stemmate sic repræsentari curauimus.

A


B

C

D

Digitized by Google

rca. in qua erant oſſa Ioſeph. quæ ſuper tecta fuerunt a Dn̄o. Genes. 50. 25. Pſal. 113. 2. Eccli. 49. 18



Arca cum Cherubo Ioſeph. facto ab Aaron in forma uituli. Exod. 32. 4.



rca Facta à Moyse Iuxta exemplar quod ei in monte monſtratum est. Exod. 25. 10. pſal. 80. 6.



A De tempore quo fieri cœperunt nihil apud auctores scriptum reperio. Dum tamen video sanctum Patriarcham Iacob ante mortem suam de suo, & duorum filiorum suorum Cherubis faciendis verba facere: & dum video Deum dicentem, se (viuente adhuc Iacob vt exposuimus [a]) tribus Leuiticæ sacerdotem elegisse in Ægypto, qui portaret Ephod coram se, id est, coram propitiatorio, ad priora adhuc tempora suspicor esse remittendam illorum institutionem. Nisi forte sanctus Patriarcha Iacob (qui ad reformandos abusus ab idololatris introductos, nouamque Deum colendi formam apud suos B Israëlitas instituendam à Deo missus esse videbatur) voluerit istam propitiatori j cum duobus Cherubis aureis sedem Dei more seruorum deportantibus, formam ordinare: vt ab hominibus se in templis, vt Deos coli curantibus, & deitatis præsumptionem, & Deorum pluralitatem auferret, & ostenderet quod Deus suos fideles seruos congruo admodum modo honoraret, illos, vt antea vidimus, in suorum oraculorum testes, & velut assessores eligendo.

Cherubim quo tempore fieri cœperunt.

a Cap. 11.

A Patriarcha Iacob primo inuenti fuisse videntur, & cur ita fecerit.

C

CAPVT XVI.

Alia expositio benedictionis data Nephthali, Ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis.



VNC iterum lectoris compello memoriam circa illa, quæ superius [b] de Cinæis affatim diximus, quorum cœnobia, seu tabernacula D Iosue, & Iudicum temporibus, nec non posterioribus sæculis celeberrima fuisse in tribu Nephthali multa suadent, ad quæ nunc Iacob respicere vix dubitauerim. Pro cuius intelligentia præsupponendum est, quod Hobab (de quo in libro Numerorum [c], quemque iam ostendimus fuisse filium Iethronis, seu Raguelis soceri Moysis, & proinde fratrem Sephoræ) cùm pater eius Iethro Moysi roganti vt secum veniret in terram Cha-

b lib. 1. 15 & 16.

c cap 10. 29.

Hobab filius erat Iethronis, & frater Sephoræ vxoris Moysis.

Digitized by Google

naan, obtemperare renuens ex Sina rediuisset in terrã Madian, A
ipse venit in terram Chanaan, vbi fertilem agrum iuxta Hiericho pro habitatione cùm elegisset, propter magnam Cinæorum multitudinem, quorum in illis partibus caput erat, vel ob quamuis aliam causam: post aliquod tempus, nonnullos ex suis misit in desertum Iuda, qui est in Australi Iudææ termino
a lib. 5 c. 17. versus Arad: quod quidem sodalitium postea tempore Plinij [a] dicebatur Essenorum iuxta Asphaltitum habitantium. Et hoc
b cap. 1. 16. est quod dicitur in libro Iudicum[b], *filij Cinæi cognati Moysi* (id est, Cinæi qui erant sub moderatione Hobab affinis Moysi) *ascenderunt* (al. ascenderant) *de ciuitate palmarum* (id est, de B
c Iudic. 3. 13 Hiericho[c]) *cum filijs Iuda in desertũ sortis eius, quod est ad meridiem*
d lib. 1. c. 16. *Arad, & habitauerunt cum eo.* Quem locum iam exposuimus[d].

Et post 200. circiter annos spectabilis eiusdem congregationis vir nomine Haber, nouam inde Cinæorum familiam duxit in tribum Nephthalim: & hoc est, quod dicitur in eodem libro Iudicum[e]: *Haber autem Cinæus recesserat quondam à cæteris*
e cap. 4. 10. & 11. *Cinæis fratribus suis, filiis* (id est, discipulis, seu subditis) *Hobab cognati Moysi & tetenderat tabernacula vsque ad vallem, quæ vocatur Sennim: & erat iuxta Cedes.* In quibus verbis multa sunt notanda. C

Primò, quod quemadmodũ Hobab non elegerat vrbem Hiericho vt habitaret in ea, sed tantummodo agrum, iuxta vrbem,
f Ant. lib. 5. cap. 13. vt ait Iosephus[f]: & sicut alij Cinæi elegerant solitudinem vel desertum locum: ita & Haber non dicitur habitasse in Cedes,
Vrbs Nephthalim eadẽ ac Cedes. sed *iuxta Cedes*: quia Cinæi, qui postea dicti sunt Rechabitæ & Esseni, non nisi extra vrbes habitabant. Est autem Cedes ipsamet vrbs Nephthalim, dicta aliquando in textu Græco *Cades*
g in Iosue cap. 20. *Nephthalim*, ad aliarum nempe Cades distinctionem. Masius[g]
h lib. 2 & 3. legi vellet Græcè κέδης. Ab Herodoto[h] dicitur καδύτης, fuit
i Tob. 1. 1. autem vtriusque Tobiæ patria[i]. D

Secundò, ex eo quod dicitur Haber *extendisse sua tabernacula vsque ad vallem, quæ vocatur Sennim* (verti potest *ad vallem*, aut *super vallem*) aut multitudo discipulorum Haberis indicatur; quæ sua longius illum protrahere cogebat tabernacula, aut simpliciter locus habitationis eorũ, qui erat *quercetum tsaghannim*,
l in Iosue cap. 19. 32. vel vt transfert Masius[l], *quercetum transmigrantium*, quod sic dictum putat ab istis Cinæis sæpè huc & illuc transmigranti-

Digitized by Google

A bus. Ego verò, ſicut video loca, in quibus Cinæi habitabant,
vocari הַמְּנֻחוֹת *hammenuhoth*, id eſt, *requietiones*[a], ea- a 1 Paral. 2. 53 54.
dem de cauſa nunc cenſeo appellari Hebr. צַעֲנַנִּים
tſaghannim (& alibi[b] per cognatam vocem שַׁאֲנַנִּים b Hamos 6. 1.
Sciananim) hoc eſt, ſtratorum, vel ſternentium ſe, volutato-
rum, aut volutantium ſe. Eadem mens eſt Septuaginta, qui Iob 2. 5. Eſa. 32. 9.
vertunt δρυὸς ἀναπαυομένων, *quercum quieſcentium*. Certè radi- 11 & 18.
cale verbum צָעַן *tſaghan* eiuſdem notionis eſt cum Zach. 1 15.
verbo צָעָה *tſaghah* : per quod habemus apud Iere-
B miam[c] *Mittam ei ordinatores & ſtratores laguncularum, & ſter-* c Cap. 48. 12.
nent eum, &c. Poſſet autem verti, *mittam ei ſtratores, qui ſterne-*
re facient eum. *Vallis* ergo, ſeu etiam *quercetum Sennim*, id eſt, ſtra- *Vallis Sennim vnde ſic appellatur.*
torum, ſeu ſternentium ſe, ſic dictum videtur ob multitudinem
prophetarum, qui in illis quercetis & tabernaculis ſternere ſe
ſolebant ſuper lectulos propheticos, vt in illis oracula Dei per
ſomnia quæritarent, vt iam ſæpè dictum eſt. Et quia veri Dei
prophetæ, poſt huiuſmodi decubationes, & dormitiones cer-
tiſſima reddebant reſponſa, ideo vocabantur etiam בּוֹטְחִים
C *Botehhim*, hoc eſt, ſecuritatem, aut certitudinem dantes.
Vtrúmque nomen reperitur in Hamos[d], vbi loquitur Deus d Cap 6. 1. & 4.
prophetis, tam regni Iſraël, quàm regni Iuda, multa eorum ar-
guens peccata : & præſertim quòd non ampliùs, iuxta priſcam
ſimplicitatem, dormirent in ramuſculis, vel inter duo clathra
ex illis contexta : ſed ſuper lectos eburneos, nec ex deuotione
dormiebant, ſed ad oſtentationem, & ex vanitate, aut pigritia
ſuper illos ſeſe diſtendentes, &c. Iuxta Hebræum, textus huius
tenoris eſt : *Væ ſternentibus ſe* (Hebr. הַשַּׁאֲנַנִּים *haſcia-*
nanim) in *Sijon, & fidentibus* (Hebr. הַבּוֹטְחִים *habotehhim*)
in monte Someron, &c. & paulò poſt dicuntur *ſternentes ſe ſuper*
D *lectis eburneis, & diſtendentes ſe ſuper ſtratis ſuis*, &c. Sic per idem
nomen vir propheta vocatur quietus, ſeu ſternens ſe, in libro
Iob[e] Item prophetides mulieres vocantur שַׁאֲנַנּוֹת e cap. 12. 5.
Sciannanoth, *ſternentes ſe*[f]. Et per eandem vocem totam pro- f Eſa. 32. 9. 11. & 18.
phetarum, & propheticiſſarum ſocietatem vocat Deus[g] *gentes* g Zach. 1. 15.
ſternentes ſe. Sic apud Philonem Biblicum, duo filij Caleb,
(quos putat à Ioſue de Sethim fuiſſe miſſos exploratores vt.

Digitized by Google

a Iosue 14. *considerarent terram & vrbem Iericho*[a]) dicuntur Cenez, (id est,
7. b lib. 1. c. 16. Cenesxi, vt visum est[b]) & Seemiamijam. Quo etiam sensu
c Ios. 15. 16. vrbs, quæ ob prophetas litteratos & doctos dicebatur olim
d Iosue 15. 49. *Cariathsepher*[c], id est, ciuitas litteræ, vocabatur etiam *Cariath-Senna*[d], quasi diceres ciuitas cubationis. Confirmatur ex eo
e Collat. lib. 1 c. vlt. quòd Cassianus[e] etiam de priscis monachis ita scribit: *Iis ipsis quibus insidebamus psiathiis admones incubare, embrimiis* (sic vocat ψιάθια & mattas seu storeas) *pariter capiti nostro ceruicalium vice suppositis, quæ crassioribus papyris in longos graciléſque fasciculos coaptatis, sesquipedali interuallo molliter nexa, nunc quidem humillimum sedile, ad scabelli vicem fratribus in synaxi considentibus,* B
f in suo Elencho cōtra Serrariū cap. 16. &c. Ex qua sententia videtur Iosephus Scaliger[f] arripuisse ansam diuinandi Essenorum nomen deriuari ab חשאי *Hbasce*, quod vel stoream significat, vel eum qui seorsum viuit. Et tandem, à voce quam interpres Latinus per syncopem reddidit *Sennim*, corruptè deriuatum existimo nomen *Seunion*, pro loco sacro, multis in locis ab Elia eiúsque discipulis ædificato, vt mox videbitur.

Tertiò, huius Haberis dignitas, & auctoritas non obscurè denotatur in hoc, quòd Rex Azor, pro magno habuit cum eo pacem, id est, amicitiam habere. *Erat pax inter Iabin Regem Azor, & domum*, (id est, familiam) *Haber Cinæi*[g]. C

g Iudic 4. 17. Quartò, ex sacra illa regione (cur sacram illam vocamus,
h lib. 1. c. 4. vide supra[h]) quam in Aquilonaribus terræ Chanaan finibus Raphaim, Emim, Zuzim, & Zomzomim, id est, sancti docto-
i Gen. 14. 5. & sup. lib. 1. cap 10. res, & prophetæ incoluisse videntur ante Abrahami tempora[i], tres præcipuæ fuerunt vrbes in tribu Nephthalim, quæ postea à Iosue Leuitis, id est, eiusdē professionis, datæ sunt hominibus ad habitandum, nempe Emath, seu Epiphania Chartan, seu Cariathaim, & Cedes Nephthalim.

Et hæc est ratio, cur tot, támque illustres in ista tribu semper D extiterint, tam viri quàm fœminæ, quique præsertim sunt prophetæ nomen adepti. Nam præter vtrúmque Tobiam, Raguelem, & Saram, totámque illam familiam, quam ex filiorum Dei, seu prophetarum sodalitate fuisse colligo, ex purissima eorum vita, ex familiari Angelorum cum illis conuersatione, &
l Tob 8. 5. ex eo quòd Tobias dicebat vxóri, *filij sanctorum sumus*, ex ista

Digitized by Google

A tribu creditur fuisse insignis illa prophetes, & totius Israëlis iudex ac moderatrix Debbora. Licet enim ad iudicandum populum *sederet sub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim*[a]: non tamen satis bene inde quidam videntur deducere fuisse ex tribu Ephraim, sed potiùs ex iis quæ egit cum Barac, colligitur ex eadem cum eo extitisse tribu Nephthalim. Item, Nahum propheta ad hanc tribum pertinere indicat patria eius, dum se vocat Elcesæum; fuit autem Elcese vicus in Galilæa, quem huc refert Adrikomius[b]. Sed præsertim habemus admirabilem illum inter prophetas B Eliam Thisbitem, si Thisbe, à qua cognominatur, eadem sit cum vrbe Nephthalim, vt apud Septuaginta legimus. Licet etiam apud Issacharianos habitauerit in monte Carmeli. De qua habitatione postquam multa scripsit Ioannes 44. Patriarcha Ierosolymitanus[c], addit: *Propter quæ omnia Elias in monte isto, non modo elegit habitare, verùm etiam domum orationi consecratam appellatam Seunion in eo ædificauit.* Nempe ad instar earum, quæ in sua tribu Nephthalim, erant prope vrbem Cedes in querceto Sennim.

Debbora prophetes erat ex tribu Nephthali.

a Iudic 4. 5.

b in tribu Nephthalim n. 44.

c lib. de instit. Monachorũ c 19.

Seunion sacer locus prophetarũ vnde sic dicitur.

Quintò constat ex libris Regum[d], multa ac frequentia filio- C rum Dei, qui postea filij prophetarum sunt appellati, in illa, aut circa illam tribum extitisse cœnobia: nempe, in Galgalis, in Bethel, & in Hiericho præter illud celebre Haberis in *querceto* quod dicebatur *Sennim*, iuxta Cedes, atque in illis maximam fuisse multitudinem vtriúsque sexus (vt colligere est ex strenua illa Iahel vxore Haber Cinæi, quæ peremit Sisaram[e]) quorum archimandritam posterioribus sæculis fuisse Eliam, cui successit Elisæus ambigendi non datur locus.

d lib. 4. c. 2. 1. 2. & 3.

e Iudic. 4. 18. 19. & 20.

Eliæ autem & Elisæo successit in officio vir sapientia, & sanctitate celeberrimus Ionadab, qui passim in scriptura dicitur *fi-* D *lius Rechab*; non, vt multi putant, quod à quodam huius nominis viro (quem Scaliger[f] militarem virum fuisse, contra illa, quæ de eo habet Ieremias[g], audet asserere, propter Iehu ad eum verba, & quia in eius currum fecerit eum ascendere[h], nempe horreret Scaliger sanctum aliquem monachum simili honore à Rege præueniri) secundùm carnem genitus sit, cùm talis non reperiatur, & tam illustris familiæ parentem, & caput non inueniri incongruum planè videatur, sed quia filius, id est, dis-

Ionadab quo sensu dicitur filius Rechab.

f contra Serar. cap 23. & 24.

g Cap. 35.

h 4. Reg. 10, 15.

cipulus fuit eorum, qui primi hoc nomine *Rechab* honoris causa vocati sunt. Isti autem fuerunt Elias & Elisæus. Ille quidem ab isto, quando sursum *ferebatur per turbinem in cœlum*[a], *vidente & clamante* אבי אבי רכב ישראל ופרשיו *Abi, abi, recheb Israël, vpharasciau: Pater mi, pater mi Recheb Israël, & equites eius*, vel, equitum eius: iste vero nempe Elisæus, iisdem prorsus terminis à Ioas Rege Israël, *cùm ægrotaret infirmitate qua mortuus est, ad quem Rex descendit, & stans coram eo, dicebat: Pater mi, pater mi currus* (Recheb) *Israël, & auriga eius*[b].

a 4. Reg. 2. 12.

b 4. Reg. 13. 14.

B Ab illo ergo die nomen *Recheb*, seu *Rechab*, honorabile factum est. Ita vt præcipuus filiorum prophetarum Archimandrita, qui in hoc munere successit Elisæo *filius Rechab*, quasi vtriúsque Rechab, nempe, Eliæ & Elisæi discipulus appellatus sit, & omnes illius sodalitatis alumni, qui primò Enoscæi, deinde Cinæi, postea Cenezæi, ad hæc Hebræi, Nazaræi, & filij prophetarum nuncupati fuerant, deinceps Rechabitæ sunt appellati. Quod idem est, ac si Elieitæ, vel Elisæitæ dicerentur. Quæcúmque alia fabricari posset huius nominis etymologia multiplici absurditate scatere videbitur. Confirmat, quæ dicimus nuper citatus Ioannes Patriarcha Ierosolymitanus[c], qui docet dictum Ionadab fuisse discipulum Elisæi prophetæ. Et quemadmodum à nomine *Recheb* Rechabitæ dicti sunt: sic ab altero nomine פרשים *Pharascim*, id est, *equites*, Pharisæi, tanquam Eliæ sectatores, sibi facilè nomen assumpserunt. Quòd autem de non bibendo vinum dictum est Rechabitis apud Ieremiam[d], dictum est quoque fuit Nazaræis apud Amos[e]. Vnde Pharisæi tanquam huius sectæ homines exprobrant Christo, qui Essenorum vitam agebat, quòd esset *potator vini*[f]. In hoc enim sensu hoc exprobrans non vt illum ebrium vocent. Ex quibus colligas quàm insulsè nugetur homo de se
D tantopere præsumens, & antiquos planè despiciens Iosephus Scaliger[g], cùm ait Suidam nugari cum veteribus, qui Rechabitas à Rechab, non à filio eius Ionadab institutos fuisse. Ionadab enim pater Rechabitarum, id est, magister, similiter filius, id est, discipulus fuit vtriúsque magistri, qui dictus est Recheb.

Rechabitæ ab Elia & Elisæo prophetis nomē habuerunt.

c de instit. monach. cap. 25.

d Cap 35.

e cap. 2. 11.

f Matth. 11. 19.

g in Elēcho contra Serrariū c. 23.

Istorum autem institutum latè à Ieremia[h] describitur: & eosdem

h cap. 35. per totum.

Digitized by Google

A eosdem esse cum Cinæis euidenter constat ex Paralipomenis[a], vbi dicitur: *Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes* (nam & ibi erant tabernacula Cinæorum, sicut in tribu Nephthali, de quibus mentio fieri videtur in libro Iudicum[b]) *canentes atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de calore patris domus Rechab.* Nomine autem *caloris* Hebraicè חמת *Hhammath* feruorem, æstúmque deuotionis ac zelum Eliæ possumus intelligere: qui dicitur non pater Rechab, sed pater domus; id est, familiæ & societatis Rechabitarũ supremus œconomus ac magister. Quem B feruorem explicat Scriptura[c]: *Et surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verborum ipsius quasi facula ardebat*, &c. Et postquã multa de eius zelo disseruit, subiungit: *qui vngis Reges ad pœnitentiam, & prophetas facis successores post te.* Nempe incipiendo ab Elisæo, ideo addit: *Elias quidem in turbine tectus est, & in Elisæo completus est spiritus eius.*

[a] lib. 1. c. 2. 55.

[b] cap. 8. 11.

[c] Eccli. 48. 1. 2. 8. & 13.

Verumtamen, si nomen Hebr. *Hhammath* in prædicta sententia sumatur pro regione Emath, vel pro ciuitate Hham, seu Hhammath-dor, in qua ante Abrahami tempora Zuzim, id est, sanctos prophetas habitasse docuimus[d]: loci ex C paralipomenis sensus erit, Cognationes (propriè familias) scribarum, qui habitabant in Iabes Galaad fuisse Cinæos, qui primò venerunt ex vrbe Emath, quæ primis post diluuium temporibus pertinebat ad patrem, seu archimandritam familiæ Cinæorum, qui postea Esdræ (nempe Bibliorum compilatoris, & ita scribentis temporibus) dicti sunt Rechabitæ. Hunc dictæ sententiæ sensum, vt germanum, ac legitimum, penitus agnosco. Per quem ferè omnia, quæ vsque modo de familiis & sodalitatibus religiosorum, qui fuerunt à temporibus Enos, & filij eius Cainam, diximus, mirificè confirmantur, ac diluci- D dè declarantur. Sed & arbitror primum illam in Emath Cinæorum patrem, non alium fuisse, quàm Sem, seu Melchisedech, qui vocatur *pater* (id est, magister) *filiorum Heber*[e], hoc est, discipulorum. Tradunt enim Hebræi, Noë cum Sem ex Armenia rediisse in veterem patriam, id est, ad loca vicina Damasco, ibíque condidisse regnum & Pontificatum Salem, cúmque tradidisse filio suo Sem. Istis conformia iam vidimus[f].

Hhammath seu Emath, qua & Epiphania prima prophetarum habitatio.

[d] lib. 1. c. 10.

[e] Gen 10. 21

[f] lib. 1. c. 10. & lib. 2. c. 64

His præmissis facilè erit Iacobi ænigma soluere, cùm benedi-

Digitized by Google

 A


cens filio suo Nephthalim (in cuius tribu primus in terra Chanaan Cinæorum archimandrita sedem habuerat in ciuitate Emath, seu Epiphania) vocat illum *ceruum emissum dantem eloquia pulchritudinis.* Quonam enim aptiori nomine posset donare filios Dei, siue Cinæos, quos non solùm in Emath à primo illorum patre, sed etiam postea à seipso in Bethel primum habuisse nouerat fundamentum [a], quàm *ceruorum*? qui per contemplationem montes affectant? *Montes excelsi ceruis* [b], & per prædicationem agilitate præstant, *Vox Domini præparantis ceruos* [c], qui *perficit pedes eorum, tanquam ceruorum* [d]. Iste ceruus primis temporibus ex Emath in Iabes Galaad, posterioribus autẽ per obedientiam emissus fuerat ab Hobal cognato Moysis ex Hierichuntinis tabernaculis, sub Haberis moderamine in *quercetum Sennim* Nephthalinæ fortis: exinde multiplicatus quã pulchra, quàm facunda, quàm venusta, quàm vera, quàm consolatoria, quàm vtilia, omnibúsque proficua protulit eloquia, maximè per Eliam, Elisæum, & alios eorum discipulos? Eloquia pulchritudinis sunt Dei oracula per eorum ora reddita: sunt conciones ac prædicationes: sunt denique Psalmi, hymni & cantica spiritualia, quibus decantandis iugiter die ac nocte vacabant. Hæc sit mea de benedictione Iacobi data Nephthalim sententia. C

a Genes 33. 1 2-3.
b Psal.103. 18
c 1 Sal 28.9.
d Psal.17.34

B

CAPVT XVII.

Alia expositio benedictionis data Issachar circa hæc verba, Asinus fortis accubans inter terminos, *iuxta Hebr. inter clathra duo.*



VERBA quæ sapientissimus senex, & Patriarcha Iacob protulit super filium suum Issachar, multis sunt referta mysteriis: quæ tanto magis enucleanda videntur, præsertim priora verba, *Asinus fortis accubans inter terminos*, quantò ipsissima iuxta Hebr. sententia semel & iterùm posterioribus sæculis repetita legitur in sacro eloquio, & vbique non modicum præbet negotium exposito- D

Digitized by Google

A ribus, qui vsque nunc nihil ex tot diuersis interpretationibus præter opacam in mētibus caliginem reliquisse videntur. Duorum aliorum locorum prior habetur in cantico Debbora[a] hoc tenore: *Diuiso contra se Ruben, magnanimorúmque reperta est contentio. Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum? Diuiso contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.* Secundus locus iste est: *Si dormiatis inter medios cleros*, &c.[b].

a Iud. 5.15. 16.

b Psal. 67. 14.

Pro quorum intelligentia, recurrendum est ad illa quæ priùs dixi de prophetarum decubatione in locis sacris, vt oracula Dei per somnia mendicarent. Pro quo faciunt ista Eliu (quem
B & Balaam, & verum Dei prophetam cum Hieronymo[c] facimus in nostris Commentariis in Iob[d]) verba iuxta Hebr. *Equidem in vna loquetur Deus, & in duabus: non considerabit eam*[e]. Exprobrauerat Eliu Iobo suam erga Deum audaciam, *Cur aduersus eum contendisti quod omnia verba sua non responderit?*[f] Respondet Eliu: ô deploranda mortalium stupiditas. Profectò à Deo non stat quin homines illius diuinæ voluntatis optimè fiant conscij: semel enim & iterum, multísque vicibus loquitur: sed homines ad illius monita surdescunt; imò nec illa quidem considerant, vel attendunt. Deinde addit quasi exempla proponens; *Per somnium visionis noctis cùm cadit sopor* (al. exstasis) *super Enoscim* (id
C est Prophetas, vt vidimus[g]) *in decubationibus super cubile*, &c. Quis nescit omnes homines, præsertim nocturno tempore, quietis somnum capere super lectos? Quid igitur necesse erat dicere noctu Deum loqui ad Enoscim, cùm ipsi decumbunt super lectulos, aut cubilia? Vel cur potiùs *cubile* in singulari dictum est, quàm in plurali, nisi quia peculiare quoddam lecti genus destinatum ad hoc erat?

c in Trad. Heb. in Gē. c. 22.
d cap. 32. 2.
e Iob 33. 15.
f Ibid. vers. 31.

g lib. 1. c. 1.

Lecti quoddam genus prophetis affectatum.

Sed antequam videamus quales sint isti lectuli, paucula dicenda sunt de cubationibus in tabernaculis, templis, locísque
D sacris, vt diuina quærantur oracula. Et quidem apud prophanos frequenter occurrunt, vt antea[h] vidimus: quibus addere possumus quod apud Plautum[i] legitur per æquiualens *incubandi* verbum, *Namque incubare, ait, te fuerat satius Ioui, qui tibi in iure iurando auxilio fuit.* Id est (exponit Lambinus) satius fuerat te in Capitolio, seu in templo Iouis Capitolini dormire ad accipiendum responsum super eo quod quæreres. Et ibidem paulò antè: *Quis hic leno ægrotus incubat in Aesculapij fano.* Nempe

h cap. 7.
i in Curgul.

Decubationes in templis ad cōsulenda oracula originem habēt ex Sacris scripturis.

quia ægri in templis Æsculapij incubabant, vt saltem in somnis moniti aliquod morbi laxamentum, aut leuamentum ab eo consequerentur. Idem notat Seruius in illud Virgilij [a].

a Æneid. 7.

Et cæsarum ouium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnósque petiuit.

b 10. de diuinat.

c 1. Mach. 12. 6. & 7.

Marcus Tullius [b], *Atque etiam*, inquit, *qui præerant Lacedæmoniis* (qui ab Abrahamo ducunt originem [c]) *non contenti vigilantibus curis, in Pasiphaë fano, quod est in agro prope Vrbem* (in quibus locis habitare solitos nuper, & aliàs vidimus Enoscæos) *somniandi causa incubabant*. Hinc factum est, vt apud Romanos *Augurium* [d] *capere* dicerentur candidati, cũ nocte quæ comitia præcedebat, sub dio extra vrbem cubantes, dein solida sella sedentes in loco ei rei destinato, expectarent dum ipsis Deus aliquis bonum signum mitteret: quod olim quidem verè solitum fieri certum est, & mos à Romulo ipso traditus diutissimè in Repub. seruatus est: postea tantùm vmbra in vsu remansit, re neglecta.

d Suetonius in Augusto.

e lib. 3.

f cap. 7. l. 16.

Ad hunc ritum referuntur verba hæc Festi [e] *Cubans auspicatur, qui in lecto quærit augurium:* Quas decubationes etiã à Moyse vsurpatas antea ex Strabone vidimus [f], cuius nunc ampliorem textum hîc adducimus prorsus notandum. Ἀλλ' ἐᾶν δεῖν πᾶσαν ξοανοποιΐαν καὶ τέμψας ἀφορίσαντας καὶ σηκὸν ἀξιόλογον τιμᾶν εἰ δυσχωρεὶς. ἐγκοιμᾶσθαι δὲ καὶ αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν τε, καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἄλλους τοὺς εὐονείρους καὶ προσδοκᾶν δεῖν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ δῶρον ἀεί τι καὶ σημεῖον τοὺς σωφρόνως ζῶντας, καὶ μετὰ δικαιοσύνης, τοὺς δ' ἄλλους μὴ προσδοκᾶν, &c. Id est, *Sed docebat ille omnem statuarum fabricationem omittere oportere & fano, ac templo Augusto certis finibus circumscripto quod Deo consecraretur eum Deũ colendum: & in eo templo vel pro se quemque, vel alios qui essent ad bene somniandum apti natura, pro aliis incubare oportere, & iis qui temperanter & iustè viuunt, à Deo donum aliquod aut signum esse expectandum, aliis verò nihil tale expectandum*, &c. Vnde constat, eundem Moysen, qui ex Dei præcepto sculptilia prohibebat, & tabernaculum certa dimensione ad veri Dei honorem constructum prædicabat, Deum quoque verum per decubationem in tabernaculo (nam in templo non nisi longè post Moysen, sed iuxta eius decretum, exemplúmque factum est) consulere docuit, prout à maioribus per traditio-

Moyses suos docebat dormire in tabernaculo ad consulendum Deum.

A nem acceperat. Ista profectò sunt *Cubilia* in quibus Sancti (Hebr. הסידים *Hhasidim* quos antea [a] vidimus sanctiores fuisse inter Iudæos) decumbentes *præconizabant Deum* [b]: quæ idcirco sacra erant, vt in dicto Psalmistæ loco agnouit Apollinarius transferens λεχέας ἱερὰς, *lectos sacros*, nempe super quos non solùm ad dormiendum decumbebant vt Deum consulerent: sed plerumque etiam vigilantes in faciem prostrati orabant, *lacrymis eos rigantes* [c], qui *ardere* videbantur *in meditatione eorum* [d], super quos *memores Dei erant in matutinis meditantes in Deum* [e].

a lib 1. c. 11
b Ps. 149. 5
c Ps. 6. 7.
d Iob. 7. 13.
e Ps. 62. 7.

B Sed quales fuerint lecti, seu cubilia ista apud Ethnicos, videre volupe est, vt facilius inde eliciamus illorum formam, & materiam non aliunde quam ex sacris hausisse. Et primò, generaliter loquendo, notum omnibus est nomen latinum *lectus*, dici à lectis herbis, frondibus & stramentis, ex quibus olim confici solebat: & Græcum στιβάδιον, quod est Cubile, ex herba siue frondibus fultum, sic dictum à stibadibus herbis ad discumbendum idoneis: ni fortasse alludat ad vocem Hebræam שפתים *Sciephathaiim*, quæ significat clathra ex ramusculis facta, super quæ prisci decumbebant, vt statim videbitur.

Cubilia seu lecti prophetarum ad consulendum Deum quales erant.

Stibadiũ *ab Hebræo* Sciephataiim *videtur stiptum*.

C Latinè etiam à tortis herbis torum appellant, vt sciamus apud omnes gentes lectos primùm factos esse ex frondibus & ramusculis arborum. Sed nec sacra cubilia, quales fuerunt cortinæ, seu Tripodes Apollinis ex alia primò fuerunt materia, vt priùs ex [f] Ammiano Marcellino vidimus: quamquam paulatim in hoc facta sit mutatio. Et hoc est quod docent Pausanias [g], & Plinius [h], cùm aiunt. *Delphicum oraculum primò conditum esse lauri ramis ex Thessalia aduectis in specus modum, deinde & apibus, ex cera & aliis membranulis, vnde Pteram dictum: tertiò æneum structum*, ferreum quoque putauerim, qualem habuisse legimus Og Regem Basan, & nouem cubitorum longitudinis, non iuxta maximam & giganteam corporis eius molem, vt cum multiplici absurditate quidam arbitrantur, sed ad magnificentiæ ostentationem, vt de Romanis legimus, & præsertim in memoriam prædecessorum suorum: erat enim de stirpe Raphaim [i], & metropolis regni eius erat Astharoth Carnaim in qua vetustissimi prophetæ Raphaim habitabant [l],

f cap. 7.
g in Phocicis.
h lib. 34. c. 3.

D *Og Regis Basan lectus tanta longitudinis fuit, non quod Rex gigas esset, sed quia de stirpe Raphaim.*

i Deut. 1. 4. 3. 1. 5. 4. 3
l Genes. 14.

Digitized by Google

qui super huiusmodi lectulos primò ex ramis arborum textos ad consulendum Deum dormire solebant. Quod proculdubio ex sacris mutuati sunt, & præsertim ex tribus locis in quibus habetur dicta vox *sciephathaim*, maximè cùm semper ibi sermo sit de Prophetarum, aut aliorum decubatione super clathra ad consulendum diuinum oraculum. Quorum locorum primus est ista Issacharis benedictio: *Issachar asinus fortis accubans inter clathra duo.*

Notandum igitur est, Issacharianos fuisse viros quietos, pacificos, spiritualibus deditos, & consilio potius quàm armis præstantes, vt patet ex Paralip.[a] vbi numerantur ij, qui ex singulis Tribubus Israël venerunt ad Dauid in Hebron, vt regem illum agnoscerent, & pro eo præliarentur, ex tribu autem ista pauci admodum numerantur, sed de iis ita differitur: *De filijs quoque Issachar viri eruditi qui nouerunt singula tempora* (ex astrorum nempe dispositione circa res naturales ad percipiendum quod facere deberet Israël, vtrum quiescere, vel ad bellum procedere, vt de Michæa legimus[b]) *principes ducenti: omnis autem reliqua tribus eorum consilium sequebatur.* Concordat benedictio data à Moyse Issachari[c], *lætare Issachar in tabernaculis tuis.* Quasi dicat, deliciæ tuæ sunt in locis sacris, ibi cantare, orare, manere tibi volupe est: *populos vocabunt ad montem*, id est, ad loca excelsa, in quibus potissimum Deus colitur, conuocabunt, vt ad sacra veniant, & ad sacrificia: vnde subdit, *ibi immolabunt victimas iustitiæ.*

a lib. 1. c 12. 13.

b 3. Reg. 22. 14. 19. 20. & seq.

c Deut. 33. 18.

Issachariani apud Hebræos prophetiæ studium profitebantur.

Ex quibus colligitur, Issacharianos fuisse augures, seu diuinatores, non quales erant vates apud Gentiles, sed quales erãt veri Dei Prophetæ ac consultores: erant etiam iuxta legem naturæ frequenter victimas immolãtes. Hæc pars benedictionis per Moysen respondet prioribus Iacobi de Issachare verbis, *Issachar asinus fortis, accubans, seu dormiens inter clathra duo.* Vbi *asini* nomine ad laborem, & ad onera ferenda idonei, Prælatus denotatur, quæ est alia Issacharis seu Issacharianorum conditio, vt quia consilio valentes erant ac prudentia, populis regendis præficiebantur. De hac tribu, quæ rupem à Moyse bis percussam in qua lateret aquarum scaturigo, repererit, exponi facile posset, aut suspicari illa apud Iudæorum osores fabula, quam Tacitus[d] ita deducit: *Sed nihil æque qùam*

d lib. 5.

Digitized by Google

A *inopia aquæ fatigabat, cùm grex asinorum agrestium* (quibus ista tribus nunc assimilatur) *è pastu in rupem nemore opacam concessit: secutus Moyses coniectura herbidi soli largas aquarum venas aperit.* Et paulò post addit: *Effigiem animalis quo monstrante errorem sitimque depulerant penetrali sacrauere.* Nimirum, isti auctores ex odio contra Iudæos, cùm audiissent Iosephum ab eis honoratum in Cherubo, seu capite vitulino posito super arcam, aliquid magis ridiculum fabricati sunt de aureo capite asini, cùm ignorarent, aut nescire affectarent vnam Israëlitarum tribum asino fuisse comparatam.

B Issacharitæ ergo commendantur in scriptura, & à patre Iacob tanquam pij, deuoti, patientes, fortesque prælati, & insuper futurorum ac secretorum reuelatores per donum prophetiæ, quo eminentes erant, & ideo frequenter dormient inter duo clathra seu intercancellos, vt per somnia oraculum Dei per eos sciscitantibus dent responsa.

Videndum autem quid importet ista vox Hebr. שְׁפַתַּיִם *Sciephataiim*, vel cognata eius מִשְׁפְּתַיִם *Misphetaüm.* Pro illa in hoc loco Genesis, & in cantico Debboræ legimus *terminos:* C pro ista verò apud Psalmistam habemus *Cleros.* Venit autem à verbo שפת *Sciaphath*, quod significat aliquid cum industria & solertia aptare, disponere, ordinare, concinnare: Vt cùm Elizeus dixit seruo, vel ministro suo, *Pone ollam grandem, & coque pulmentum filijs prophetarum* [a], non simplicem importat ollæ cum aqua & herbis positionem ad ignem; sed diligentem, & accuratam herbarum electionem, putationem, purgationem, &c. vt patet ex sequentibus. Quemadmodum idem verbum accipitur in alio prorsus affini loco apud Ezechielem [b]. Vnde quidam fortasse collegerunt in prælaudata Psalmistæ sententia transferendum esse, *si dormiatis inter medios cacabos,* D vel potiùs propter vocem *Tripodis*, quem verè significat vox *Misthetaüm*; sed vt sumitur cùm de Apollinis oraculo sermo est.

Quantùm autem ad dictum verbum *Sciaphath*, debuissent attendere non pro aptandis tantùm cacabis vsurpari: sed pro aliis etiam magis spiritualibus actionibus, in quibus solertia & prudentia maxima requiritur, vt in conciliandis inimicis, &

a 4 Reg. 4. 38.

b cap. 24. 5.

Digitized by Google

a cap. 16. 12. concinnanda inter eos ac stabilienda pace, vt apud Esaiam [a], cùm dicitur, *Domine dabis* (al. ordinabis ac dispones) *pacem nobis, omnia enim opera nostra operatus es nobis*: debuissent etiam attendere aliam quoque hoc verbum habere notionem, quæ est reticulare, cancellare, seu cancellos facere. Quemadmodum accipitur in illo Psalmistæ [b], *Et in puluerem mortis deduxisti me*, quod, ritè ficto vocabulo, sic vertetur, *Et in puluerem mortis reticulasti me*, id est, ad tantam maciem corporis me reduxisti, vt cùm purum in me supersit sceletum, illud in neruis, venis, & ossibus retis vel cancelli ferat similitudinem. Et hoc est quod priùs dixerat, *aruit tanquam testa virtus mea*. Quia igitur cancelli vt plurimùm ferrei ad aliquid claudendum deseruiũt, & per translationem dicitur *cancellos alicui circumdare*, pro eo quod est limites quosdam angustos cuipiam præscribere, extra quos non liceat euagari, vnde Cicero [c], *Si extra hos cancellos, quos mihi ipse circumdedit, declinauero*: hinc factum est, vt hæc vox nunc *Cleros*, id est, sortes, nunc *terminos*, id est, terrarum limites, quibus agrorum possessiones terminantur, verteretur: quæ revera in his locis cancellos, seu clathra significat.

b Psal. 21. 16.

c Orat. pro Quintio.

Cãcellorum nomen pro terminis & limitibus agrorum.

De hac multiplex admodum fertur apud Enarratores sententia, quam ad tres præcipuas classes Mercerus [d] conatur reducere, existimans generaliter significare quasdam metas & limites, inter quos aliquid collocatur: siue ad focum, in quo bina cremathra, vel sustentacula in templo disposita fuerunt, vt ollæ ac lebetes illis imponerentur. In qua significatione censet intelligendum ante citatum locum Psalmistæ: siue ad stabula in quibus binis clathris, & perticis oblongioribus spatia distinguuntur: quo pacto intelligit Iacobi Patriarchæ ad filium Issachar sententiam, quam exponimus, nec non verba Debboræ Prophetissæ: *Quare habitas inter duos terminos*, &c. sed quæ optimè reddi possunt, *Vt quid accubuisti inter duo clathra* [e]: siue denique ad lanienas, in quibus etiam certæ sunt metæ, seu pali atque claui suis ordinibus distincti, & bini ad expandendas atque excoriandas bestias. In quo sensu accipi putat vocem *Sciephathaim* in illo Ezechielis [f], *& labia eorum palmi vnius reflexa intrinsecus per circulum*. ita Mercerus. Sed profectò longissimè

d in Thesauro Pagnini.

e Iudic. 5. 16.

f cap 40. 43.

gissimè à scopo, vt ex præcedentibus, moxque dicendis apertè constabit. Vox igitur *Sciephathaiim* in verbis Iacobi, & Debboræ, & apud Psalmistam *misphethaiim*, significat cancellos, & propriè clathra ex ramis, seu virgulis arborum texta: sicut apud Ezechielem cancellos ferreos, seu craticulas, super quas carnes excoriatæ ac frustatim incisæ ad tempus reponebantur. Ratio autem cur hoc nomen sit dualis numeri, hæc est, quia virgæ ligneæ, aut ferreæ, & ramusculi ex quibus fiunt clathra seu cancelli, reduplicati sunt & decussatim, transuerséque dispositi, vel in quincuncem superpositi foramina relinquentes,
B per quę aspectus admittitur, sed prohibetur accessus: & præsertim, quia duplex erat clathrum propheticum, vt dictum est: ad cuius etiam similitudinem facta postea videtur arca testamenti cum Cherubinis illam operientibus. *Ad instar lecti prophetici facta postea videtur arca fœderis.*

CAPVT XVIII.

Præcedentis capitis confirmatio per hæc Debboræ verba ad
C *Issachar*, vt quid accubuisti inter clathra duo, *quę diligenter explicantur.*



X prædictis facilior fiet nobis expositio verborum Debboræ Prophetissæ, quæ iam dictæ benedictionis Issachar non immemor nec inscia, postquam ob nuper partam victoriam aduocauit sapientissimos, & deuotissimos Prophetas Issacharianos, vt cum illis canticum laudis psalleret, vt innuunt
D verba illa, *Duces Issachar fuere cum Debbora, & sicut Issachar, ita & Barac*, ad illam alludens, talia ad eos inter cantandum verba dirigit, *in diuisionibus Ruben magni decretarij cordis. Vt quid accubuisti inter clathra duo, ad audiendum sibilum gregum? In diuisionibus Ruben magnæ scrutationes cordis.* Et hoc iuxta Hebræum. Vbi primo declarat quanti olim facerent habere decretarios seu scrutatores cordium, id est, prophetas, qui diuino lumine illustrati etiam secreta cordis agnoscerent, nec non *Augures habere magni olim fiebat apud Israelitas.*

Digitized by Google

futura [a]: quemadmodum de Elia, Elisæo & Daniele legimus. Et hoc Ethnici vocarent *Augures*. Commendant deinde tribum Ruben, id est, regionem tribus Rubenorum, quam vocat *diuisiones Ruben*. Nec mirum, cùm multi ex ea tribu erant priscæ prophetarum societatis, vt patet ex illis 250. Enoscæis, qui contra Moysen & Aaron, rebellarunt, igneque consumpti sunt, quorum capita, & principes, Dathan, Abiron & Hon, erant ex tribu Ruben [b]. Item in illa tribu erant montes Abarim ab Hebere primò habitati, discipulisque repleti, ideóque legitimè *Hibrim*, hoc est, Hebræorum appellati, vt vidimus [c]. Ibi Bethabara, id est, domus Heberis erat, vt pote, tanti viri habitaculum. Ibi erat *Pethorah* [d], id est, augurale viri Dei prophetæ Balaam, à Rege Balac, *de montibus antiquitatis* [e], id est, de montibus Hebræorum vocati, priscorum veri Dei augurum & prophetarum sectatoris, licet improbi. Ibi Phalen Cinæos Cenezæos habuit discipulos, ideo pro Baale Phogor pessimè cultus fuit [e]. Ibi in Hebræis & Cinæis floruerant Cedmonæi, de quibus antea [f], à quibus, & solitudo, seu desertum [g], & ciuitas, quæ postea Leuitarum fuit [h], Cademoth & Cedimoth nomen acceperunt. Ibi vrbs Esebon, in qua Seon Rex de stirpe Rephaim, data quoque Leuitis [i]. Ibi Madian reguli vrbs, in qua Iethro Dei veri sacerdos, & Iethræorum archimandrita [l] habitabat, & Moyses exulauit. Ibi Misor ciuitas quondam Og regis Basan de stirpe Rephaim, postea Leuitarum [m]. Ibi denique posterioribus temporibus fuit magnus ille propheta Elisæus magni Eliæ discipulus ex Abelmuth de terra Ruben [n]. Ibi in oppido, seu castello Machero, Ioannes Baptista plusquàm propheta occisus ab Herode [o], atque inter Elisæum, & Abdiam prophetas sepultus dicitur [p]. Ibi natus Propheta Ioel ex agro Bethor in eadem tribu, vt ait idem Epiphanius ibidem. Item Osee propheta, vt vult S. Hieronymus [q]. Quamuis Epiphanius dicat eum fuisse de tribu Issachar, de qua nunc agimus, & ad quam Debbora talem facit apostrophen, *Vt quid accubuisti inter clathra duo?*

Quibus verbis indicat formam lectorum propheticorũ, nempe, quod propheta ita super clathrum, seu cancellum decumberet, tanquam super culcitrã aut stoream, vt aliud haberet super se pro hyperstromate, quod Gallicè dicimus *vn daiz*, vel etiam

a vide Esaiã cap. 3. 1. 2. 3. præsertim iuxta Hebræum.
b Num. 16.
c lib. 2. c. 7.
d Num. 22. 5.
e Ibid. c. 23. 7.
e sup. lib. 2. c. 7. & 13.
f lib. 1. c. 17.
g Deut. 2. 26.
h Iosf. 13. 17. 21. 1. Paral. 6. 79.
i Num. 21. 25. 32. 3. Iudic. 11. 19. Deut. 1. 4. 2. 24. 3. 2. 4. 46. 29. 7.
l sup. lib. 2. c. 13.
m Iosf. 21. 36.
n Epiphanius de vita prophetarum.
o Ioseph. ant. lib. 18. cap. 10.
p Frerelius. in Tra lit in Paralip.
In tribu Ruben magni fuerunt propheta & scrutatores cordium.

Digitized by Google

A *ciel du lict*, cœlum lecti: quam partem expressit sponsa, iuxta nostrum interpretem, in illo ferculo Salomonis: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum media charitate cõstrauit*[a]. Itaque duo clathra formam carrucæ conficerent, quæ passim in Scriptura vocatur *currus duplex*[b], ad differētiam aliorum curruum, qui tale non habent operimentum, vocaret Dio Cassius[c], ἅρμα ὅλον *currum integrum siue Theusam.* Hoc clathrum duplex ideo æquiualenti nomine dicitur משנה *Misneh*, id est, *du-*
B *plum*: quod inter sacra templi vtensilia numeratur ab Esdra[d]: vel appellatur שִׁנְאָן *Sciennen*[e], quod idem significat, vt videbimus[f].

a Cant. 3.
b Gen. 41. 43. 2 Paral. 35. 24.
c lib. 41.
Dormire inter duo clathra valde honorificum olim fuit.
d Esdrę 1. 10.
e Ps. 67. 18.
f cap. 14 in expositione Ps. 67. v. 18.

Porrò honorificum valde erat ex illis esse prophetis, qui in eiusmodi duplo dormiebāt ad consulendum diuinū oraculum: quemadmodū de illa illustri prophetissa Holda legimus, quæ tempore Regis Iosię tātæ erat auctoritatis & eminētiæ vt non nisi celebriores ex sacerdotibus elegerit Rex quos ad illā mitteret ad consulendum Dominum de aliquo negotio. *Ierunt itaque Helcias sacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Asaia*
C *ad Holdam prophetidem vxorem Sellum filij Tecuæ, filij Araah custodis vestium, quæ habitabat* (propriè quiescebat, hoc est, quiescere ac decumbere solebat) *in Ierusalem* (quod tanto honorabilius erat inter tot viros prophetas, qui ibi erant) *in Secunda*[g] Hebr. במשנה *Bammisneh, in duplo.* Vertit Pagninus post alios *in domo doctrinæ.* Et in editione Latina legitur cum maiuscula *Secunda* quod aliquid insigne denotat.

Holda prophetissa quāta authoritatis fuit.
g 4. Reg. 22. 14.

Præterea, celebris habetur locus apud Ezechielem[h] in quo, si bene intelligatur, omnia quæ de clathris istis duplicibus prophetarum diximus, de eorū forma, nec nō de prophetissis super illa decūbentibus, illa etiam texentibus, & tādem de modo quo
D prophetæ super illa se aptabant dormituri, declarātur. *Et tu fili hominis pone faciē tuam* (id est, attēde diligenter) *super filias populi tui* (familiæ nempe propheticæ) *quæ prophetāt de corde suo, & vaticinare super eas, & dic: Hæc dicit Dominus Deus: Væ quæ consuunt pulullos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas,* &c. Et paulò post, *Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad pulullos vestros, quibus vos capitis*

h cap. 13. 17. & seq.

Digitized by Google

animas volantes (proprie *germinantes*, per quas intelligit earũ nouitias, sicut per idem Toar discipuli sacerdotum dicuntur פרחי בהנה *Pirhhe behunach*, flores sacerdotij) *& dirumpam eos de brachiis vestris, & dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandũ* (al. ad *germinandum*, vt vobiscũ profectum faciãt) *& dirumpã ceruicalia vestra & liberabo populũ de manu vestra.* Quibus verbis intendit potissimùm Deus reprehendere falsas prophetides, *quæ prophetabant de corde suo*, non ex spiritu Dei. Quo pacto sæpe alibi [a] de falsis prophetis conqueritur: satis apertè indicans tunc fuisse etiam prophetissas, quæ in spiritu Dei prophetabant, vt de Holda nuper vidimus, qualis fuerat Maria soror Moysis, Debbora, & aliæ. B

a Ier. 5.31. 11. 21. 14. 23 16.

Insuper notandum, pro *puluillis* ritè à Pagnino, & Aria redditum fuisse puluinaria: quæ in hoc loco sumi non debent pro eo quo dormientiũ capita fulciuntur, sed pro lectis ipsis, non in sensu Isidori [b], qui ait *puluinar esse lectum diuitũ, vnde & puluillus*: sed pro lectis, qui in templis sterni solebant. In qua significatione hoc nomen accipitur à Cicerone [c] cùm ait: *Ea aram & ædiculam, & puluinar sub sacro saxo dicauit.* Et ab Ouidio [d],

b l.20.orig. cap. 11. lib.19.c. 26.
c Orat. pro domo sua.
d Metamorphos. 14.

——— ——— *& puluinaribus altis*
Dignior est

C

Scribit etiam Liuius [e], *coruum in ædem Iunonis aduolasse, atque in ipso puluinario*, id est, lecto, *consedisse.* Imò, aliquando puluinaria pro ipsis templis abusiuè dicuntur: vt cum apud Liuium *ad omnia puluinaria sacrificandum esse* dicitur. Item Cicero [f], *Quoniam*, inquit, *ad omnia puluinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus, & liberis.* Igitur puluinaria, nec non ceruicalia, propriis manibus texebant illæ mulieres, & quædam ex eis super illa decumbentes falsa prophetabant.

e lib 1.
Puluilli sub omni cubito positi erant lecti prophetarum.
f in Catilin.

Tertiò, in hac Ezechielis sententia vis verbi *consuere*, Hebr. תפר *taphar* notanda est: propriè enim intertexere significat, vt D patet ex eo quod per illud primi parentes dicuntur *consuisse*, id est, intertexuisse *folia ficus* (non enim consui possunt) *& fecisse sibi perizomata* [g]. Itaque mulierum illarum opus non telæ, vel stragulorum futura erat, sed ramusculorum concinnatio, qualia Philo [h] scribit fuisse Therapeutarum (quos prophetarum genus fuisse, & eorum mulieres Theraupetides Prophetides extitisse vidimus) lectisternia, nempe *tegetes rudes è vili*

g Gen. 3 7.
h lib. de vita contemplatiua.

Digitized by Google

A *contextas materia, è papyro indigena, sic humi aggestas, vt eminendo fulcirent cubitos.* Denique fuit quædam storeæ textura.

Mulieres prophetissæ texebãt puluillos prophetarum.

De talium mulierum eiusmodi opere intelligendum iudico dictum locum Ezechielis, atque eundem abusum reprehendi, quem priùs ex templo fugauerat Rex Iosias, quando *destruxit ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini: pro quibus mulieres texebant, quasi domunculas luci*[a]. Iuxta Hebr. *Diruit domunculas scortorum masculorum, qui erant in domo Domini* (pro) *quibus mulieres texebant ibi cortinas luco.* Nimirum, ex ramusculis arB borum luci, qui tunc erat in templo, texebant puluinaria, seu cortinas (quid sit cortina vidimus[b]) quibus addebant fornicem ex eadem materia: ita vt essent ad instar domuncularum vndique opertarum, sub quibus scortantes abscondebantur: quæque non solùm antiquam & simplicem puluinariorum formam excedebant (& hoc vult interpres per particulam *quasi*) & sine discrimine ætatis sub omni cubito, vel etiam cinædorum scortantium exponebantur: sed etiam cùm ad Deum consulendum primo institutæ essent, nefandæ scortationis vsibus deseruiebant. Alius adhuc abusus postea introductus est, circa puluiC naria seu lectulos prophetarum: quòd nempe ad ostentationem, & vanitatem fierent ex ebore aliáque pretiosa materia, vt ex textu Hamos priùs[c] vidimus.

a 4. Reg. 23. 7.

b cap. 7.

c cap 17.

Quartò, cùm dicit *sub omni cubito poni illos puluillos*, duo potissimùm indigitat. Vnum est, non simpliciter reprehendere positionem puluinarium sub cubitis, vel axillis: sed quod sine discrimine hoc fiat apud populum suum, familiam prophetarum, vt important ista iuxta Hebr verba *sub omnibus axillis manuum mearum*: satis apertè innuens se factum approbare, & antea approbasse, dummodo ad hoc personarum, quibus compeD tit, selectio fiat. At sibi admodum displicere, quod eò vsque talis discriminis peruenit contemptus, vt impudicissimo cuique puero super sacra puluinaria liceat decumbere. Alterum est, debuisse qui sic decumbebant non pronos, aut supinos, sed super latus sese aptare: & hoc tam propter honestatem, quàm vt *verbum à Deo furtiue dictum venásque susurri eius* melius *aure susciperent*, vt loquitur Eliphaz de sua visione[d]: quod Iuuenalis[e] vocat *arcanam mendicare in aurem.* Sic præceptum à Deo datur

Prophetæ quo pacto sese componere deberent super lectos propheticos.

d Iob. 4. 12.
e Satyra 6.

Digitized by Google

a cap. 4.4. Ezechieli[a], *vt dormiat* (vtique more prophetarum) primò *super latus suum sinistrum, ponendo iniquitatem domus Israël* (id est, pœnam pro iniquitate paulò ante in tegula sub figura duræ obsidionis descriptam) *sub eo*, id est, sub axilla sua, *numero dierum, quibus dormiturus est super illud latus*: statimque promittitur futurum, vt inde *assumat* (per reuelationem, vel responsum à Deo) *iniquitatem eorum*, id est, pœnam quam pro sua iniquitate passuri sunt. Rursum præcipitur ei, *vt dormiat super latus suum dextrum secundò, vt inde assumat iniquitatem domus Iuda*.

Accumbere inter duo clathra quid sit. Ex dictis constat, quid sit decumbere, vel accumbere, vel B dormire inter clathra duo; & quid velit tum Iacob, cùm ait Issacharum *accubare inter clathra duo*, tum Debbora, cùm eidem tribui dicit, *Vt quid accubuisti inter clathra duo?* Nimirum, quamuis, ô Issachar, in tribu Ruben magni sint decretarij cordis, magnique prophetæ, qui à Deo illuminati, abstrusiora etiam cordium norunt detegere: non minores tamen apud te sunt, neque pauciores: quam enim ob causam, quæso, iuxta insignem tibi à patre Iacob datam benedictionem toties *dormisti inter duo clathra? Nunquid* hoc fecisti *ad audiendum sibilos gregum*, & non C potiùs ad audiendum verum *verbum Dei ad aurem tibi furtiuè dictum*, & ad instar sibili *venas susurri eius auræque tenuis vocem*[b]?

b Iob. 4. 13.

Idololatria quo tempore cœpit in Græcia. Sed quid sibi volunt ista verba *ad audiendum sibilos gregum?* Cùm hæc diceret Debbora virescebat in dies idololatria præsertim in Græcia, vbi Cecropis Regis Ægypti tempestate, circa eius 33. annum, Moysis 67. mundi verò 2440. id est, à 211. annis initium acceperat: & adhuc recentiùs erat diabolicum illud inuentum de Delphico oraculo. Quodquidem si à Saturno sumpsit exordium, tantò magis illud nunc ridet vera Dei prophetes Debbora, quantò recentissimum erat anno mundi D 2651. quo relata verba protulit sancta mulier: Nam Saturnus ex Diis Græcorum antiquioribus 170. circiter annis ante bellum Troianum in Italia regnauit[c]; anno nempe mundi 2614. hoc est 37. duntaxat antequam ista dicerentur à Debbora: & iam fortasse Saturnus suum in Græcia instituerat oraculum. De quo ita Lycophron, οἱ ϗ ἀμφὶ βωμὸν τοῦ προμάντιος Κρόνου, *illi ante aram vatis Saturni*. Vbi Tzetzes, ϗ φασὶ ὅτι τὸ ἐν Δέλφοις

c Eusebius in Chron.

μαντεῖον πρότερον τοῦ Κρόνου ἦν, ἔνθα ἔλαβον τοὺς χρησμοὺς οἱ Ἕλληνες: aiunt oraculum Delphicum prius fuisse Saturni, vbi Græci responsa acceperunt.

Spiritus ergo mendax mendaciíque pater Diabolus, voluit in illo Delphico oraculo tenuem ad aures prophetarum super clathra decumbentium Dei loquentis sibilum, ac susurri venam imitari. Sed quo modo, audiamus à Diodoro Siculo [a]: *Dicuntur*, inquit, *olim capræ reperisse Delphicum oraculum, quare & Delphi, capris maximè oraculum consulunt. Cùm hiatus in eo loco esset,* B *vbi nunc est adytum templi, & capræ ibi essent, si quæ ad hiatum accederet, aut in eum despiceret, exiliebat mirum in modum, & insuetam vocem edebat. Quod cùm animaduertisset caprarius, & eò venisset, idem passus est, & futura prædixit. Didita rei fama indigenæ putarunt τῆς γῆς εἶναι χρηστήριον, terræ esse oraculum: cúmque aliqui lapsi in specum periissent, mulier capta est, quæ vt impunè vaticinarentur μηχανὴν κατασκευασθῆναι τρεῖς ἔχουσαν βάσεις, machinam tripedem factam, cui mulier insisteret*, &c. Ad hæc Tertullianus [b], *Si magi*, inquit, *phantasmata edunt, si pueros in eloquium oraculi eliciunt*, &c. *Si dæmones eis assistunt, per quos & capræ & mensæ* (nempe tripodes) *diuinare consueuerunt; producatur aliquis ex iis* C *qui Deo pati existimantur, qui aëris maleficum numen de nidore concipiunt, qui ructando loquuntur, qui anhelando* (dulci susurro) *profantur.* Et Clemens Alex. [c] ridet veteres Phryges à fabulosis capris instructos. Ex his satis per se lector poterit iudicare, quid nunc Debbora vera Dei prophetes; quasi noua illa per capras oracula ridens dicere velit. Ideò non immoror.

Sed adhuc pauca de illo oraculo Delphico. *Templum Apollinis*, ait Iustinus [d], *Delphis positum est in monte Parnasso, in rupe vndique impendente, ibi ciuitatem frequentia hominum facit, media saxi rupes in formam theatri recessit. In hoc rupis anfractu media fer-* D *mè montis altitudine planities exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet: ex quo frigidus spiritus vi quadam velut vento in sublime expulsus, mentes vatum in vecordiam vertit, impletósque Deo responsa consulentibus dare cogit.* Vis iam videre deplorandum nimis Israëlitarum scelus quod Delphicum oraculum in Iudæam attraxerunt. *Humiliaberis*, inquit Esaias [e], *de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum, & erit quasi Pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussi-*

a lib. 16.

Capras reddere oracula Gentiles putabant.

b in Apologet.

c in Admon. ad gentes.

Debbora recèt Delphicù oraculù inuentum deridere intendit.

d lib. 24.

Digitized by Google

Israelitæ Delphicum oraculũ imitati sunt.

tabit. Nota *humiliaberis*, id est, humi sedebis, quod non faciunt veri prophetæ, qui à terra eleuantur decumbentes super clathra. Dicto etiam errore decepti sunt sapientes ex Gentilibus. *Credo etiam*, ait Cicero [a], *anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus efflatæ mentes oracula funderent*. Et Plinius [b], *Alibi fatidici specus, quorum exaltatione tumulenti futura præcinunt, vt Delphis nobilissimo oraculo*. Item Strabo [c], *Oraculum ipsum aiunt esse specum altissimè depressum, aditu non admodum lato. Ex eo spiritum efferri furoris diuini efficacem: supra spiraculum tripodem situm sublimem, quo conscenso Pithiam vbi spiritum exceperit, versa, solutáque oratione sortes pronunciare esse quosdam fani ministros, qui oracula prosa oratione edita versu efferant*. Nimirum, in tripode sedens diuaricatis cruribus, per genitalia spiritum admittebat impurum, qui ventrem obsideret, eámque toto furore compleret, vt soluto crine, ore spumans ac debacchans verba proferret insana, & sic demum de rebus occultis responderet. Vnde Seneca [d]:

a lib. de diuinat.
b lib. 2.
c lib. 9.
d in Oedip. Act. 2.

Incipit lethæa vates spargere horrentes comas,
Et pati commota Phœbum, contigit nondum specum;
Emicat vasto fragore maior humano sonus.

e lib. 9.


Narrat autem Strabo [e], *ad Apollinem Pythium Delphos tantum concursum fuisse, vt Regum populorúmque amplissimis donis numeribúsque, & multarum vrbium thesauris refertum templum esset*. Et hæc de istorum oraculorum ineptiis sufficiant, vt ad tertium veniamus locum, nempe Dauidis duo præcedentia mirificè confirmantis, & apertè ostendentis decubationem inter duo clathra ad consulendum Dei oraculum tempore Moysis in vsu fuisse, & deinceps.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XIX.

Duorum præcedentium capitulorum confirmatio, ex Psalmistæ, tam Iacobi Patriarchæ ad Issachar, quàm Debboræ prophetissę, ad eandem tribum verbis persimili sententia, Si dormissetis inter duo clathra.



B VEMADMODVM in præcedenti capite sancta illa Prophetes Debbora firmiter admodum stabiliuerat, & exposuerat mentem Patriarchæ Iacob, quando filio suo Issachar futurum dixit, vt ad consulendum Deum dormiret inter duo clathra: ita profectò Psaltes post 250. circiter annos illius verba solidè confirmat, ac sapientissimè declarat in 67. Psalmo, qui eiusdem prorsus est argumenti, ac canticum Debboræ, quod est insignes Dei Altissimi victorias canere, & stupenda exaltare magnalia, necnon ingentia populo Israël, tam cùm esset in deserto, quàm post suum in
C Chanan ingressum, collata beneficia minutatim, & per partes referre. Quod vt meliùs exequatur, idem quod ab ipsa Debbora cum Barac iudice, & cum prophetis Issacharenis decantatum fuerat, ita sibi sumit in exemplum, vt plures integros ex illo vsurpet versiculos, quales sunt isti.

In Cantico Debboræ.

Vers. 4. *Domine cùm exires de Seïr, & transires per regiones Edom, terra mota est, cœlique*
D *ac nubes distillauerunt aquis.*

5 *Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai, à facie Domini Dei Israël.*

15 *Duces Issachar fuere cum Debbora,* ad cantandũ potissimũ. Item, habetur encomiũ principũ duodecim tribus Israël,

In Psalmo 67.

Vers. 8. *Deus cùm egredereris in conspectu populi tui, cùm pertransires in deserto:*

9 *Terra mota est, etenim cœli distillauerunt, à facie Dei Sinai, à facie Dei Israël.*

Sic in Psalmo narratur post transitum maris rubri.

26 *Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum.*

Digitized by Google

vt de Zabulon & Nephtha-
18 lim, *Zabulon verò & Nephthali obtulerũt animas suas*, &c.
31 *Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te, sicut sol in ortu splendet, ita rutilent.*

28 *Principes Iuda duces eorum, Principes Zabulon, Principes Nephthalim.*
2 *Sicut fluit cera à facie ignis sic pereant peccatores à facie Dei.*
3 *Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.*

Sed inter alia, quemadmodum Debbora in suo cantico locuta fuerat de Issacharenis dormientibus inter duo clathra: ita & B Psaltes de eadem re loquitur, cùm ait: *Si dormiatis inter medios cleros*, sed iuxta Hebræum, *Si dormiuissetis inter clathra duo.* Quod vt euidentiùs constet, statuimus breuem secundùm sensum litteralem totius Psalmi expositionem hîc apponente, præsertim iuxta nostram ex archetypo translationem.

BREVIS ELVCIDATIO Psalmi 67. iuxta Hebræos 68.

Editio vulgata.		Iuxta Hebræum.
In fine Psalmus cãtici ipsi Dauid.	1	*Victori ipsi Dauid Cãtus cãtici.* C

CVM iste Psalmus vocatur *Cantus cantici* satis apertè innuitur, quod sit excellens inter alios psalmos, quemadmodũ cãtici Salomonis, præ cæteris excellẽtia denotatur in hoc quod vocatur *Canticum canticorum*, vt exigit phrasis Hebræa. Vnde Rab. Abraham Abenezra vocat istum psalmum nobilem & gloriosum, necnon grauem: addere potuit, & difficilem, sicut verè talis est.

Psalmus 67 dicitur nobilis, & gloriosus.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum à facie eius.	2	*Exurgat Deus, & dispergantur inimici eius: & fugiant odio habentes eum à faciebus eius.* D

Iste versiculus cum titulo iunctus ferè indicat totius Psalmi argumentum esse de Dei victoriis, egregiisque facinoribus, déque mirabilibus, quæ fecit tam in eductione populi Israël de Ægypto, quàm cum peregrinabatur in deserto, vt veniret in terram Patribus promissam, & cùm postea multis deuictis Re-

gibus deduxit, & introduxit illum in terram illam, in qua possedit montem Sion, in quo præ cæteris placet illi habitare, & ad quem omnes gentes venturæ erant ad eum adorandum ritéque colendum. Et quia ferè omnia sua mirabilia fecit ad præsentiam arcæ super quam sedebat, tanquam rex in solio, quod ideo vocat *faciem Dei*, vt appellari solet: idcirco incipit ab iis verbis, quibus primus vsus est Moyses, quando per viam deserti eleuabatur arca ad progrediendum, vt habetur in libro Numerorum[a]. Quæ postea sæpe vsurpata sunt quando aliquid de
B Deo gloriosum erat decantandum, vel in angustiis auxilium eius implorandum: vt patet ex locis hîc assignatis[b].

a cap. 10. 35
b Psal. 3. 7. 7. 7. 9. 12. 81. 18. 131. 8. & alibi.

Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera à facie ignis sic pereant peccatores à facie Dei.	3	*Vt propelli fumum propelles, vt liquefieri ceram à faciebus ignis, peribunt impij à faciebus Dei.*
Et iusti epulentur & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia.	4	*Et iusti lætabuntur exultabunt ad facies Dei, & gaudebunt in lætitia.*

Iustum, æquumque est, vt quicumque Deo rebelles sunt, &
C populo suo aduersantur, vt Pharao, Seon Rex Amorrhæorum, Og Rex Basan, & alij eius hostes, insignésque peccatores confundantur, penitúsque pereant: fideles autem, & iusti qui voluntatem eius æmulantur, interiori & exteriori pace fruantur, hilariter ei seruiant, ac laudes eius decantent coram facie Dei super arcam sedentis.

Cantate Deo, psalmũ dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasũ, Dominus nomen illi, exultate in conspectu eius.	5	*Cantate Deo, canite nomini eius, exaltate equitantem in supremis in Iah nomine eius: & exultate ad facies eius.*

D Locus inter Cherubin dicitur nomen Dei[c]. Hortatur ergo cantores necnon fideles & iustos, vt psalmis, hymnis & canticis Deo gloriam dicant, considerantes eum vt totius mundi Dominum, in cuius dominationis signum, in supremis illis orbibus, id est, in cœlis tanquam in suo throno sedet, vel tanquam super velocissimum, & nobilissimum equum defertur. in qua decantatione vsurpare potissimum debent nomen eius Iah, quod ineffabilem & incomprehensibilem eius importat

c lib. 1. c. 11. & lib. 2. c. 18

Digitized by Google

 A

essentiam: atque in voce & sono alacritatem mentis excitat. Cantent igitur Allelujah frequenter & vbique præsertim, tamen in templo ante Sancta sanctorum, vbi est arca, & peculiari quodam modo facies eius adesse dignoscitur & comperitur: nam locus inter Cherubim dicitur etiam *facies Dei*[a].

a vbi supra.

Turbabuntur à facie eius patris orphanorum, & iudicis viduarum, Deus in loco sancto suo.	6	*Pater pupillorum, iudex viduarum Deus in habitaculo sanctitatis suæ.*

Priora verba quandam inuocationis formam continent, B quam vidimus[b] constare ex illustribus quibusdam nominibus attributisque diuinis, vt Deus facilius nos exaudiat. Posterior versiculi pars explicat, quid significet exultare in cõspectu Dei; id est, corã arca, in qua tãquã in habitaculo suo dicatur habitare.

b lib. 1. c 10.
Stare in cõspectu Dei est, stare coram arca testamenti.

Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo: Qui educit vinctos in fortitudine; similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.	7	*Deus faciens habitare vnicos in domo, educens vinctos in compedibus: verumtamen rebelles habitauerunt siccum.*

De inuocatione exemplum.

Ista verba adhuc inuocationem respiciunt. Deique glorificationem iuxta rerum, de quibus Psaltes locuturus est, exigẽtiam. C Nempe, quia de futura Israëlitarum in terra promissionis, præsertim sub Dauide & Salomone post tot peregrinationes & circuitiones, postque tot bellatorum perturbationes tranquillitate, necnon de perfecta post Christi & Martyrum persecutiones Ecclesiæ pace dicturus est[c], ideo vocat Deum: *Qui habitare facit vnicos in domo.* Quia verò locuturus est de victis à se tyrannis, qui populum suum affligebant captiuúmque detinebant, nominat etiam, *Qui educit vinctos in compedibus, & facit vt rebelles habitent siccum,* forsitan alludens ad Pharaonem, qui in mari D & aquis corpore submersus, anima descendit in infernum quod est sub omnibus aquis, ideóque siccum, vel siccitas phrasi Hebræa solet appellari, vt ostendimus in expositione horum verborum, *Gigantes gemunt sub aquis,* &c.[d]

c vers 30. 31. 32.

d Iob 26 5.

Deus cùm egredereris in conspectu populi tui, cùm pertransires in deserto.	8	*Deus in ingrediendo te ad facies populi tui, in incedere te in solitudine.*

A Post diuinæ magnitudinis nomina incipit Deum alloqui, deque beneficiis Israëli collatis narrationem inchoat, auspicando ab eo tempore, quo populus ex Ægypto iam egressus, mareque rubrum transgressus intrauit in desertum. Deus autem in illa arenosa, siccissima ac sterilissima Arabiæ solitudine spatio quadraginta annorum per multos variosque viarum anfractus ac circuitus populo suo dilectissimo se itineris ducem præbuit, illumque præcedens in columna nubis protegentis per diem, in columna vero ignis illuminantis per noctem ineffabili benignitate deduxit, & etiam per arcam.

B

Terra mota est, etenim cœli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israël.	9	*Terra tremuit, etiam cœli distillauerunt à faciebus Dei illius Sinai, à faciebus Dei Israël.*

A fulgente, nimiumque coruscante Dei facie, qui in illius arentissimæ solitudinis altissimo, sed vtique sanctissimo ac celeberrimo monte Sinai peculiari modo habitabat tectus nube; à facie, inquam, eius qui se miris modis populi Israëlitici supremum moderatorem ac Deum esse demonstrabat, fiebant terræ
C motus, & hiatus horribiles, qui ad aliorum terrorem superbos, impios, ambitiosos, murmuratores, Deóque in suo seruo Moyse rebelles viuos cum familiis ac tentoriis absorbebant[a]. a Num. 16. 30.
ad bonorum autem consolationem, & in suæ erga populum suum benignitatis testimonium cœli per aëra saluberrimos suauissimosque stillabant influxus, contra illius deserti, in quo tot venenosissimorum serpentium, & draconum genera habitabant, infensissimum aërem.

Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti eam. (D)	10	*Pluuiam voluntariam eleuare fecisti Deus* (in) *hæreditatem tuam, ægrè aliquid referentem, tu confirmasti eam.*

Quemadmodum arbores syluestres, quæ nullo humano artificio plantantur aut coluntur, esse Dei in Scriptura dicuntur, vt multi agnoscunt expositores in hæc Psalmistę[b] verba; b Ps. 103. 16.
Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas plantauit, & nos-

Digitized by Google

a cap. 37.13. & 38.16.

Desertum Arabiæ vocatur hæreditas D.i.

ostendimus in Commentariis nostris in Iob [a], vbi terra deserta seu solitudo terra Dei vocatur: ita nunc desertum Arabiæ quod etiamsi coleretur, vix aliquid referre posset, vocatur hæreditas seu possessio Dei: de qua solus ipse curam habere videtur, quamque eadem cura & sollicitudine colit, qua solet homo hæreditatem, quam à patre habuit, colere. Et quia illud desertum ob soli nimiam ariditatem vapores ex quibus pluuiæ generantur producere non valebat, cùm ibi esset populus Israël, suscitare faciebat Deus nubes aquosas in Ægypto, vel alia proxima regione humida, vel ex mari, quas illuc ventus deducebat, ex quibus distillabant pluuiæ quoties ad populi refrigerium in illa æstuanti solitudine necessarium erat, vel etiam ad populi votum ac libitum. Ita vt tunc arenosa illa terra instabilis, & fragosa pro illo tempore firma, solida, & fertilis redderetur, vt fieret quod sequitur:

Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi Deus.	11	*Congregatio tua habitauerunt in ea: parasti in bonitate tua pauperi Deus.*

Animalium quæ ad sacrificandum tibi necessaria erant, ac destinata, greges & armenta (hoc enim vult ista phrasis *congregatio habitauerunt*, id est, cuiuslibet generis animalium Deo dicatorum pecus habitabat) optimè ibi poterant habitare & pascua inuenire: homini vero seu populo tuo, alioquin in illo deserto pauperrimo, & egentissimo dignum tua ineffabili bonitate parasti cibum, edulium, conuiuium, nempe Manna.

Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.	12	*Dominus dabat sermonem: annuntiatricum militiam multam.*

Deum dare sermonem & multis modis loqui ad homines.

Postquam de iis quæ ad corpus spectant, disseruit, ea nunc quæ spiritualia sunt animarumque salutem respiciunt, recolit beneficia. Quorum primum est, quod Deus passim suis oraculis quæ facienda, queve fugienda erant tunc populo suo declarabat, idque per seipsum: hoc enim præ se fert illa locutio *Dominum dare sermonem*, vt videre est in nostris Commenta-

Digitized by Google

A riis [a]. Hoc autem peculiari modo fiebat: primò per Moysen, ad quem tanquam ad amicum loqui solebat, præsertim quando ascendebat in montem, Secundò, quando loquebatur ad Moysen, Aaron & Mariam eorum sororem in columna nubis ad ostium tabernaculi coram populo [b]. Tertiò, per Vrim & Tumim seu Rationale iudicij, quòd tunc primò instituit Deus præter antea vsitatum loquendi modum dandique sermonem prophetis per somnia, vt innuunt illa verba: *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum* (verti posset *apparebam, loquebar*) *at non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad os loquor ei & palàm, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt*, &c. [c] Alterum beneficium quod tunc pro maximo habebatur erat habere multas mulieres prophetissas, cantatrices, psallendique peritas, quarum caput & princeps erat Maria soror Moysis & Aaron, vt antea vidimus [d], quæ pro diuersis euentibus, vel nouis Dei beneficiis diuinas laudes canerent, nomenque Dei suis canticis exaltarent ac præconizarent. Et hoc quia mulieres aptiores sunt viris ad cantandum. Erant autem per turmas, ordines, classesque distinctæ, quæ dicebantur militiæ. C Ex quibus erant illæ mulieres quæ *excubabant* (aliàs militabant, id est, per militias erant) *in ostio tabernaculi* [e]. De quibus etiam alibi [f].

a in Iob. cap. 15. 11. & 22. 18.

b Num. 12. 2. 4.

c ibidem. vers. 8.

d lib. 1. c. 5. & lib. 2. c. 4.

Cantatricũ multitudo magnificabat olim apud Israelitas.

e Exod. 38. 8.

f 1. Reg. 2. 22.

Rex virtutum dilecti, dilecti: & speciei domus diuidere spolia.	13	*Reges militiarum ibant, ibant: & pulchritudo familiæ diuidebat spolium.*

Duo hîc alia notantur, quæ in illo deserto Deo fauente fiebant; nempe, omnes illi qui tabernaculi ministris per ordines, D militiásque distinctis præerant, & Reges sacrorum dicebantur, huc & illuc euntes per castra diligenter visitabant militias suas: ne in tanta multitudine aliqua confusio scandalum, aut quid inordinatum contingeret, sic de præcentore cautorum Israëlitarum eos disponente, & cum eis iuxta tabernaculum exultando cantante, dicitur, *Lætetur Israël in eo, qui fecit eum, & filij Sion exultent in* (cum) *Rege suo* [g]. Et de sacrorum Regibus eorumque vigilantia Seruius explanans illud Virgilij [h].

g Psal. 149. 2.

h Æneid. 10.

——— *Vigilasne Deum gens Ænea? Vigila.*
Scribit, certo die Vestales Regem monere sacrorum solitas his verbis: *Vigilasne Rex? Vigila.*

Deinde proponitur maxima populi deuotio in his, quæ ad cultum Dei pertinebant: & præsertim quando Deus præcepit Moysi vt tabernaculum disponeret. Tunc enim non solùm tenues, & mediocres in populo singuli pro sua facultate sponte & gratanter offerebant *hyacinthum & purpuram coccumque bis tinctum*, & alia huiusmodi *ad faciendum tabernaculum & tectum eius, atque operimentum* [a]. sed etiam vniuscuiusque *familiæ pulchritudo*, hoc est, illi qui nobiliores, illustriores, ditiores erant, & suarum familiarum *principes offerebant lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale & rationale*, &c. [b] Quæ vocantur spolium, tum quia erant spolia Ægyptiorum [c], tum quia libenter sese illis spoliabant, vt ornaretur tabernaculum & summus Pontifex. Præsertim cùm passim tabernaculum, & cortinæ eius non solùm variegatæ dicuntur hyacintho, purpura, coccoque bis tincto: sed etiam id factum esse *opere plumario* [d]: nempe ad instar columbæ, cui tabernaculum comparatur in sequenti versiculo. Vnde auctore Iosepho [e], à longe aspicientibus cœlum repræsentabat, & videtur comparari.

a Exod. 35. 6. 11. & 12.
b ibidem vers. 27.
c Exod. 3. 22 & 12. 36.
Tabernaculum Mosaicum columbæ assimilatur.
d Exod. 27. 1. 36. 38. 18. 23.
e Ant. lib. 3. c. 7.

Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.	14	*Si* (tunc) *dormiuissetis inter clathra duo; pennæ columbæ tectæ in argento, & alæ eius in flauo auro.*

Tanta ex istis donariis facta est pulchritudo ac decor tabernaculi, & operimenti eius: vt si quis tunc ex vobis (psalmistas, id est, prophetas secum psallentes videtur alloqui, inter quos nonnullos fuisse, qui sic ex officio Deum consulebant, colligitur ex antea [f] dictis) *in vestibulo tabernaculi* [g], seu *tentorio, quod erat ad ostium tabernaculi* [h], inter duo clathra de more consulentium Deum, dormiuisset: ipse simul cum opertorio tabernaculi tam pulchrè variegato & opere plumario multiplici rutilante colore perpulchræ columbæ, cuius colla dorsumque nunc argenteo, nunc aureo, nunc aliis variè resplendet coloribus, similitudinem retulisset. Ex quo sensu facilè causa deducitur cur

f cap. 7.
g Exod. 29. 32. 35. 17.
h Exod. 29. 4. 11. 42. 33. 10. 35. 15.

Digitized by Google

cur sæpe Ecclesia, quæ à Rege Dauid comparatur Reginæ sedenti à dextris sponsi circundatæ varietate, à filio Salomone sic assimilatur columbæ: vt quoties in Canticis Canticorum [a] hoc nomen inuenitur, toties Chaldæus vertat Ecclesiam: quæ videlicet tam in variegato tabernaculo, quàm in discolori columba suæ pulchritudinis typum habebat. Huc refertur quod est in apocrypho licet Esdræ libro [b], sic Deum sibi ex omnibus volatilibus nominasse columbam vnam, vt ex arboribus vitem, ex floribus lilium, ex pecoribus ouem, ex populis Hebræum, ex ciuitatibus Sion, &c. Facit quod cum velum Templi scissum est in Christi passione, columba Templum egredi visa est, vt scribit Ephrem [c].

a cap. 1. 2. 4. 5. & 6.

b lib. 4. c. 5. 16.

Ecclesia sæpe vocatur columba.

c Serm. de passione.

B

Sed aliquis meritò quærere posset: Si talis est horum verborum sensus, cur Dauid non dixit in tertia persona, ita vt qui tunc dormiebant inter duo clathra in tabernaculo, viderentur referre columbæ similitudinem? &c. Respondeo ita Dauid esse locutum, quia tunc tot alij erant modi consulendi Deum, tamque familiariter loquebatur cum Moyse, Aaron & Maria, vt ad clathra recurrere fuisset superuacaneũ. Posterioribus verò temporibus, etiam Dauidis solebant consultores super clathra dormire, vt vel etiam præ se fert iste modus loquendi, *Si dormiuissetis, &c.* quasi dicat, sicut nunc aliquando dormitis.

C

Sed plane notanda est versio Septuaginta, ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων, quam noster interpres sequutus, transtulit *inter medios cleros.* Ratio iam obuia est, quia cùm nomen κλῆρος *sortem* significet, qua plerumque agri & possessiones aduenıunt hæredibus, & pro tribu, id est, pro illa terræ parte, quæ vni tribui sorte contigit, aliquando sumatur: hac voce voluerunt exprimere quod bono sensu iuxta Hebræum transferri potuisset. *Si dormiatis inter duos limites*, vel terminos, vt legitur in duobus aliis locis [d].
D Putarũt enim sermonem esse de terminis, & limitibus tribuũ. Quid si etiam hoc nomine ipsamet oracula voluerint intelligere, vt esset sẽsus, si dormiatis inter media oracula? Pro his enim *sortem* accipi notum est. *Duræ sortes cogunt Agamemnona mactare natam*, ait Ouidius [e]. Et idem alibi [f]. *Reddita Saturno sors erat.* Vnde celebris vrbs Ioniæ dicta Κλάρος facilè nomen attraxerit: in illa enim illustre fuit oraculum, quod dicebatur *Clarium oraculum.* Qui verò in hoc loco verterunt *inter cacabos*, aut *lebetes*,

d Gen. 49. 14. & Iudic. 5. 16.

Sortium nomine oracula denotantur.

e 13. Metamorp.

f 4 Fastor.

Digitized by Google

 A

non ex Græco, anſam arripuerunt erroris: ſed ex eo quod vidiſſent vocem originalem *Miſphetaiim* à nonnullis tranſlatam *tripodes*, qui cùm etiam eſſent menſæ, ſuper quas oraculi conſultores decumbebant, vt ſæpe dictum eſt, putarunt hoc nomine vaſa culinaria denotari: vel etiam hoc contigit, quia, vt legimus apud Suidam, Τρίποδες Ἀπόλλωνος ὅλμοι καλοῦνται, *Tripodes Apollinis dicuntur olmi*: ὅλμος *autem culinarum eſt inſtrumentum, pila culinaria, mortarium & tripes Apollinis*. Vnde prouerbium ἐν ὅλμῳ ἐκοιμήθη, μαντικὸς ἐγένετο *Dormiuit in olmo, Vates effectus eſt*. Non quod tripes formam, ſed nomen tantum iſtorum habeat vaſorum. B Idem ergo cùm ſit nomen Hebræum, eademque phraſis, qua præcedenti capite vſa eſt Debbora propheres, & nuper Dauid locutus ſit de ſermone quem dabat Deus multis modis in deſerto: narrationis ordo requirit, vt de tripode, id eſt, de duobus nunc loquatur clathris, inter quæ qui Deum volebant conſulere, dormiebant. Quod in ſequentibus etiam confirmabitur.

Tripodes menſa ſunt oraculares.

Dum diſcernit cœleſtis Reges ſuper eam, niue dealbabantur in Helmon.	15	*In extendendo Omnipotentis Reges in ea albeſcere faciebat vt nix in tenebris.* C

Hîc nomine Regum illos debemus intelligere, qui paulò ante [a] vocabantur *Reges militiarum*, præſertim ſacerdotes, qui Ephod lineo induebantur cum Domino miniſtrarent in tabernaculo. Cùm autem nubes (quæ *maieſtas Domini* ſolet appellari [b], eo quod diuinæ protectionis ac ſingularis præſentiæ ſignum erat) ſuper dictam columbam, id eſt, tabernaculum, extendebatur, vt ſæpe fiebat: quanto interiora tabernaculi (in quo præter lampadum nullum aliud erat lumen) tali velut Omnipotentis extenſione, & adumbratione obſcuriora reddebantur: tantò magis Reges militiarum, ſeu ſacrorum, vtpotè ſacerdotes, (de quibus ait Ezechiel [c]. *Cùm ingredientur portas atrij interioris, veſtibus lineis induentur*) lineis Ephodibus induti in tali obſcuritate ad modum niuis clareſcebant, & candidi apparebant, atque intuentium oculos rutilanti candore mirificè perſtringebant. D

a verſ. 13.

b Exod. 40. 35 Num. 14. 22 Deut. 5. 24. 2. Par. 7. 1.

Sacerdotes primarij in tabernaculo dicebantur Reges militiarum.

c Cap. 44. 17.

Digitized by Google

A

Mons Dei mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis.	16	*Mons Dei mons Basan, mons gibborum, mons Basan.*
Vt quid suspicamini montes coagulatos? mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, etenim Dominus habitabit in finem.	17	*Vt quid despicitis montes gibbosi, montem* (quem) *desiderauit Deus inhabitare eum? etiam Dominus inhabitauit in æternum.*

B Incipit comparare ea, quæ à Deo facta sunt, in deserto circa montem Sinai cum iis, quæ postea aliorum & suo, ac Messiæ præsertim tempore facta sunt in monte Sion, & in Ierusalem, in hoc sensu: Basan verè mons Dei est propter eius proceritatem & altitudinem, est enim altissimus: mons inquam, est plurimis circundatus collibus, nec non caseatus, hoc est, abundans butyro, caseo & lacticiniis. Sed, vt quid, ô Basan, vosque omnes sicut Basan caseati montes propter fertilitatem, abundantiam, & pinguedinem vestram eximiam videmini contemnere illum montem, qui licet non ita fertilis sit, neque C lacte & melle ita abundet, vnum tamen habet, quo solo vos, & cæteros omnes mundi montes dignitate longe superat, quod Deus *elegit eum in habitationem sibi. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus: & repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit: sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit, & ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra quam fundauit in sæcula*[a]. Siquidem de arca, & propitiatorio in quo Deus sæpe dicitur habitare, verba sunt ista.

Montis Sion cum monte Basan comparatio.

a Ps. 77.60. 67.68.69. Ioel. 3.18.

D *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sina in sancto.*	18	*Currus Dei duarum myriadum millium duplorum, Dominus in eis: Sina in sanctitate.*

Tria hîc in Hebræo notanda nomina. Primum est רכב *Recheb*, quod significat *currum*, seu vehiculũ, à verbo רכב *Rachab* quod est equitare, seu deferri, quia olim, sicut nunc vehebantur

Digitized by Google

curibus. Et quia duplex clathrum, de quo toties diximus, erat A
ad instar currus duplicis, quem carrucam vocamus, vt visum
a cap. 16. & 17. est [a]: vnde Elias qui toties & tandiu in duplici clathro dor-
Currus Dei quid historico sensu significet. mierat, & tot ibi diuinæ sapientiæ arcana didicerat, vt pro-
priam & debitam remunerationem acciperet, in simili vehicu-
lo, nempe, *Recheb* igneo raptus est, & postea in tanti honoris
memoriam eius discipuli Rechabitæ sunt appellati, vt etiam vi-
b cap. 16. dimus [b]; hoc nomine huiusmodi vehicula prophetalia signifi-
cantur: & cùm dicitur, *currus Dei*, &c. nomen est singulare pro
plurali, supponens pro omnibus huiusmodi Dei curribus, ac si
ficto nomine diceremus *carrucaria Dei*, Gallicè *la carrosserie de* B
Dieu. Secundum nomen est plurale nominis שִׁנָּן
Scinnen, id est, *duplum*, nempe, idem significans ac
c cap. 18. מִשְׁנֶה *Misneh*, quo nomine iam ostendimus [c] appella-
ri duplex clathrum consultorum, à qua voce *Scinnen*, vel à ver-
Essenos à verbo שָׁנָא *sciana, male quidam deducunt.* bo שָׁנָא *Sciana*, quod est *secundare*, quidam deriua-
runt nomen Essenorum, quos vocant *Hasciorum*: quasi secūdi
essent ab Hasidæis: sed perperam, nam Esseni debent ab Enos
Enoscæi nuncupari: quamuis ex officio essent Esseni, id est, in
duplo dormientes, cùm essent prophetæ, illi maximè, qui stri- C
d lib. 1. c. 13. ctiorem Enoscæorum regulam obseruabant, vt vidimus [d]. Ter-
tium nomen, quod hic habemus est קֹדֶשׁ *Kodesc*,
e Psal. 113. 2. Latinè *sanctitas*, & plerumque pro propitiatorio [e] sumitur, non-
numquam pro loco in quo erat arca, nempe, pro *sancto sancto-*
f Psal. 19. 3. & 62. 3. *rum* [f]: quo pacto nunc accipi putauerim.

Quibus & aliis, quæ diximus præsuppositis, facile erit intelli-
gere quid sibi velint ista verba *currus Dei duarū myriadum milliū*
duplorum: tantum enim est ac si diceretur, carrucaria Dei non
constat ex curribus quos equi solent trahere, sed ex duplis, seu
duplicibus clathris, in quibus prophetæ solent decumbere ad D
consulendum Dominum; *Dominus in eis*, supple, est, vel habitat,
vel sedet, quia in illis sua dat responsa. Illa autem in maximo
sunt numero, sunt enim bis mille millia: nisi dicamus nume-
g Cap. 7. 10. rum pro incerto poni, vt apud Danielem [g] de Angelis, qui
astant coram Deo. Quod autem additur, *Sina in sanctitate*, ta-
lem breuiter continet sensum. Cùm populus Israël esset in de-
serto circa montem Sina, vnicum habebat tabernaculū, in quo

Digitized by Google

prophetæ decumbere poterant inter duo clathra, quæ paucissima ibi esse poterant: proinde currus Dei modicus admodum erat: nunc autem tot sunt per totam terram Chanaan, quot sunt tabernacula Cinæorum, aliáque loca sacra, in quibus Deus colitur, eíque sacrificia offeruntur, quæ sunt in maximo numero. Et pro vno sanctissimo monte Sina, habemus alium omni reuerentia dignissimum, nempe Sion, in quo est, quiescítque arca testimonij. Itaque noster mons Sina in quo Deus tot fecit mirabilia, & in quo toties Deus Moysi locutus est, est Sancta sanctorum & arca, quæ nunc sunt in monte Sion, *in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.* *Arca testamenti dicitur sāctius.*

Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem; accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.	19	*Ascendisti in altitudinem, duxisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus, & etiam rebelles ad inhabitandum Iah.*

Iterum Deum alloquitur gratias agens, quod postquam per tot annos populus eius dilectus captiuus fuit in Ægypto, & post tam longas per campestria deserta Arabiæ diuagationes, tandem cum eodem populo suo ascendit in altum montē Sion, vt illum ibi plena pace ac libertate donaret. Vbi cùm peruenit, amplissima & honorifica dona accepit, non linum, aut lanam, aut hyacinthum, aut purpuram, coccumue bis tinctum, non lapides onychinos, aut gemmas pretiosas, velut in deserto acceperat ad constructionem & ornamentum tabernaculi, superhumeralis, thiaræ aut vestimenti summi Pontificis, sed homines, qui valore & pretio prædictas res longè superant, & hoc tam affatim ac largiter, vt etiam gentes & idololatræ, qui tamdiu rebellarant, illuc vndique confluxerint: non solùm vt Deum Israël agnoscerent, & adorarent: sed etiam vt per iustitiam, fidem & sanctitatem fierent Dei habitaculum, domus ac templum, in quo sibi placeat habitare. Quod præsertim contigit post Christum.

Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.	20	*Benedictus Dominus die die, imponet in onus nobis Deus salutem nostram. Selah.*

 A

Benedicamus tantùm Dominum singulis diebus, & semper, qui bonis, & omni prosperitate nos tam abundanter cumulat: vt sub tantorum donorum pondere cogamur succumbere. Hîc habetur Selah, quæ huius Psalmi secunda pausa est.

Deus noster, Deus saluos faciendi: & Domini, Domini exitus mortis.	21	*Deus nobis, Deus ad salutes: & Domino Adonai morti exitus.*

Postquam narrauit mirabilia, quæ fecit Deus in deserto, vt mente, & corpore populum suum cibaret & conseruaret, describit in sequentibus insignes victorias, quas de regibus Gentium reportauit, qui iter eius, & aduentum in terram promissionis præpedire conati sunt. Narrat etiam pompam & ordinem, quo dictus populus ingressus est in terram Chanaan. Sed antequam ista deducat, iuxta inuocationis regulas præmittit honoris titulos rebus dicendis conuenientes. Nimirum, quod si talis ingressus tam feliciter successit Israëlitis: hoc totum diuinæ potentiæ, ac bonitati referendum est. Ille enim est, qui suos de maximis saluat, præseruátque periculis, quíque nouit qua parte, quoue modo quis exeat impunis à morte, quæ pro- C
xima, & ineuitabilis plerúmque apparebit Israëlitis.

Verumtamen confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.	22	*Tantùm Deus transfiget caput inimicorum suorum, verticem crinosum ambulantis in delictis suis.*

Per verticem crinosum, capillosum, cirratum, cincinnatum, & hirsutum, vel enormiter voluptuosum hominem debemus intelligere, vel tyrannum ac impium, quales solent esse latrones crine horribiles. Augetur autem talium impietas, cum velut fastuosè ambulantes in delictis suis, aut dicunt, *Sedeo Regina, & vidua non sum, & luctum non videbo*[a]: aut velut Nabuchodonosor, qui *in aula Babylonis ambulans dicebat: Nonne hæc est Babylon quam ego ædificaui in domum Regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cúmque sermo adhuc esset in ore Regis, vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, Regnum tuum tran-*

a Apoc. 18. 7.

Homines tyranni & fastuosi vocãtur capita crinosa.

A *sibit à te,&c.* [a] Nimirum, huiusmodi Reges impij sunt capita, id est, partes corporis durissimæ & osseæ, vix penetrabiles propter eorum potentiam temporalem: ita vt solus ipse Deus sit, qui talium impiorum capita non solùm lædere ac vulnerare, sed etiam transfigere, ac confringere potest.

a Daniel. 4. 27.

Dixit Dominus, ex Basan conuertam, conuertam in profundum maris.	23	*Dixit Dominus: ex Basan redire faciam; redire faciam de profundis maris.*

B Dixerat, quòd *Domini exitus mortis est*; nempe, solius Dei est vel mortuos suscitare, vel ex tam imminenti ac euidenti mortis periculo, vt mors dici possit, hominem eripere, ac facere vt inde exeat immunis. In duabus autem huiusmodi mortibus fuit aliquando populus Israël. Vna fuit in Basan, sub qua Og Rex ipsius, & Seon Rex Amorrhæorum comprehenduntur. Ibi tantùm fuit mortis periculum, vt Scriptura nihil sæpius repetat, quàm ab illo liberationem, eo quod *Vrbes illius Regni erant munitæ muris altissimis, portisque ac vectibus absque oppidis innumeris, &c.* [b] Dicit ergo Dominus, & non mentietur: ex Basan redire C feci, ex tanto mortis periculo populum meum liberaui. Sed adhuc ex multo maiori, & euidentiori morte illum eripui, nempe, de profundo maris rubri, quo obrutum iri videbatur, quando exiuit de Ægypto persequente eum Pharaone.

b Deut. 2. 26. & seq. 3. 1. 2. 9. 7. & 8. Iudic. 11. 19. & seq. Iosue 2. 10. & 11.

Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.	24	*Vt figas pedem tuum in sãguine: lingua canum tuorum & inimicis ex ipso.*

Non solùm eripuit eos Deus ex duplici illa, & insigni morte: sed tantam etiam de illis Regibus, aliisque multis retulit D victoriam, tantámque ex illis fecit stragem, vt populi sui pedes tingi potuissent in cæsorum hostium sanguine, necnon insepultorum sanguis lingi à canibus eius.

Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, Regis mei, qui est in sancto.	25	*Viderunt itinera tua Deus, itinera Dei mei, Regis mei, in sanctitate.*

Digitized by Google

Quemadmodum duo fuerunt exitus mortis, vnus ex Basan, & alter ex profundo maris rubri: sic vtérque fuit celeberrimus, magnificus, pompaticus, atque tanto Deo dignus, plurali nunc *itinerum* nomine comprehensus, Deique vocatus, quia per pulchriores vias ab illis mortibus reduci non potuit populus Israël. Primùm iter verè Dei fuit, eiúsque potentiæ opus insigne in Israëlitarum exitu de Ægypto per diuisionem maris in tot itinera, amplásque vias, per quas populus iste transiret, vt citiùs fieret, quot erant tribus: quemadmodum multi Patres colligunt ex istis Psalmistæ[a] verbis, *Qui diuisit mare rubrum in diuisiones.* Et ista itinera solo Dei nutu facta, visa sunt etiam ab aquis[b], salúsque insensibilibus creaturis; quidni Angeli omnes, tótque Israëlitarum millia non solùm ea viderint, & extra se rapti præ stupore contemplati sint? Ideo Dauid de isto primo exitu loquens venustate poëtica tribuit ipsi mari sensum, perinde, ac si conspecta Dei maiestate, vel viso iubentis signo præ reuerentia timoréque sese mox subduxerit, excesserit, diffugerit[c]: *In exitu Israël de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro; Mare vidit & fugit*[d]. Secundi exitus iter Dei quoque fuit, sed tanquam Regis per solemnem ingressum Regni sui possessionem assumentis, cùm ex Basan post tot partas victorias venit sedens in arca, velut in curru triumphali sacerdotum humeris honorificè deportatus, tot & tam illustribus comitatus principibus sexcentorum millium hominum bellatorum stipatus exercitu. Et hoc iter indigitant ista verba, *itinera Regis mei in sanctitate*, id est, in arca. Quo nouo, ac stupendo prorsus modo per *positionem pedis*, vt aiunt Iurisconsulti[e] terræ promissæ pro populo suo possessionem assumit conuenientibus ab hoc possidentium Principibus: *Parate duodecim viros de tribubus Israël, singulos per singulas tribus. Et cùm posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes, qui portant arcam Domini Dei vniuersæ terræ, in aquis Iordanis, aquæ, quæ inferiores sunt decurrent atque deficient: quæ autem desuper veniunt, in vna mole consistent*[f]. Quàm sapienter igitur Rex Israëlitarum Dauid, quasi totius populi sui nomine Deum, in hoc loco vocat *Regem suum in sanctitate*! & idem pius Rex, qui de primo exitu dixerat, *Mare vidit, & fugit*, de vtróque ait, *Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & turbatæ sunt abyssi, In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis*, &c.[g] Et nunc ait: Viderunt itinera

a Psal. 135. 13
b Psal. 113. 3. & 7. & Psal. 96. 17.
c Exod. 14. 21.
d Ps. 113. 1. 3.
Arca testamenti dicitur sanctitas.
e lib. 1 ff. de adquir. vel omitt poss.
f Iosue 3 12. 13.
g Psalm. 76. 17 & 20.

A nera tua Deus, non exprimens quinam sint illi spectatores, quia omnes fuerunt creaturæ.

26 *Præuenerunt Principes coniũcti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum.*

Præuenerunt cantatores post psallentes in medio puellarum tympanizantium.

Allusio est ad sororem Moysis, cum duplici canentium choro in priori de mari rubro exitu. *Tunc* enim *cecinit Moyses, & filij Israël carmen hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino gloriose*, &c.[a] Idem & eodem ordine factum in secundo è Basan exitu postquam Israël Iordanem transgressus est, credendũ est: quamuis solùm de isto legamus, quòd *cùm transissent omnes, transiuit & arca Domini, sacerdotésque pergebant ante populum. Filij quoque Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant filios Israël*[b]. Talis enim apud eos mos erat Deo gratias agendi per hymnos & cantica, quæ cantores & cantatrices psallebant, vt constat ex locis hîc assignatis[c].

a Exod.15. 1.20.

b Iosf 4.11.

Hymnus & canticũ Deo gratias agere frequentissimũ fuit.

c Iudic.5.1. 1.Reg.18.6. 1.Esdræ 2. 61. & alibi sæpe.

27 *In Ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israël.*

In Ecclesiis benedicite Deo: Domino ex Vena Israël.

C Vel sunt verba cantici tympanistriarum, & aliorum psallentium, quo alios ad collaudandum Deum inuitant, vel prophetæ, qui peculiariter inuitat iuuenculas cantatrices, omnésque illos, qui venam, id est, originem trahunt ab Israël. Nisi potiùs per venam Israël intelligamus mentem, industriam, & ingenium ad componenda carmina, versúsque & hymnos concinnandos, quo præ cæteris nationibus pollebant Israëlitæ: vt patet ex illa Babyloniorum ab illis petitione, *Hymnum cantate nobis de canticis Sion*[d]. Aut per venam Israël spiritum deuotionis intellige, qui apud Israëlitas duntaxat reperiebatur, quíque solus D Deo gratus est, & requiritur in illis, qui diuinis vacant laudibus decantandis. Habemus in lib. Iob[e] *venas susurri*. Consule locũ.

Vena Israël quid sit.

d Psal 136 3.

e Cap. 4. 12.

28 *Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu.*

Principes Iuda, duces eorum, principes Zabulon, & principes Nephthali.

Ibi Biniamin pusillus dominans eis, principes Iuda lapis eorum: principes Zabulun, principes Naphthali.

Digitized by Google

Eugubinus putat sermonem esse de ordine, qui seruatus A
sit in panegyri laudantium Deum, & incedentium pompa.
Ita vt prior esset in tribu Benjamin: vel in quodam excessu iuxta Septuaginta; vel secessu mentis extra sensus suauiùs cantando & admiratione maiore: tum deinceps aliæ sequerentur tribus, vt Iuda. Placet satis ista expositio non quantùm ad prioritatem loci, & ordinis in procedendo; verisimile enim non est minimam tribum ordine primam processisse: sed iuxta quandam in cantando vocis prioritatem. Nempe, talem in choro cantantium stabilitum esse ordinem, vt B
ex quatuor musicæ partibus *Bassus*, *Tenor*, *Contratenor*, *&* *Superius*, illi qui Superius tenerent, semper essent ex tribu Benjamin: eo quod, cùm, vt plurimum, qui hanc partem agunt iuuenes sint, & adolescentes, tenuiorem quidem & subtiliorem, sed altiorem cæterisque superiorem, ac earum quasi dominam habentes vocem, etiam in hoc cantorum ordine sua inter alias tribus minoritatis locum teneret, sed prorsus honorabilem, ad cuius cantum tres aliæ partes suam temperarent modulationem. Et sic optimè quadraret Beniamino cantori, tam nostra & Pagnini versio per *pusillum*, quàm vulgata, & Septuaginta per *adolescentulum*. C

Musica partes, quatuor seu vocum discrimina apud Hebræos, quæ fuerint.

Quadrat etiam nostrum *dominans*, & nomen *ecstasis* apud Septuaginta: dummodo non pro mentis, sed pro vocis excessu sumatur. Quadrat, & translatio Hieronymi *continens eas*: quia ista tenuis altiórque pusilli vel adolescētis, vox aliàs in officio continet, & suo modo dominatur eis. Quadrat & quod de Iuda transtulimus, *Principes Iuda lapis eorum*, in hoc sensu: vt quemadmodum tribus Iuda, quantum ad Regiam dignitatem, quæ illi promissa est, lapis est fundamentalis ac basis totius Reipubl. Iudæorum: ita inter cantores, qui partem Bassus tenere debebant, ex illa tribu eligerentur, vt etiam modulando & psallendo grauem, & ad instar lapidis solidam sua D
submissiori, sed vtique fortiori voce, verum, ac fundamentale super totum chorum dominium demonstraret. Alij duo præcipui cantores Tenor, & Contratenor erant ex tribu Zabulon & Nephthali. De diuersis autem apud Hebræos harmoniæ generibus, seu vocum discriminibus in nostris libri Iob commentariis tractauimus [a].

Cantādi ordo olim seruatus ab Israelitis.

[a] in cap. 21. 22.

Digitized by Google

A

Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.	29	*Præcepit Deus tuus fortitudini tuæ, fortifica Deus, hoc quod operatus es nobis.*

Hîc duplicem à Psalmista editam, ex maximo deuotionis feruore perspicio apostrophen: quarum prior ad Ecclesiam, seu fidelium congregationem, altera ad Deum dirigitur. Illius tam bene dispositæ donis cœlestibus auctæ & speciali protectione firmatæ inconcussam stabilitatem, & constantiam admirans in hæc verba prorupit: *Præcepit Deus tuus fortitudini tuæ.*
B Hoc est; Ex iis, quæ vsque modo dixi de ingentibus malis, ex quibus liberata, saluatáque es, ex beneficiis ingentibus quæ suscepisti, ex mirabilibus quæ operatus est, vt te huc adduceret, adductam conseruaret, conseruatam stabiliret ac perficeret, dum attentiùs cogito, vnde hæc omnia deriuari possint, & quænam causa sit tot erga te mirabilium; vnicam, eámque verissimam comperio causam, quæ nec in te, nec in vllo alio quàm in ipso Opt. Max. Deo reperitur. Illa autem est, quod *præcepit* ipse *Deus tuus fortitudini tuæ.* Solum ipsius beneplacitum, quo *sibi placet in populo suo, & exaltat mansuetos in sa-*
C *lutem*[a]: Solus eius erga te amor & bonitas, quæ præcepit vt sic stabiliaris, *vt ædificeris supra firmam petram* Christum, *& portæ inferi non prævaleant aduersus te*[b]. Altera apostrophe ad ipsum Deum tendit, ad quem mox conuersus ita loquitur: *Confirma hoc Deus, quod operatus es nobis,* id est, in bonum & salutem nostram, & etiam in nobis, quibus tot dona contulisti, quosque ad tanta bona eligere, & vocare dignatus es.

a Ps. 149. 4.
b Matth. 16. 18.

A templo tuo in Ierusalem, tibi offerent Reges munera.	30	*Ex templo tuo super Ierusalem tibi offerent Reges munus.*

D

Dixerat priùs[c] quod licet mons Basan, & alij circa eum montes essent ita pingues caseo ac butyro abundantes, vt nomen Sion ex se illis lacticiniis, & proinde armentis ac pecoribus, non ita fœcundam despicere, atque contemnere viderentur. & nihilominùs montem Sion illos omnes longè maiori dignitate præcellere hoc solo nomine, quod *beneplacitum est Deo habitare in eo, ibíque habitabit in æternum*: nunc ad hoc alludens,

c vers. 16 & 17.

Digitized by Google

A

prædicit fore, vt ex ipso monte ex se sterili, in quo templum ædificabitur supra ciuitatem Ierusalem, nascantur oues, & boues aliáque animalia, quæ in munus & sacrificium offerantur. Si quæras, quomodo possunt hæc fieri? Iam ad hoc responderat [a]: *Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.* Præteritum pro futuro: hoc est, non ampliùs boues, oues, & alia animalia quibus montes Basan abundant, Deo offerentur: sed homines, qui in sterili Sionis monte spiritualiter nascentur, & per verbum Dei mirificè multiplicabuntur.

a vers. 19.

B

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati sunt argento. *Dissipa gentes, quæ bella volũt.*	31	*Disperde gregem arũdinis, armentum robustorum, in vitulis, populos gloriantem se, in fragmentis argenti: dispersit populos, qui conflictus volent.*

Nomine *ferarum* intelligit ouium, capratum, & aliarum minorum animalium *gregem*, quem importat vox originalis priùs à nostro interprete translata per nomen *animalia* [b]. Vocat autem *gregem arundinis* illum, qui nascitur, & pascitur in solo humido ac cœnoso, præsertim in paludibus, aquosísque locis, in quibus, vt plurimùm, sunt cannæ, arundines, calami, iunci, & carices, quibus greges delectantur, libentérque pascuntur, & valdè pinguescunt [c]. Solet enim Scriptura pingue solum vocare *terram iunci & calami* [d]. Similiter *armentum robustorum in vitulis*, vocat armenta boum ac vitulorum pinguium. Prædicit ergo futurum, vt huiusmodi greges ouium, & armenta boum pinguium, qui in sacrificium offerri solebant in templo, contemnantur, disperdantur & reiiciantur à Deo, qui multò magis delectabitur in hominibus, qui in munera offerentur ei super montem Sion, iuxta illud: *Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua* [e]. Præterea orat, vt Deus disperdat duo hominum genera: primò eos, qui in pecuniæ thesauris gloriantur, & insolescunt, quorum vanitatem vellicat, per derisum vocans pecuniam *fragmenta argenti*: quo pacto Bernardus argentum, terram albam, aurum verò, terram flauam:

C

D

b vers. 11. *Fera arundinis sunt pecora quæ in arũdinetis, aliisque locis palustribus pinguescunt.*

c Iob 40.16

d Esa 19.6. 35.7.

e Ps. 49.13. & 14.

Pecunia per contemptum dicitur fragmenta argenti.

Digitized by Google

A secundò eos qui bellis, rixis, & contentionibus delectantur. Tacitè indicans, quod licet Ierusalem non sit terra ita pinguis, vt armenta gregesque pingues habeat, neque ita diues, vt auro & argento abundet, illo præsertim tempore, quando homines Deo in munus offerendi sunt, nempe tempore Messiæ: in illa tamen Deus delectabitur habitare, & multas alias pinguissimas, fertilissimas, & opulentissimas reprobabit regiones, regna etiam reprobaturus, quæ se contempto nihil quam diuitias, & rerum temporalium amabunt abundantiam.

B *Venient legati ex Ægypto, Æthiopia præueniet manus eius Deo.*	32	*Venient magni Principes ex Ægypto: Æthiopia currere faciet manus suas Deo.*

Ægyptus videtur esse vna ex illis regionibus arundinis in quibus armenta, gregesque pasci delectantur: de qua Plinius [a], *Papyrus* (de arundinibus eadem est ratio) *est planta nascens in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis*, &c. Vnde Ouidius [b]. a lib. 13. cap. 11. b 15. Metamor.

Perque papyriferi septemflua flumina Nili.

C Idem dicendum de Æthiopia, de qua Isaias [c]: *Væ terra cymbalo alarũ quæ est trans flumina Æthiopiæ, quæ mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas.* In istis ergo aquosis regionibus magna erat copia boũ & ouium pinguiũ: ditissimæ quoque sunt auro, & argẽto opulentissimæ. Ita vt facile montem Sion aridum & vrbem Ierusalem non ita pecuniis abundantem facilè cõtemnerent. Futurum tamen est, vt vtraque regio, & regnum, satrapas suos, & optimates mittat in Ierusalem cum magnis muneribus, quibus Deum verum venerentur & adorent, eique in æternum seruiant. Quod tempore Christi impletum est. Ab D Ægypto quidem, cùm sub S. Marco celebris admodum ibi fuit Ecclesia, & schola Christiana, de qua videtur loqui Philo [d]. Ab Æthiopia verò in Eunucho Candacis Æthiopum Reginæ, de quo in Actis Apostolorum [e]. c cap. 18. 1. d lib. de supplicib. e cap. 8. 28.

Regna terræ cantate Deo: pſallite Domino: pſallite Deo.	33	*Regna terræ cantate Deo, cantate Domino. Selah.*
Qui aſcendit ſuper cœlum cœli ad Orientem: ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis.	34	*Equitanti in cœlis cœlorum quondam, en dabit in voce ſua vocem fortitudinis.*

Optima concluſio poſt tot & tanta de Dei beneficiis, ac mirabilibus dicta, vt omnia orbis terræ regna, & eorum incolæ hunc tam munificum Deum, tamque potentem, relictis aliis Diis, colant, venerentur & toto corde benedicant. Ad hoc enim prophetæ ſacrique ſcriptores, imò omnes creaturæ ſempiternam eius virtutem, diuinitatémque commendant, vt ab omnibus ratione valentibus honorificetur. Et hîc aptiſſimè ponitur Selah, id eſt, pauſa.

Qui præteritis ſæculis in cœlis potiſſimûm equitare ac velut in curru triumphali per totum mundum deferri videbatur, eo quòd per eos *enarrabatur gloria eius, & opera manuum eius*
a Pſ. 18.1.2. *annuntiabat firmamentum* [a], ipſe tandem dabit vocem fortiſſimam & efficaciſſimam factus homo: & qui per prophetas loquebatur, ipſe aderit. Mittet inſuper vocem fortitudinis, C
quando congregata in Apoſtolis, & diſcipulis eius Eccleſia *fiet repente de cœlo ſonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis, qui repleat totam domum* Eccleſiæ, cuius alumni *loquentur magnalia*
b Act. 2.2. *Dei* [b].

Date gloriam Deo ſuper Iſraël: magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.	35	*Date fortitudinem Deo ſuper Iſraël, & celſitudo eius: & fortitudo eius in ætheribus.*

Annuntiate inter Gentes virtutes Dei: ſed præſertim potentiam, & fortitudinem incomparabilem: cuius celſitudo relucet admodum in his, quæ operatus eſt ſuper Iſraël: & præterea declaratur variis tonitruis, fulgoribus, imbre, grandine, columna nubis, & ignis ad illum regendum, deducendum ac dirigendum. D

Digitized by Google


36 *Mirabilis Deus in sanctis suis Deus Israël: ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ. Benedictus Deus.*

Terribilis Deus à sanctuarijs tuis: Deus Israël ipse dans fortitudinem, & robora populo. Benedictus Deus.

Claudicur egregio Psalmus epiphonemate, vt verè Deus admirabilis prædicetur in sanctuariis atque in hominibus, quos ille sanctificauit. Simul certa concipitur fiducia, futurum, vt B Deus suppeditet plebi suæ vires: tandem rursus benedicitur, & vt eum benedicant omnes, maximis votis expetitur. Itaque nos etiam iisdem eum verbis laudemus, atque nimis vsque modo (vt censeo) neglectam de Ecclesia ante legem eiusque ritibus perquisitionem, necnon huius occasione perdifficilis Psalmi lucubrationem historicam concludamus cum Augustino: *Quoniam itaque prolixum, & ad intelligendum difficilem Psalmum tandem aliquando ipso adiuuante finiuimus*, BENEDICTVS DEVS.

AMEN.

C



ENEDICTVS igitur sis tu Deus Altissime, Potentissime, Sapientissime, qui *mirabilis in sanctis tuis* cœlicolis, non minora in terrigenis peccatoribus tuæ præbes quotidie prodigia bonitatis: qua velut mulierem Euangelicam *farinæ sata tria depsentem* me vilissimum terræ vermiculum, pulicem (Matth. 13. 33.) D & ἐξάμβλωμα suscitare dignatus es, qui tres priores Ecclesiæ sponsæ tuæ texeret ætates, & prisca, quibus tunc illam decorabas, ex arcanis tuis educeret, ostentaretque monilia. Digneris, quæso Domine, qui dedisti mihi hanc massulam subigere, sic illam tua fermentare benedictione, vt nihil aliud qui legerint quàm te sapientes, *gustent quàm tu suauis sis, quámque* (Psal. 33. 9. & 118. 113.)

Digitized by Google

Iacob.1.17. *dulcia faucibus eloquia tua*: vnde tibi soli *Patri luminum à quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectum* immensas mecum toto corde referant actiones.

Daniel.3.52. *Benedictus sis Domine Deus patrum nostrorum*, qui pro tua sapientia ac dispositione mirabili veræ fidei doctrinam ab incunabulis Ecclesiæ per Sanctissimum Seth eiusque filios seminatam in Syria, ibidemque multis post diluuium sęculis per mystas tuos ac prophetas diligentissime cultam, ibi quoque per Vnigenitum filium tuum Euangelica luce perfecisti: & tandem per eius in terris Vicarium Petrum primum Antiochię Syriæ metropolis Antistitẽ, inde Romam deduxisti: vbi in eius successoribus ad hęc tempora seruatur intemerata. Proinde, si noua quibusdam videantur, quę compegimus; en filius tuus ille dilectus, Matth.13.52. per quem licuit mihi, *proferre de thesauro tuo noua & vetera*, ædes sacra, templumque nostrum est, cuius portę sunt Petri successores Romani Pontifices: ad quorum pedes ista, tanquam illius appensa foribus anathemata, & omnia mea humillimè subiicio, quamlibet ab eis censuram subire paratus. Siquidem Cant.7.vlt. *in istis portis nostris omnia poma mea noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi*: cui soli honor, & gloria in sæcula sæculorum, AMEN.

INDEX

Digitized by Google



INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM, VERBORVM, PHRASEONQVE PRÆCIPVARVM.

Quem, ob singulares, vixque notas materias, Lectorem percurrisse non pigebit.

A

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

linguarum

Digitized by Google

521

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

526

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FIN.

Digitized by Google

Errata præcipua quæ occurrerunt, hæc ferè sunt.

Pagina 5. linea 22. lege dicitur. p. 9. l. 2. lege more. p. 10 l. 11. lege greges ibid. l. 32. lege misceretur p. 21. l. 14. l. ad Seth p. 34 l. 14 l. sacerdotio. p. 35. l. 20. l. Lucas ab Elia. ibid. l. 25. l. sit indicasse. ibid ead. l. sic tamen. p. 36. l. 18. l. Ioseph B. Virg. Deiparæ spon. sum fabrum inter filios seriatim numerari. ibid l. 31. l. qui & lias fuit. p. 40. l. 16. l. indicatur p. 42. l. 16. l. *Seth apud*. p. 45. l. vlt. l. *Kinah* p. 49. l. 20. *Enosicm iniquitatis*. p. 51. l. 30. l. Tanis. p. 52. l. 24. l. indignissimo. p. 59. l. 13. l. Rannim. p. 61. l. 3 l. *zamzumim*. vel zonzomim. ibid. l. 23 l. Hinc Enacim. p. 61. l. 15. l. Rannim. p. 6 . l. 5. l. *Dathnis*. ibid. l. 7. *subiungere*. p. 64. l. 3. l. cõsideretur. p. 66. l. 11. l. ædificauerat. ib. l. 29. l. hajediah. p. 67. l. 5. Reopham. p. 71. l. 9 in dicta filiorum. Dei ferie. p. 73. l. 13. *statuta latria*. ibid. l. 19. appareret. p. 96 l. 27. l. nimis frequẽtia. p. 104. l. 6 l. nominis. p. 120. l. 19. l. Hebr. Cedmonæus p. 122. l. 9. l. vocet eum. ibid. l. 30. l. proceras. p. 123. l. 30. l. Iudæi. p. 124. l. dictus est. p. 125. l. 15 ab orbe cõdito. p. 126. l. 31. l. & auctoritate. ibid. l. 34. l. tam secundũ spiritum, quàm p 1 8. l. 1. l. dum Ecclesia. p. 155. l. 32. l. Tamna, & sic deinceps. p. 1 8. l. 35. l. iniustè nimis. p. 159. l. 30. l. communi apud. ibid. l. vlt. l. Noë. Hũc. p. 160. l. 27. l. renouaretur. ibid. l. 34. l. Rapha Cased. p 163. l 11. l. Cainani-Arphaxadis ibid. l. 17. l. Octauius. ibid. l. 35. l. *Thamna*. Et sic deinceps. ibid. l. vlt. l. quæ secunda post. p. 164. l. 22. l. *ditionis*. p. 168. l. 10 l. genuina. p 169. l. 7. more antiquo. p. 175. l. 10. l. Hinc erroris ansa. p. 177. l. 1. l Hinc labor. p. 138. l. 9. l. conuersari. p 185. l. 32. l. Semus & Saucus. p. 186 l. 25. l. ita vt nec. p. 187. l. 30. l. dimisit in Chaldæam. p. 188. l. 11 l. *dimisit eum*. p. 189. l. 28. l. Phaleg genitũ fuisse. p. 192. l. 28. l Quid etiam p. 203. l. 18. l. secundum autem. p. 212. l. 30. l. auus eius. p. 217. l. 25. l. Cham. p 232 l 30. l. quatefacere p 238. l. 10. l. cedere. p. 241 l. 14. l. lentã. p. 242. l. 34. l discedere p. 243. l 24. l. 1830. ibid. l. 25. l. nouus. p. 256. in tit l. *Cenezæorum*. p. 295 l. vlt. l. festa videlicet. p. 296. l. 25. l. Solis ita. p. 302. l. vlt. Similiter d 303. l. 20. l. excæcatos. p. 30 . l. 1. l. *posteris*. ib. l. 20. l. sanctissima, quasi dicas, res sãctissimas, præsertim propter &c. ibid. l. 34. l exhiberi tu tibi. p. 308. l. 34. l. diuinæ sapientiæ. p. 313 l. 8. butyreum quid ib l. 9 l. Sapiẽtiæ fucũ. ibid. l. 13. l. ex libris legis. p. 314. l. 20. l. determinatiuè. p. 316. l. 15. multi enim. 319. in tit. *nuntio Abrahæ*. 324. l. 30. l. iam tritæ. ib. l. vlt l. indi care. 325. l. 3. ideoq; tã. ib l. 16 l Nachore partitionẽ. 326. l. 6 ad Sarã, &c ibid. l. 11. l indicat Isaacũ aliquando inuisisse auum. ibid. l. 32. l. optime notam 329. l. 31. l. inficeret regionẽ. 337. l. 1. bienniũ habitauerat. ibid. l. 4. l. ex quo venerat. 341. l 19. l. quod quemadmodum. p. 3 6 l 10 l. pro authoritate autem. 378. l. 24. l. præbens argumenta. ibid. l 26. coram Deo ambularet. 382. l 13 l. & vini haustũ. ibid l 15. l. verba symbolis. 403. l. 21 l. seruus Dei Iob. 410. l. 18. l in vrbe Tani. 419. l. 28. summum sacerdotem. 424 l. 10 l. breuis enim 419. l 11. l. vtilitate, ita Iudas 432. l. 10, l. multitudine subditorũ. 436. l. 35. vocabãtur Chiliarchi. 437. l. 5. vnde bouis. ibid l. 22 l Scior verbo. 439. l. 12. filiæ pompaticè ibid. l. 33. l si verba Iacob 445. l. 2. l. Dei in propitiatorio. 449 l. 28. continebat: arca. 450 l. 24. certè statim. 455. l. 7. l. vnam qualem malè. 457. l 19. armenti ductorem. 460. l. 25. ad instar aliorum. 462 l. vlt. l. benedictione verbis. 482. l 15. l. ibi Phaleg Cinços.

Aliquot perpaucæ mendæ Hebraicæ dictionibus Latinis quæ attexuntur, corriguntur. Si quædam aliæ vel ad marginem, vel in textu reperiantur, facilè ab erudito lectore emendari posse putamus. Si quæ verò citationes suis litterulis quæ in textu sunt, aliquando non satis respondeant, doctus lector facilè iudicabit, cui potiùs litterulę sunt accommodandę, & Typographo authoris sæpe præsentiam desideranti veniam benignè concedet.

Digitized by Google

Digitized by Google